





492 144
781

КНИГА ДОЛЖНА БЫТЬ
ВОЗВРАЩЕНА
НЕ ПОЗДНЕЕ
указанного здесь срока.

1	16
2	17
3	18
4	19
5	20
6	21
7	22
8	23
9	24
10	25
11	26
12	27
13	28
14	29
15	30

Количество предыдущих выдач.....

МИД СССР
НАУЧНАЯ
БIBLIOTEKA
МГИМО

494.3

No 1611 no report.

THEESAURUS PHILOLOGICUS,

Seu

CLAVIS SCRIPTURÆ:

QUA QUICQUID FERE ORIENTALIUM, HEBRAeorum maximè, & ARABUM, habent Monumenta de Religione, ejusque variis speciebus, Judaismo, Samaritanismo, Christianismo, Muhammedismo, Gentilismo; De Theologia & Theologis; Verbo Dei ἀγαθῷ & ἀγαπᾷ; variis Bibliorum Exemplaribus; Fontium Hebraeorum Integritate; Scripturæ Accidentibus, Partibus, Distinctionibus, Sensu & Commentariis. De Targumim seu Paraphrasibus Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Persicis, Samaritanis, Græcis & Latinis; De Masora & Kabbala; Desingulorum V. T. Librorum, Canonicorum & Apocryphorum, Authoritate in genere, & de Lege, Prophetis & Prophetis in specie, &c. breviter & aphoristicè ita reseratur, & aperitur, ut

multiplex inde ad PHILOLOGIAE & THEO-

GIA studiosos fructus redundare

possit.

Authore

JOH. HENRICO HOTTINGERO.

TIGURINO.

No 1611 no xp.

TIGURI,

Typis JOH. JACOBI BODMERI,

Anno M D C X L I X.

INSTITUTU

10739

P.D.

202223



1958

Reverendis admodum, Clariſſimis,
doctiſſimisque Viris,

DN. JACOBO VENNERO, Classis Bernensis
Decano.

DN. HULDRECO TSCHERIO.

DN. JOH. HENRICO HUMMELIO.

DN. CHRISTOPHORO LÜTHARDO.

*Illiis Ministris Ecclesiae Bernensis disertissimis, Huic
Theologiae Professori celeberrimo; Ceterisq; Ecclesiae
& Schola ejusdem Pastoribus & Professoribus meritissi-
mis, Veritatis Hebraicae Vindicibus & Aſſerto-
tibus strenuissimis, Dominis suis in Chri-
ſto et atatem colendis*

HANC S. Sc. Clavem sacram
effe voluit

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS,
TIGURINUS.



DE

DEDICATIO.

Cum superioribus aliquot seculis, Pontificum Romanorum jussu & hortatu, pro expugnanda terra sancta, tot expeditiones, sed, eheu! infelices plerque, & Reipublicæ Christianæ detrimentosæ suscepitæ fuissent; Curia Romana præsides toties icti tandem sapere, aliamque excutere querendum in animum induxerunt. Videntes enim, in fatali illo & misero bello, quod *Sacrum* vulgo appellabant, inferiores se ubique ferè esse, non duro deinceps ferro, sed molli papyro, non pilo, sed stylo, non armamentario, sed atramentario, non bipenni sed pennâ, infideles illas & barbaras gentes expugnandas, & in fidei Christianæ obsequium adigendas esse animadverterunt. Convocata igitur *Vienne* in Gallia, circa annum Christi 1312. synodo, inter alia sancitum fuit, ut Linguæ, Orientalibus populis vernaculae; Hebraica, Syriaca Chaldaea & Arabica, in Scholis publicis docerentur: utq; sacra Biblia in easdem converterentur, quo Saraceni infideles, qui haec tenus nullis belli machinis, armisque domari poterant, lectio Sacrarum literarum ad viam salutis revocati, Christo lucrifierent. Pium profectò, & illis temporibus maximè necessarium decretum, cuius tamen executio, præter decernentium voluntatem cecidit. Ecce enim, consultabant Patres de convertendis populis transmarinis, parùm solliciti, quid de suis fieret subditis. Nempe, non videbant, quod manitias erat. Non observabant, cum linguarum Orientalium ignorantia, ipsius quoque paulatim doctrinæ purioris factam esse jacturam. Quod igitur, de Eurytione, *Homero*, idem de hoc Pontificio decreto nobis fari licet:

OἽ ταλαιπράτω νανὸς ἀπέτοιοθείων:

Qui sibi perniciem vel primum repperit ipse

Vino vicitus.

DEDICATIO.

Fabri isti, ut cuin *Ausonio* loquamur, compedes, quas secerunt, gestarunt ipsi. גיראה בגוריה מקטיל מרויל יורה משתלים sagittarius, ut Talmudici טרגדיא גזות, suâ occisus fuit sagittâ. Vel, ut alibi scribunt: נגרא בסדניהם יתיב מרויל יורה משתלים artifex in cippo (captivus) sedet, quem sua fecit manu. Deus quippe, cuius cogitationes non sunt ut cogitationes nostræ, cuiusque viæ à viis nostris sunt diversissimæ, alium longè sibi præfixum habuit scopum, Reformationem videlicet Religionis in ipsa Europa, cuius Decretum hoc synodicum properea prodromum esse voluit, ut ; barbarie Monachali profligata ; literæ & artes liberales, pristino suo nitori atque purirati restituerentur; ingenia doctorum, studio atque ardore Sacras Literas legendi, scrutandi, veritatem divinam cognoscendi, eandem à scoriis & fraudibus humanis separandi, imposturas denique papales detegendi, accenderentur. Id quod successu tandem exopratu præstitum fuit. Variis quidem Monachorum technis, linguarum studium in Scholis publicis fuit sufflaminatum. Difficulter sinegma hoc Orientale illi, qui Scholasticis lubentiūs sordibus suos pascebant oculos, & aures, feabant : At ; quæ Dei fuit gratioſa clementia, & ἀνοικότες pro Ecclesia sua ὁρθωλυδες bona tandem causa triumphavit. Celebris ille *Tifernas*, quos non sustinuit insultus, antequam ab Academia Parisiensi, ut Græca sibi legere, & jure postliminio studium tam utile reducere permitteret, impetraret? Cùm enim, Decreto Concilii Viennensis subnixus, circa annum Domini 1470. Academiæ illius Rectori indicasset, sibi constitutum esse literas Græcas profiteri, postulato etiam stipendio, demirabantur omnes hominis peregrini, nec ab Academia accersiti, audaciam. Illo autem, Decretum, quod Scholæ etiam Parisiensis mentionem faciebat, urgente, Rector ad senatum remi retulit, atque sic introducta in Scholam illam fuit ea Professio, quæ tot seculis jacuerat. Maluerunt quippe Sorbonici isti Doctores, *Melchioris Cani* elogio superbire, quod an-

D E D I C A T I O .

annis trecentis integris lingue Græcæ & Hebraicæ nullam habuerint peritiam, quam Viennensi decreto satisfacere. Imò, quò clariùs eventus probavit, linguarum Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ, aliarumque orientalium notitiam cum doctrinæ Pontificiæ, detimento esse conjunctam, eò etiam acerbius, successu temporis, Monachi, barbarie avitæ innutriti & assueti, in studiosos linguarum fuerunt debacchati, usque adeò, ut, quasi in gratiam Earum nihil unquam à Pontifice Romano fuisset edictum, *Reformationis tempore Latinis authoribus Græcè nosse suspectum fuerit, Ebraicè propè hæreticum.* Hinc tragedia illa Doctissimi Capnionis cum Monachis Coloniensibus, Parisiensibus & aliis, quæ & ingeniosis obscurorum virorum Epistolis decantata, & à Steidano prolixius descripta. Hinc & Erasmus, omnis maledicentia Monasticæ incus esse debuit. Nihil tam acerbum, tam inhumanum, aut à pietate tam alienum nihil, quod in Erasmus ejusque studia Latina, Græca & Hebræa, *ως ἔως οὐαδέν* Monachalis, ut vocabant, simplicitatis hyperaspistæ, non conjecterint. Moriā præsertim suā, quā studia & mores Theologorum sui seculi falsè perstrinxit, crabrones sic irritavit, ut omni ferè apud mitratos gratiā exciderit. Cùm multis aliis, ob insignem eruditionem *ἰερόσυμος* fuerit, seu Desiderius, his tantum ERAT Mus.

Hinc querela Joh. Bæschenstain; Nullibi tutò sibi licuisse linguæ sanctæ operam dare. In carcere erat conjectus à Judæis, quòd eorum disceret linguam; sed nec Christiani parcebant, quòd linguæ excolendæ gratiâ cum Judæis viveret. Hinc subsidia, Linguas Orientales, Hebræam cum primis excolendi & Arabicam, ubique negata. Dubitat quis? vitam legat Pellicani, literas & scripta Zwinglii, Munsteri, Zegidini, Musuli, Bibliandri, Bullingeri, & mirabitur, viros negotiorum Ecclesiast corum undis quaqueversum obrutos, ad tam exquisitam Linguarum notitiam, per tot ambages, pervenisse. Quot iis molestiæ devorandæ? quot syrtes luperan-

DEDICATIO.

dæ? quot remorarum & obstaculorum anfractus declinandi? quot denique labores exantlandi? antequam vel Hebraeorum literas discernere, eas combinare, nedum voces cognoscere, aut in ipsam verborum Emphasim penetrare datum ijs fuerit. Stupeo profeçto, & tantum non comæ stant arresta, quoties in memoriam mihi revoco, magnos istos Heroës tam diu, obfirmato quasi animo, intra serperastrâ Grammatica se continuisse. Possem; nisi brevitatis ratio calamo calenti frænum injiceret; ex Majorum nostrorum *Zuinglej*, *Bullingeri*, *Musculi*, &c. monumentis varijs, Epistolis, libris, quibus ipsi Sanctissimi Reformatores nostri sunt usi, planum facere, quanti studium linguarum & fecerint ipsi, & commendarint alijs. Sed ad alia properandum exempla. *Reuchlino*, cui, etiamnum, Germania Literarum Hebraicarum restorationem grato animo acceptam fert, non aliâ licuit viâ hanc adire Corinthum, nisi ductore marrucino quodam Apella, singulis aureis pro singulis institutionis horis Romæ conducto. Sed quam sit difficile ab ijs, qui ne ipsi quidem Grammaticam Hebræam intelligunt, quæ plerorumque Judæorum, doctissimorum etiam, sors est, prima linguæ sanctæ rudimenta imbibere, ipse aliquando sum expertus. Neque vero compendia tantum, Linguas Orientales addiscendi, Majoribus nostris de- erant; in odium quoque Purpuratorum Ecclesiæ Romanæ Antistitutum incurrerunt, quotquot animum ad literas Sacras appulerant: id quod omnibus illis ea ætate accidit, quibus ex meliori luto Deus præcordia finxit. Excutiantur annales Helvetici, & manifestè deprehendetur, quam magna non-nunquam, apud Adversarios, Reformatoribus pijs, fraudi fuerit Examen & collatio textus sacri. Puduit nempe biretatos & graduatos istos Magistros suæ inscitiæ. Puduit à Doctorum subtilium ambone ad subsellia Grammaticorum & Lexicographorum redire. Puduit tot manifestorum, per orbem ferè Christianum cum triumpho grassantium, convinci

DEDICATIO.

errorum. Hinc factum, quod bellum hoc Grammaticale tam aperte, strenuissimi etiam *Ἑλλήνων*, Regni Papilici athletæ detrectarint. At magni nostri Heroës, audaciores contrà euntes, parvi hunc contemptum fecerunt, spectantes non quid placeat alii, sed quid è re sit. Noverant illi, & usū jam didicerant, verissima esse trita illa apophthegmata: *Homine Grammatica Hebræa perito doctius nihil est. Optimus Grammaticus Hebreus, optimus Theologus. Scriptura non potest intelligi Theologicè, nisi prius intelligatur Grammaticè.* Quod si jam ad fundamenta Grammaticæ, Historiarum quoque Hebræarum, rituum, & ceremoniarum accesserit lumen multum certè, ut Nobil. & Doctiss. *D. Constantinus l'Empereur* palam fateri solitus fuit, lucis explicationi textus Sacri afferetur. Estenim solida harum rerum notitia aureum Ariadnæ filum, quo è difficilimarum quæstionum labyrintho facilimè nos expedimus. Est gladius ille anceps, quo strophas & nexus Sophistarum duros ac multiplices felicissimè secamus. Hoc utinam juventus ubique locorum, studiis sacris dicata, exactâ semper trutinâ expenderet! Utinam penitus videret, militem facilius armis, quam Ministrum Verbi Dei Linguarum Originalium subsidiis caritatum! Utinam animadverteret, fundi Theologici calamitatem Linguarum Orientalium, Hebrææ cum primis, fuisse ignorantiam! Utinam, Majorum nostrorum exemplo disceret, Latinam potius, quam Hebræam Linguam ex Theologorum, Practicorum præsertim, Scholis eliminandam! Utinam serio ad animum revocaret, tuius ex ipso fonte bibi aquas! Nobis certè Clavi hac Scripturæ, usum Linguæ Sanctæ in ipso Ministerio multiplicem ostendere, rudioribusque aditum ad altiora patefacere, viam ad ipsa Veterum ex authenticis scriptis cognoscenda monumenta sternere, adeoque Orientalium Thesauros referare, curæ fuit. Hac enim non nuda, aut obvia qua cunque, sed Emphatica solum vocabula, & varia, in Philologia æquè

D E D I C A T I O .

ac Theologia , commendata utilitate , Methodo facili , & , ut
spero , memorie cumprimis accommodata , damus .

Ad vos nunc , *Viri Reverendi & Clariſimi* , Ecclesiæ &
Scholæ Lumina ſplendidissima , me converto , *Vobisq[ue]* Thesau-
rum hunc , chartaceum licet , quā par est animi obſervantia ,
offerо . Instituti mei cauſas , nec aliis anxiè reddendas , nec
prolixè Vobis enarrandas autumo .

Prifcijam mortalibus more fuit receptum , τές μὲν νέως
τοῖς Θεοῖς καθιερώθαι , τές δὲ ἀνδρεσ τές ἐπλογίους τῇ τῷ βιβλίῳ
αὐτοῖς πνῶν , volebant neimpe hac ratione profanas mentes
terrere , earumque , quā ſucco lοginis , nigroque ſale omnia
perspergunt , petulantiam cohibere . Neque verò dum , con-
ſuetudo hæc Veterum , inter Eruditos uifitata , aut , ſuo loco eſſe
deſit . Quotus quisque enī ſua publicè legi vult *μελετήματα* , qui non honoratum præclarorum virorum ambiat pa-
trocinium ? qui non in ipſo libri frontispicio Theonini demis
morsum , Vindicum , quos quisque ſibi eligit , umbone exci-
piat ? Certè & hæc quoque tractatio , ſi forte illa alia , Patro-
nos deſiderat , qui non Zoilos tantum , quibus nihil reſum
videtur , niſi quod fecerint ipſi , reprimant , ſed & Veritatem
Authenticam , contra *αὐτοῖς θύματα* , (ut *Lucianus* lo-
quitur) ὅλας ἀνάξας βλαυτομιῶν , quas purpuræ Romanæ ado-
ratores in contextum Hebræum *κατεπονέδητεν* , animosè de-
fendant . Has verò partes , *Viri Reverendi* , magno Veftro me-
rito , Vobis affigno , Vosque cauſæ tam sanctæ Propugnatores
adopto , atque conſtituo . Nam , ut innumera alia Ecclesiæ &
Scholarum veſtrarum , *Bernenſis* cumprimis , & *Lauſanenſis* ,
taceam *αὐτοῦ μῆτρα* , quem fugit , niſi hospitem in patria , ab
ipſis ſtatim renascentis Ecclesiæ incunabulis Linguis Ori-
entales , Hebræam , Chaldæam , Syram , & Arabicam , vobifcum
divertiſſe , adeoque Hieroſolymam , & Arabiam exulantem in
ipſo Helvetiæ meditullio ſedem fixiſſe ?

Testis eſt ſumimus ille vester Theologus , *Musculus* , verē
Eti-

DEDICATIO.

Eutychius, cui non satis erat, Græcarum & Hebræarum literarum exactiā, &, eo tempore, paucis duntaxat concessā, imbui notitiā; Arabicis quoque spoliis, ex Lingua illius usu captis, nitere voluit. Quosecum, vir ille Magnus, sine ductore & doctore ordinario, in lingua hac, aliis de nomine vix nota, fecerit progressus, tum ex aliis ipsius scriptis, ἀνεῳτος (quorum usum non possum non, hoc loco, gratissimo animo ferre acceptum, Reverendo & Cl. Viro D. Joh. Rodolpho Philippo Forero, Ecclesiae Arbergensis Ministro fidelissimo, vicinarūmq; Ephoro dignissimo) tum verò & in primis ex Epistola *Ottonis Henrici*, Com. Palat. anno M.D.XLIII. ad ipsum *Museulum* scripta, quā non tantum copiam illi fecit vocabularij Arabici à Doctore Lucretio, Lantshutensi, lingua illius gnaro, impetrati, sed & in aliis suam ei prolixè obtulit operam, patet.

Testis est *Cornelius Bertramus*, Lausannensis Academiæ Professor celeberrimus, cuius scripta doctissima & ad Cleanthis lucernam elaborata, non per manus & ora virūm tantum volitant; sed & Neotericis, et si argumento paribus, multis parafangis præferuntur. Librum certè ejus de Politia judaica, quo, in hoc scribendi genere, primam ferè glaciem fregit, non avidè solum doctissimi quique acceptarunt, sed &, ubi exemplaria hac nostra ætate essent distracta, Nobilissimus, vitaque longiori dignissimus Vir, *Constantinus L'Empereur*, Doctor & Professor Theologiae in Alma Lugdunensi nuper celeberrimus, *vuln. de ev. ἀγίοις*, sub incudem paucis ab hinc annis revocavit, additis suo nonnunquam loco annotationibus. Sed quid veteres commemorem? Habuit non ita pridem, habetque etiamnum Ecclesia & Schola Vesta viros, quibus nihil prius est, nihilque antiquius, quam ex limpidis Israëlis fontibus Verbum Dei vel plebi Ecclesiasticæ explicare, vel ex iisdem eruditæ commentaria conscribere, vel denique Contextus authentiæ majestatem contra impios adversariorum conatus vindicare.

DEDICATIO.

Sed & magna illa, quæ ab aliquot annis Vobiscum mihi intercessit familiaritas, meritò publicum hoc mihi gratæ mentis, mutuique amoris testimonium extorquere debuit. Non tum demum, cùm ante sesquiannum, comitibus viris Præstantissimis, *D. Johanne Henrico Holzhalbio*, Reip. nostræ à Secret. Compatrè meo honorando, & *D. Joh. Rodolpho Myltero*, optatissimo olim peregrinationis meæ literariæ Achate, Tua, *Celeberrime Lutharde*, subii tecta, benevolentiam Vestram, humanitatem, summamque liberalitatem (cujus vel eo nomine acriorem mihi memoriam, quam nonnisi cum ipsa vita deponam, reliquistis, quod præter Venerandum Pastorum & Professorum Collegium, Illustrissimæ Republicæ Vestrae Proceres, & ex iis, vir Amplissimus, *Joh. Rodolphus Viladinus*, Tribunus dignissimus, quem honoris causâ nomino, innumeris beneficiis me ornârunt; adeoque non delibutum tantum gaudio, sed & vadatum, ac obæratum quasi à se dimiserunt) experiri didici: Antè jam Tua, disertissime *Hummeli*, Brugis; Tua verò, doctissime *Rhori*, Groningæ familiaritate, arcta satis, &, ut spero, perennatura, fui implicatus.

Sed desinam præfari, ubi hoc præmisero, plures Dedicationis hujus, & *ωροφωνίσεως* publicæ me habere causas, quam quas, spatiis exclusus inquis, recensere queam. Quocunque enim me verto, *κελεύσματα* Vos compellandi ubiq; obvia sunt. Materiem spectem? Sacra illa est, & ita comparata, ut nonnisi in Theologica Palæstra exercitatos judices habere possit ac vindices. Me intuear? Affectus Vestri luculentiora deprehendo testimonia, quam quibus enumerandis, nedum reddendis, par sim. Occasionem scripti considerem? Non parum hic Tua, Clatissime *Lutharde*, contulit, pro studiis sacris, cura. Eo ipso enim tempore, quo *Thesaurum* hunc conscribere coepi, humanissimæ Tuæ, ut cæteræ deinceps plures, advolant literæ, quibus, quasi de mente mea plenissimè Tibi jam

con-

D E D I C A T I O .

constaret, currenti, ad tale quid contexendum, addis calcar.
Studia deniq; mea perpendam? Ingratissimus hominum sim,
si non, multum ea Vobis, Vestraq; debere benevolentiae, inge-
nuè fatear. Ex locupletissimo quippe Cornucopiae vestro Bon-
gartiano, curtam meam supellecilem Orientalem, Msc. Ara-
bicu[m], quo utriusque juris Muhammedici compendiaria de-
scribitur ḥāfiẓ, ad tempus satis longum co[m]unicando, auxi-
stis. Videtis ergo, Viri Reverendi, multis hunc Vobis factum
deberi nominibus: Vos modò, quod spero & opto, hanc gra-
tia mentis meæ in Ecclesiam & Scholam Vestram tesseram se-
reno vultu accipite, m[ea]que amore reciproco fovere porrò per-
gite. Dominus Jesus sanctissimis studiis Vestris ex alto bene-
dicat, Nósque, quos & Fidei & Foederis vinculum tam arctè
constrinxit, Sanctæ Concordiæ Spiritu induat, atque ad omne
opus bonum perficiat, ad Nominis sui gloriam, ædificationem.
Ecclesiæ, æternam deniq; omnium fidelium salutem, Amen

Per scriptum Tiguri Cal. Jan. anni 1649. quem faustum,

felicemq; esse velit Is, παρ' ἐπανάστασις ἀγαθὴ,

καὶ πᾶν δώρημα τέλειον. Γένοιτο,

Γένοιτο.

Περιφάντος ad Lectorem.

Siste gradum, Humanissime Lectore, ad limen hujus nostri Thesauri, & quo fine hi à nobis exantlati sint labores, benevolis accipe auribus. *Beribusius*, scribit *Alstedius*, ὁ σωτηρίας καὶ χαλκέτερος, in Panace. Phil. Sect. IV. in Praesatione Nomenclaturæ, author est, ut singularum artium Lexica conficiantur. Nam si congruens cum doctrinarum & artium nōmatis ordo observetur, juventus, ut naturali illo ordine omnia facilius condiscet, ita à tencris etiam ungūculis artium lineamenta cum earundem vocibus mente complectetur. Hac ratione pueri discent intelligere ipsos artium terminos, quos qui intelligit, nā ille multū proscicit. Et sāne hac est causa inter multas præcipuas, quod hodie pauci cognitionem seruum consequantur, quia coguntur atatem consumere in addiscendis vocabulis, & quidem ordine plane inepio, qui adversa fronte currit cum ordine rerum. Nos, Optime Lectore, Lexicon dare Theologicum (ubi supremo rerum Moderatori & virium, & vitæ hujus usuram longiorem concedere vīsum fuerit) in animum induximus nostrum. Lexicon, inquam, paramus Theologicum, non ad Latinorum tantum & Græcorum, sed Syrorum etiam, Hebræorum & Arabum cognoscenda mysteria Theologica accommodatum. Hanc verò Methodum, cùm multiplex eam commendare videatur usus, & memoria subsidium sit non contemnendum; selegimus. De uno quippe teatōrio multisimul sic dealbantur parietes. Suppetit enim ejusmodi Nomenclatura.

I. Magnam *vocum copiam*, & quidem earum tantum, quæ ad ipsas indagandas res plurimum habent momenti. Non vehicula vacua, sed rebus significatis bēne onusta, exhibere, curat nobis fuit.

II. *Origines* historiarum, rituum, ceremoniarum, dogmatum, controversiarum genti cuique propriarum, & nativis suis vocibus expressarum, cādem operā, ostendimus.

III. *Vīsum* quin etiam cuiusque linguae in Theologia monstramus vel Didacticum, vel Exegeticum, vel Elenchiticum, vel Historicum, ita ut non pauciora Minister Verbi, quam linguarum studiosus de scripti hujus utilitate pollicerisbi possit.

Ab *Hebraea* antem Lingua initium nunc facere placuit, & quod illa rectiquarum omnium sit mater, & quod res illa conscriptæ antiquitate, sanctitate & usu nullis aliis cedant monumentis. Quid verò in hac à nobis præstitum sit, partim ex libri titulo, partim ex subjecto Indice planum fiet. Nihil autem absque authoritate dictum hīc volui, tum ut laude sua,

& la-

& laboribus neminem defraudarem, tam ut illis, quibus vel per negotia, vel librorum defectum in hac talia diligenter inquirere non licet, satisficeret; tam denique ut reliquis, quibus ex professo studia Hebraica tractare voluere est, authorum celeberrimorum, Hebreorum & Christianorum Hebraica tractantium, (ubi palma Clarissimis Viris, Dominis Buxtorffis, dubio procul debetur) exhiberem nomina, adeoque viam ad abstrusiora Orientalium monumenta plenius cognoscenda sternerem. Si quis prolixitatem nonnunquam desideret, cogitet, inventis facile esse addere. Curæ nobis fuisse capsulas & pyxidulas disponere tantum, quæ suo quicquid loco facile augebit. Ubi jam, ad ejusmodi Nomenclaturam Theologicam, duo adhuc ab Orientalis literaturæ Promotoribus accederent, nihil existimarem superesse, quod ad exactam rerum Theologicarum notitiam eruditum nostrum seculum desiderare deinceps posset.

Primum est Lexicon Biblicum, ordine Alphabetico ita dispositum, ut cuiuslibet vocis prima semper & propria investigaretur significatio, eidemque omnia per universum contextum sicutum subjicerentur exempla. Succederent significations impropriae, seu figuratae, suis quoque vestitæ exemplis. Quod si jam ex diligenti collatione, & accurato examine de singulorum locorum sensu proprio constaret & literali, quot errorum origines? παρερμηνῶν fontes? maleficorum dogmatum fomenta detegentur? V. G. בְּאַף significat voluit, propensione paterna fuit; sed ferè semper cum particula negandi construitur. LXX reddunt Θέλω, σύνεται, θετυμέω, θητοθέω, αποθέω. Hinc nomen בְּאַף, quod latissimum habet usum. Primo enim Patrem notat propriæ dictum. II. De-notat Majores. Vide *Iag. ad lect. Pat. Aph.* 1; III. Eos, qui alios instruunt, iisque non quidem τὸ ἔνθα, sed τὸ εὐ ἔνθα largiuntur; quo sensu discipuli Prophetarum, eorum dicuntur filii. 2. *Reg. 2.* 5. Confer. Thesaur. hunc p. 574. IV. Patrum etiam Nomenclaturam merentur ij, quorum quis sequitur mores. Vide *Iob. 8.44. Ezech. 16.3.* Sic quod de Adamo referunt Hebraei & Arabes. Dæmones ipsi, per aliquot annos, hominum loco, esse natos, non de natura, sed de mortibus intelligendum esse vult *Ruchinus*, de verbo mirifico pag. 9. V. Patres dicuntur *Inventores Gen. 4.20.* Unde in Paraph. Chald. *Magi* stri vocantur. VI. Nomine etiam hoc veniunt εἰ ἐν ταῦτον ὄντες, οὐ κατεστερεῖ. Vnde רְאֵבֶשׂ רְאֵבֶשׂ, vulgo πατεράρχης οὐ ἀρχηγίων appellatur. Quod si jam ut hujus, ita & reliquum V. T. Radicum 1. omnia exempla collecta suis significationibus subjicerentur. 2. Versiones, quæ inconsiderate significaciones confundunt-

Πρεσφίωντις ad Lectorem.

castigarentur. 3. Errores, ex significationum confusione, vel in ipsis translationibus, vel in Lexicis, vel in scriptis Elenchiticis, orti refutarentur, quis queso magnum hinc in Theologia non speraret usum? Hic vero labor, non judicium tantum, sed & multa lectionis est.

Alterum, quod, meo iudicio, Theologiam Practicam multum juvaret, est tum variarum Versionum, Orientilium præsertim, collatio, quæ integræ si fuerint, & Hurpyiarum contactu nondum contaminatae, tanto sunt æstimanda majoris, quanto proprius ipsæ illæ Linguae, Syriaca, Arabica, & Samaritana matrī Hebræiunt viciniores, tum quoque usum Practicorum, seu doctrinarum ex ipsis fontibus deducatio. Sic Commentarius daturus in Genesin, singulorum primò capitum breviter recenseret argumenta: analysin deinde attexeret Logicam: tertio Criticam in vocabulis difficilioribus exerceret, significata ex collatione contextus Chaldaici, Syriaci, Arab, Samarit, Græci, quos omnes Regium illud opus Parisiense, exhibet de quo, quantum haec tenus ex lectione ejus observare licuit, meum subjicerem iudicium, nisi brevitatis studium aliud suaderet (Moëcennatem enim Bibliotheca nostra Civica nacta, Strenuissimum virum D. Ioh. Jacobum Rhamum, Colonellum, cuius munifica liberalitate tam pretioso illa beata est thesauro) ventilaret: eamque, quæ contextui, locis parallelis & analogiæ fidei, maximè congruit, brevissime stabiliret: usus tandem ipsos ordine, ex ipsa vi & Emphasi verborum Authenticorum, emergentes, eliceret. Exempli gratia, versus primi Genesios examen criticum tale optem.

בראשית (In principio) i. e. Cum Deus initium faceret creationis, tum fuit terra inanis, &c. Sic Iun. R. Sol. Iarch. Vatabl. Alii in principio universitatis, rerum seu temporis, &c. ita ex Christianis exponunt Basilius, Ambrosius, Concilium Lateranense, ex Judæis, R. Saad. in paraph. Arab. & Philo. Sed negat Majm. hanc explicationem esse solidam, More Nevoch. 1. 2, c. 30. Esse enim tempus **מן גمراה אל מבלוקאת** ex rebus creatis, cuius tamen creationis nulla præcedat mentio. Sunt qui præpositionem **בְּ** instrumentisignificationem habere contendunt; atq; huc forsitan respexit Chalda Interpres, qui pro **בראשית** habet **בְּחִכְמָה** Persapientiam. An incretam sapientiam, i. e. filium Dei, in mente habuerit Paraphrastes, non dixerim. Certè nec verisimile, nec illi ætati, quæ Paraphrasis illa prodierit, censemtaneum videtur.

ברא (Creavit) i. e. partim ex nihilo, partim ex materia inhabili (**haec enim**

Περσφώνησις ad Lectorem.

enim verbi Hebraici Emphasis est) cœlum fecit, terram, marias & quæ
in eis sunt.

Deus) Nomen plurale est, sub significatione singulare, R. אלהָם
veneratus, reveritus est; quo sensu obsoletum hoc Hebræorum verbum
apud Arabes etiamnum usitatum reperitur. Nam, quod ab אלהָם alii,
ab אלהָם derivant, analogiam Grammaticam sibi adversari non animad-
vertunt. Notat igitur אלהָם propriè τὸ σέβασμα, Numen veneran-
dum. Sunt, qui vi vocis S. S. Trinitatem hinc exculpunt. Sed melius fa-
ciunt, qui, parcūs hoc contra Judæos argumento utuntur. Vide Calvin.
& Drus. comm. in Genes. Sist. An. A.B. p. 20.

הַשְׁמִים וְאֶת הָרִים (Cœlum & terram) A situ sic denominantur. Cœ-
lum quidem a שָׁמָן altus, sublimis fuit: Est enim sublimior mundi pars:
Terra vero ab אָרֶץ depressus, humilius fuit. Vide Thesaur. p. 234.

תְּהֹוּ וּבְחֹו (Inanis & vacua) Voces sunt plerisque Criticis Synonymæ.
Alii tam distingunt tanquam חֻמֶּר וְצֹוֹר Materiam & formam, Ménass.
ben Israel Probl. de creat. p. 15. R. Bech. in comm. & Tol. Izhac ad hunc
locum. Origo earum non nihil difficilis est. Vide Nicol. Full. Miscell. p. 295.
Vi autem Etym. significat rudem & indigestam molem: Ein solch wüst/vn-
geschaffen ding/darab einer gleichsam erstaunet. Est enim radix תְּהֹו
obstupuit. Chaos illud antiquum & primum, in quo confusa latuerit terra,
innuitur: Materia prima vulgo dicitur. Versio Arab. Parif. Saad. hab.
עַמְרָה מִסְתְּבָרָה terra erat abyssus cooperita & obruta mari. Chald. Sá-
marit. verò וּרְקִינְיָה שָׁמָמָה וּרְקִינְיָה vastata & vacua, ut Paraphra-
sis Onkel. reddit. Syrus voces Hebræas retinet. Sic in Targum Hierosol. &
Ion. עַד מִרְיוֹה וּבְחָאֵן Ibn-Sina transluit planè ad
sensum versionis Græcæ, ἀπογέλω Κἀκατασκευασθ. Non quidem,
ut Sever. scribit, ὅτι εἰναι ἐφαίνεται, ἀλλ' ὡς ἐν εἴποι Τις ἀκόσμιοθ, i.e.
ut Maur. habet Edit. Arab. מִכְרֹובָה וּמִסְתְּחֹשָׁה ḥānd wild.

רֹוח אֱלֹהִים מְרַחֶת Spiritus Domini motabat se) nempe instar colum-
bæ suis foventis pullos. Ut præter Syros, ipsi explicant Talmudici. Vide
Thesaur. p. 275. & 350. Confer historiam Baptismi Matth. 3. & Epiph.
p. 224. Ergo Sp. S. bis in forma columba videtur apparuisse, & quidem
incubans aquis. Interpret. Arabica Erpen. Saad. & Par. de vento hoc ex-
plipliant. Ita & chald. Samarit. רִיחַ אֱלֹהָה אֲנָשָׁה Spiritus Dei flabat. Nec
desunt ex veteribus, ut Tertull. & Theodor. quibus haec explicatio probatur.

At

Πρεσφώνοις ad Lectorem.

At Emphasis verbi Hebræi קְרָרָה, quod ipsa quoque Syriaca versio antiquissima, ut in *Thes.* diximus, & Edit. Paris. cum *Iса bar Ali* retinet, hoc non admittit. *Et sic deinceps.*

Præmissis his notis criticis, ipsi statim subjiciendi sunt usus, ita tamen ut suam hinc artifex celet artem. Nec enim opera pretium est, coram plebe Ecclesiastica suam ostentare linguarum notitiam, aut prolixius disserere velle de versionum varietate, quā animi imperitorum fauiantur potius, quam sanantur. Sufficiat ex textu originali eam proposuisse doctrinam seu usum, qui in notis Criticis probatus, & ab exceptionibus vindicatus est. Ita ex Geneseos verbis initialibus sequentes elicimus doctrinas. I. Deum esse venerandum, & omni honoris cultu afficiendum. Ipse enim אלה i. e. *venerandus* appellari voluit. II. Deum esse omnipotentem, quia totam hanc mundi machinam בָּרָא id est *ex nihilo fecit*. III. Cœlum esse certum & definitum locum, ^{אֲלֵיכֶם} שְׁמַמָּה *altitudine dictum*; ac proinde non ubique. IV. Spiritum Sanctum esse æternum, quia jam in κοσμοποτα ἐξανμέρεψ id est, *super aquas ferebatur*. V. Spiritum Sanctum non virtutem hoc loco esse, aut ventum, sed veram substantiam, πνεῦμα νοεցъ quia ei actiones substanciales, & animales, ut קְרָרָה, quod columbarum propriæ est aut aliarum avium, tribuuntur. Facile jam erit usus istos, tum locis parallelis, tum aliis exemplis illustratos ad διδασκαλίαν, ἔλεγχον, πανόρθωσιν, παιδείαν toti cœtui applicare, quod quidem nobis, brevitatis studiofis, hinc non licet. Nescimus tamen adhuc, quid serus vesper vehat, aut alio tempore fieri possit. His nunc,

Benevolè Lector, fruere, studiaque nostra, precibus Tuis,
benedictioni Divinæ commendare
perge.

EPIGRAMMATA

IN

Reverendi, Clarissimi, Doctissimique
VIRI,

DN. JOH. HENRICI HOTTINGERI,
S.S. Theologiæ Catecheticæ, Historiæ Ecclesiasticæ & Linguarum Orientalium Professoris solertissimi Thesaurum Philologicum longè pretiosissimum.

Linguae Orientales meritò sanctissima clavis,
Ad reseranda Dei mystica verba, cluent.

Kleidus & merito sacer, HOTTINGERE, vocaris,
Ceu Criticus pandens lemmata sacra Del.

Hac clavi, Hebræe Genti, me judice, callem
Ducentem ad Christum Tu reserare vales!

Nimirum discep Christum Judæus Apella.
Sancti quod Pauli pagina dia docet.

Fata viam invenient. Fati, me vate, futuri,
HOTTINGERE, olim fortè minister eris.

Quondam nascenti Christo pretiosa tulerunt,
Orbis ab Eo limite dona Magi.

Os Theaurus tuus, HOTTINGERE, lucrari
Isacidas Christo posset in orbe vagos!

Nempe foret rutilo longè pretiosior auro
Theaurus vere gemmeus ille tuus.

Made animo! Pergas animi pretiosa talenta
Rite dicare DEO, Christicoliq; piis.

Hujus in auspiciis anni Tibi comprecor annos
Nestoreos, tandem regnabat a poli.

Qui magno tuo merito Te macte amat,
& impense colit

JOH. IACOBVS IRMINGERVS.

Ecclesiæ Tigurinæ minister,

() ()

II.

HOTTINGERUS & ALSTEDIUS par nobile, nostri
Temporis eximum lumen uterque micat.
Audit *Sedulitas* **ALSTEDIUS**: audiet omni
Jure **HOTTINGERUS** sedulitatis apex.
Thesaurus docet hic, quòd *Thesaurarius* omnis
Doctrinæ meritis audiat elogiis.
Si volet Hebræus, Syrus & Chaldæus, Arabsque
Accedat, nostras pulset & ante fores:
HOTTINGERUS erit præstò, dicetque salutem,
Sermonesque seret cœu Syrus, alter Arabs.
In rebus fidei si quis deflexerit, illum
In rectam revocat, Numine dante, viam.
Atestatur opus, quod nomine gaudet *Oδηγης*,
Quod pretio superat multa talenta suo.
ALSTEDIUS curis nimii, vigilique labore
Decoctus, citius desuit esse super.
HOTTINGERE diu patriæ superest, nec atrahit
Mors fecerit hæc virtus filia sacrata tuæ.
Victima de vestris, *Thuricenſia lumina*, septis
Exeat, ut *lumen longius illud ovet*.

scripsit

FELIX VVYSSIUS, Tigurinæ
Ecclesiæ Minister,

Cum felicissimi anni voto, Calend.
Ianuar. 1649.

Admonitio ad Lectorem.

I. Errores, qui inter relegendum occurrerunt,
ita corrigito.

Pag. 9. *lege* Rom. 11. v. 25. p. 13. l. 24. pag. 11. b. p. 17. l. 18. Myll. p. 1387. p. 21. l. 13. Indubitata. p. 30. l. 13. Bibliotheca. pag. 48. l. 1. מעדות. p. 74. l. 17. Corruptelis. p. 82. l. 22. Concatenato. p. 86. l. 20. בטהן p. 89. l. 29. ב תורה p. 96. l. antep. Plagæ. p. 105. l. 1. Dele Est. p. 108. l. 4. ל' שראל p. 15. l. 10. Post verba *semen tuum*, insere; Hic incipit numerus 430. annorum. Estque textus explicatio talis: Et habitatio filiorum Israël, qui habitarunt in Aegypto, & aliis terris, &c. q.d. quod initium Exilii 630. annorum fecerint ex hora illa, quâ dictum est Abrahamo; Peregrinum erit semen tuum. Hic enim. p. 168. l. ult. ταλαιπωρεω. p. 193. l. 16. Malitiosæ quidem Et l. 17. Sed in iis taatùm exemplaribus. p. 195. l. 8. Isa Bar Ali, ita & alibi p. 124. Gen. 3. v. 15. p. 207. l. 27. Cherubinis. p. 214. l. 11. עת. p. 232. l. ult. ומאחר. p. 270. l. 28. Operi. p. 272. l. 30. v. 14. Et l. 32. v. 7. p. 280. l. 15. אלחד. p. 297. l. 25. Gen. 37. 4. p. 304. l. 19. Gen. 43. v. 28. l. 22. Pro his verbis. p. 356. l. 15. תחת. p. 397. l. 8. Infuscavit. p. 431. l. 14. Appellatur. l. 18. sacrilegæ. p. 453. l. 18. De quibus idein. p. 486. l. 19. Sunamitæ. p. 507. l. 8. Multiplicans. Unde derivatum. p. 511. l. 9. Manifestam. p. 539. l. 7. Dele De. p. 545. l. 22. Constitutio vel observatio. pag. 546. l. 10. אלפairyah. p. 552. l. 9. רבבות. p. 554. l. 27. Consanguinit. 589. 25. מאפטה & אמונה Ded. 2. παρομιώσιται.

II. Observa characteribus Arabicis destitutos nos intest. Arab. adhibuisse typos Hebraicos. I. Ex Alcorano p. 113. 125. 126. 538. 11. More Nev. p. 3. 214. 420. 493. 508. 545. 546. 547. 572. 573. 574. p. 578. 579. III. Ex Elmakini Historia Ecclesiastica. p. 45. 61. 112. 310. 460. 478. 480. IV. Ex Patricidis Histo. Eccl. p. 54. 176. V. Ex Beidav. Comment. in Alcor. p. 86. 287. 538. VI. Ahmed Ibn Idris p. 163. 276. 329. VII. Philipp. Guadagnolo, p. 164. VIII. Ibn Sina in Pentat. pag. 219. 274. 275. 276. 277. IX. Ex Arwivmuoiç p. 346. 414. 525. 533. 556.

THE SAURI
PHILOLOGICI

LIBER I.

De

Rebus Theologicis.

ARGUMENTUM CAP. I.

De Religione, ejusq; varijs speciebus.

SECT. I. De religione, quæ Hebrais dicitur לֶת. 1. Lex.
2. Cultus. עבדות אל. 3. Cultus Dei. אמונה Fides.

QUESTIO : An ex felici rerum successu de Religionis judicare liceat veritate? SECT. II. De religione Hebrais, Israelitis, Judæis. QUEST. I. An Judæi inter Christianos possint tolerari? II. Quid de conversione Judæorum sit tenendum? III. An infantes Judæorum parentum manibus eripere, ijsdemque, invitis genitoribus, baptismum conferre liceat? IV. Quid de Judæorum Medicis statuendum? SECT. III. De prima Judæorum distinctione, Ratione originis, quâ Judæi sunt, A vel נָתִי, quorum rursus alij sunt ישראלים אֲוֹרָחִים Nati, טומרים Apostatis完美: alij Apostatis: alij Coacti: alij Tradidores: alij Mutati: alij Separantes se à הַפּוֹרְשִׁים מִדָּרֶב צְבֹר Seductores: alij Peccare facientes multos: alij מִטְלֵי רַבִּים cætus: alij מִתְנִירִים מִתְנִירִים Perfecti: alij Mercenarij. SECT. IV. Ratione locorum, 1. sunt אנשי ארץ ישראל Viri terra Israël. 2. Viri Babel. 3. יהודים מצריjs. 4. Barbari.

A

SECT.

SECT. V. *Ratione certa alicuius Politie.* 1. Nasiræ: נזירים. 2. פָרֹשִׁים. 3. חסֵידִים. 4. בְּנֵי רַכְבָּה. 5. פְּהָרִיסִים. 6. בְּנֵי בָּתְהוֹסָאֵי. 7. בְּנֵי זְרוּקִים. 8. בְּנֵי קָרְבָּנִים. 9. בְּנֵי קָרָרָאֵי. 10. בְּנֵי הַלְּלָה. 11. בְּנֵי דָמָוס. 12. בְּנֵי שְׁפָאֵי. 13. שְׁמָרּוֹנִים. 14. שְׁבָתוֹתָאִים. SECT. VI. De Samaritanis; qui aliâs vocantur חֻתָּאִים. 1. Sebuæi. 2. גִּיאִים. 3. אֲדֹם. 4. מִינִּים. 5. אַפִּיקוֹרָסִים. 6. אֶpicurei. 7. אֲחָרִים. 8. Alii: בָּשָׂר וְדָם. 9. עַרְלָאוֹן. 10. Canes: גְּלִיבִים. 11. Chuthæi: כוֹתִים. 12. עַפְנוֹנִים. 13. Ammonitæ & Moabitæ: כּוֹנְכִים. 14. עֲוֹבָרִים, אַלְילִים, כּוֹנְכִים. 15. Cœci: טְמַנִּים. Impuri. E'πιμετρεγν, de odio Judæorum in Christianos. SECT. VIII. De גִּינְטִילִיזָמוֹ, cuius species notissima. 1. עֲבֹדָה נְבִתִּית. 2. Viro-rum Indiae: Religio Nabathæa. 3. Aegyptiorum: מִצְרִים. 4. Chaber. SECT. IX. De Muhammedismo. 1. Secta Muhammedis. 2. Alias. 3. Saraceni. 4. Agareni. 5. Kedareni: סְדֵת עַלְיָה. 6. קָרְבָּנִים. 7. Ali.

SECTIO I.

RELIGIONE

in genere.

Religio Hebraic dicitur,

I.

תַּהֲרָת Lex Rabbin. *Religio.*

II.

עֲבוֹדָה *Cultus*, Synecdochicè *Religio*, cuius præcipua pars cultus, juxta Majm. More Nev. libr. 3. c. 51. *Servitus*, Ironicè videlicet, quia, ut Rabb. Iuda loquitur, lib. Cos. pag. 50. עֲבוֹדָתוֹ הוּא הַחִזְרוֹת *servitus ejus vera est libertas*. Vide Comment. Pet. Mart. ad Rom. c. 1. p. 2. LX X. hanc vocem reddunt per θελείαν, λαζαρέαν, λειτουργίαν, &c. indifferenter. Neque enim ijs, multò minùs Patriarchis & Prophetis tam subtilibus esse licuit, qui Pontificiorum more vocum præstigijs luderent, & distinctio-
nis ἀρχέδην καὶ αὐτορχέδης prætextu, cultum religiosum in crea-
turas transferrent. Spanh. Dub. Evang. Par. III. dub. 67. p. 303.

III.

עֲבוֹדָת אֱלֹהִים *Cultus Dei*. Hieron. t. 1. p. 546. *Servitus Domini*: ad dif-
ferentiam **עֲבוֹדָה זָרָה** *cultus falsi*. De vero cultu seu Religione scribunt Hebræi. *Primo*, quod sit purum Dei donum R. Jud. in Cos. Ser. 1. p. 9.a. *Secundo*, quod ejus partes *externæ* tres sint, **זָבֵחַ** *sacrificium*: קִטּוֹר suffitius: נְסֹעַד libamen. Vid. Ammudè golāh p. 18.b. *Internæ* duæ, יְרָאָה וְאֶהֱבָה, timor & amor. Majm. Mor. Nev. lib. 3. c. 29.

IV.

אמנוּנָה *Fides*, quæ creditur, quæ non res est ore tantum prolata, sed & concepta & figurata in animo, ut ait Majm. More Nev. lib. 1. c. 50. Unde elegans ejusdem Canon. פָּאַן כְּנַת מִן תְּקִנָּה מִן אַלְאָרָא אל צְחוֹה אוֹ מִן אַלְמָזְזִין צְחוֹתָה עַנְדרָך בָּאַנְכִּיהָא בָּאַלְקָול מִן עִיר

אָתָה צוֹרָה אֶת עֲקָרָה אֲנָהִיךְ אֵין חַטָּב פִּיהָא יְקִין פָּאָן חַזָּא סְדָל גַּזָּא
id est, Quod si acquiescas in sententijs quibusdam rectis & sanctis,
aut etiam de ijs, quæ planæ tibi sunt & perspicue, ore tantum differas,
non autem animo tuo concipias, aut eas credas, multò minus,
quām recte habeant, inquiras, nimis illud exiguum est. Vult nempe,
fidem vel religionem illam nullam esse, quæ solidâ destituta
notitiâ, nudo nititur assensu.

Quæstio: An ex felici rerum successu de Religionis judicare
liceat veritate? Negant Iudæi. R. Lipm. in libr. Nizz. p. 158. &
R. Albo c. 25. Orat. III. Seph. Ikkar. p. 14. Ex vers. Geneb. Nos
συλληφθεῖν sic respondeimus. I. Religionis veritas aut falsitas
ex prospéro rerum successu in thesi non debet aestimari. II. In
hypothesi verò, res Judæorum accisæ atque prostratae vanæ
non tam religionis, quām execrandæ infidelitatis testes sunt
atque indices. Sunt enim brutæ illius & blasphemæ vocis, τὰ
ἄναια ἀντίστοιχα οὐκέτι, καὶ τὰ τένατα οὐδὲ, meritissimæ poenæ. Vi-
de Comment. Bulling. in Daniel. p. 110. 111.

SECTIO II.

De Hebreis, Israelitis, Judais.

עֲבָרִי *Hebreus*: Sic primus vocatur Abrahamus à quodam Cana-
næo. Plur. **עֲבָרִים**. *Hebrei*. *Observa*. I. Hebræorum Etymon non
idem ab omnibus eruditis assignari. *Alij* Hebræos deductos
volunt ab Abrahamo. Sic *Euseb.* *Præp. Evangel.* l. 9. cap. ult.
August. Quæstio. in Genes. q. 24. & lib. 1. de consensu Evangel.
c. 14. *Lyranus* Matth. 21. v. 28. Hos verò refutat *tum* ratio
Grammatica, *tum* authoritas virorum doctorum, *Pauli Episc.*
Burgens. Matth. 21. *Aug. Steuch, Eugubin.* Gen. 14.

Alij existimant Hebræos dictos à **כְּבָרִי** *transfiri*, quasi **עֲבָרִי**
Transitor sit, seu *πρεσβύτερος*. Sic *Hieron.* Jes. 19. 18. & in *Ezech.*
cap. 7. *Theodor.* in Genes. q. 60. *Origen.* in lib. Num. Homil. 19.
Chrysost. in Genes. hom. 35. *Arias Montanus* in Can. c. 9. vide &
Prol.

Prol. Ioh. Seld. de Dijs Syris p. 13. Quos omnes refutat Cl. Buxt.
dissert. de Ling. Heb. conserv. in & à Confus. S. 31.

Tertij Hebræorum nomen derivant à עבר Trans. Cùm enim Abraham cum suis ex Mesopotamia in Cananæam transiisset, עבר נָהָר pro עבר, Transfluvialis appellabatur. Sic ex *Judaïs* scribit auth. Bere. Rabb. S. 41. R. Bechai in Ex. cir. fin. fol. 66. col. 3. Ex Christianis Augustin. Quæstio. in Gen. q. 29. Paul. Episc. Burg. Matth. 21. addit. 2. ad Lyram. Munsterus in Grammat. Hebr.

Quarta & receptissima authorum, quà Judæorum, quà Christianorum (Buxt. loco citato S. 37.) sententia est, quæ Hebræorum Patriarcham ostendit ipsum עבר Eberum, qui pro nepos fuit Seimi. Vide Gen. X. v. 21.

II. Nomen Hebræorum maximè fuisse usitatum לִשְׂרָאֵל בְּחַיּוֹתֶם בְּמִצְרָיִם dum essent in Aegypto, sine lege. R. Bech. ad Ex. 21. 2. interim tamen & aliás saep reperiri. Ex. 21. 2. Deut. 15. 12. 1. Sam. 4. v. 6. 9. & c. 13. 3. 7. 19. & c. 14. 11. 21. & c. 29. 3. Ierem. 34. 9. 14. Jon. 1. 9. Unde & moderni verpu- li in Translatione Germanica *Hebraum* vertunt ein *Jud*/ & Paraph. Chald. Onkelos Ex. 1. 16. & Ionath. Jonæ 1. 9.

III. In Eberi familia veram Ecclesiam, verūmque adeò Dei cultum fuisse. Unde Emphaticè Eberus vocatur סָגָלָה Pecu- lium Semi, benedictionis nempe & pietatis ejus ex assē hæres. Cos. p. 7. f. b. c. b. Ei etiam tribuuntur *Sancta pietatis gymnasia & seminaria, Scholæ* videlicet, de quibus Buxt. Diss. cit. S. 13. & 14. Vide & S. 34. 35.

ישראל Israël: Sic à Patriarcha Jacobo XII. denominatæ tribus, tum in ipsa utriusque foederis scriptura, tum in libris Rabbi- norum. Historiam ὀνομαστικας habes Genef. 32. v. 28. Observa autem I. Etymi rationem & certissimam, & tutissimam dari ab eo, qui nomen posuit, Angelo scilicet. Sic autem ille; Nomen tuum erit Israël בְּשֻׁרְתְּךָ עַם אֱלֹהִים quia prevalisti Deo, pre- cibus

cibus nempe tuis cum & instantia expugnasti. At *Josephus*, primo antiquitatum libro, *Israël* dictum putat, quod ad versum *angelum steterit*; *Ambrosius* verò c. i. in Epist. ad Col. eumq; sequutus *Ibn-Isa* in Lex. Syro. Arab. resolvunt in נָשֵׁר רַאֲהֹן ho-*mo videns Deum?* Respondeamus cum B. *Hieronymo* Quæst. in Genes. p. 100. *Quamvis illi grandis autoritatis sint & eloquentiae, & ipsorum umbra nos opprimat, qui Israël virum siue mentem videntem Deum transfulerunt; nos magis scripturæ & angeli vel Dei, qui ipsum Israël vocavit auctoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentiae secularis.*

II. A tempore Ieroboami, mortalium inquietissimi, decem Tribus dulcedine sacrorum ejus novorum & neclare ebrias, *Israëlis & regni Israëlitici* nomen solis sibi servasse, fidem societatemque cum Hierosolymitanis colere, & res cum illis communes habere, quasi numinis Imperio recusasse. *Cun. de Rep. Heb. lib. I. p. 130. & 418.*

III. Regnum Israëliticum, à Salmanassare in captivitatem deportatum, ad sedes pristinas, (paucis exceptis, *Es. 7. v. 7. Riv. Isag. ad S&S. p. 127.*) nunquam rediisse, *Joseph. antiq. lib. XI. c. 5. Cun. lib. cit. p. 84. 85. neq;* tamen ibi, quod ampullatis & sesqui-pedalibus crepant verbis Iudæi Europæi, ἀντονούσα uti. *Lungenas vias*, inquit facetè Hispani, *luengas mentiras.* Multa de hoc Iudæorum Imperio in Utopia florentissimo, garrire plurimis, videre autem illud nemini hactenus contigit! *Vide Exercit. nost. Anti Morin. S. 8.*

IV. Israëitarum tamen nomen, præsertim in Novo Testamento ad omnes æquè Iacobi posteros, tum corporales, tum etiam spirituales, id est, omnes electos, non Iudæos tantum, sed & gentiles conversos extendi.

לְהִדְעָה Lehudæus, Iudæus, ex Græcisimo nempe, qui aspirationem ignorantibus scribere solent *Iudæus*. Plur. □^{לְהִדְעָה} *Judæi. Nota I.* Israëlitas, seu Iacobi posteros nomine Iudæ Patriarchæ venisse

nissē longē post ætatem Mosis. Nam quod in Paraphrasi Chaldaica in ipso Pentatecho vox עָבֵרִי *Hebreus*, nonnunquam exprimitur per יְהוּדָה *Judæus*, libertati illud Interpretum, temporisque dandum est consuetudini. Notius enim tum fuit *Judæorum* nomen, quam *Hebreorum*. *Alij* incunabula hujus denominationis ostendunt in Schismate Ieroboami. *Cun.de Rep. Heb.lib.1.c.10.* *Alij* ad exilium decem Tribuum referunt. *Eli. in Tisb.* vide & *Buxt.* dissert de Orig. ling. Heb. S. 30. & 59. *Alij* ad tempus solutæ captivitatis Babylonicæ rejiciunt. Vide *Casaub. cont. Baron. p. 17.*

II. Solum populum Iudaicum in V.T. Deo fuisse סֶלַחֲנָה עַמּוֹן אֲשֶׁר־יְהוָה־אֱלֹהֵינוּ, *Psal. 147. v. 19. 20.* Paraph. Chald. Comm. R. D. Kimch. & R. Es.

III. Tempore Christi & Apostolorum, *Alios* ex Iudæis in infidelitate persistisse. *Alios* ad Ecclesiæ gremium accessisse. *Alios* denique ex doctrina Christi & Mosis mixtam aliquam conflasse. *Galat. de Arcan. Verit. Cath. lib. 1. c. 4.*

IV. Vanè, sed thrasonicè admodum hodiernos Iudæos veterum laudes, titulos & privilegia sibi arrogare. *Buxt. Praef. Synag. Iud.* Omnéique aliam præ se gentem contemnere. *Ibid.*

V. Scriptoribus profanis, cætera accuratis, & emissitijs suis oculis omnia penetrantibus, de Iudæorum origine, religione, ceremonijs plurijs excidisse ἀλλόνοτα: cuiusmodi est illud Plutarchi Symposiac. lib. 4. p. 670. ὡς τὸν δύον ἐπιστολίουν αὐτῷ πηγὴν ἀντικεῖται πυρινήν, οὐτε τοις καὶ τοὺς αὐτοὺς σέβεσθαι απόρετος οἰδάστησθεν γνωμόντι, id est, *Quemadmodum a finum, ostendentem ijs fontem aquæ venerantur, ita verisimile est illos cole-re porcum, sationis & arationis magistrum.* Geminum hic mendacium: utrumque notorium. Primum, quod Iudæis in honore sit porcus, quem, si quid aliud, execrantur quam maxime, usque adeò, ut neque edendum, neque nomine suo appellandum dignum existiment. Vide *Cun.de Rep. Heb. p. 321. Buxt. Synag. Iud. p. 189. & 423. Lex Tal. p. 496. Druſ. Quæſt. per Ep. St.*

p.31. *El. Tisb.R. כב ר:* Alterum, quod ὄνολγέται seu asini cultum ijs, qui ab omni externa Idololatria immunes esse volebant, malitiosè affricat. Sorpserunt putrida hæc tetraq; mendacia, *Cornelius Tacitus Histor.lib.5. Democritus apud Suidam, Petronius in Epigram. Juvenalis Sat.14.* quis verò Cacodæmon hæc talia in Israélitas confingere & effutire suggesserit, nemo facile dixerit. Ut porcum coluisse contenderent Iudæos, inde fortè factum, quod ab ejus esu, non religione, sed horrore potius sordidi illius animalis ducti, prorsus abstine-rent. De asini cultu vide *Nic. Full. Misc. Sac. p.322.* Eandem in Iudæos sibi sumunt licentiam Muhammedani, qui cœlum terrâ miscentes tam perfidè in veterū Iudæorum historijs versantur, ut σωχασινόν esse oporteat, qui, quando verum dicant, conjicere velit. Sic, V.G. desertum, in quo Israélitæ 40. trans-egerunt annos, Arabes נָהָר appellant, *Beid. comm. in Alcor.* quod propriè locum in vium significat, *Gigg. Lex Arab.* aut idem est, quod Hebræorum נָהָר Res vastitate stupenda; propterea vi-delicet, quod persuasum habeant, Israélitas palabundos & vagabundos oberravisse, viam ignorasse, ac quo, vel quā irent, incertos fuisse. *Majm. More Nev. Par. III.c. 50.p.512.* Hujus com-matis est, quod legirupæ quidam, Sabbati violatores, tempore Davidis in simias credantur conversi; *Alcor. p.10.l.8. Exempl. Bib. Leid.* Et sic sexcenta alia, de quibus in Comment. Arabicis.

Quæstio I. An Iudei inter Christianos
posint tolerari?

R. Argumenta in utramque partem non conteinenda suppeditant *Joh. Myll. Rabbinus p.1385.* & deinceps. *Author lib.5. disc. Polit. p.510. M. Lombar. p.38.56. Beccan. man. p.729.* Nos cum *Cl. Altingo Probl. Præd. Probl. 21.* Iudæos; imitatione veterum, *Cun. de Repub. Heb. p.305.307;* certarum legum frænis con-strictos (de quibus *Alting. ib. & Mar. Lombardus p.44. Theologi Hassi* apud eund. *Myll. Rabbin. 1391.*) inter Christianos tolerari posse, non autem à qualibet Republica excipi debere, modestè asseri-

afferimus. Quatenus verò ijs Christianus suam vel operam locare possit, vel àdes, habes in Rabbin. *Myll.* p. 1395. 1471.

II. Quid de conversione Iudeorum ante consummationem seculi sit tenendum?

R. *Alij* Conversionem Iudeorum citra ambages asserunt, argumento loci Rom. XI. v. 21. Sic *ex veteribus Chrysostomus Homil.* 12. de verbis Domini in Marcum. *Hilarius* lib. 11. de Trinitate. *Gennadius &c.* Ex recentioribus *Theodorus Beza, Pareus, Erasmus Roterodamus in Paraph. Faber Stapulenfis, Hunnius*, cum primis verò *Petrus Martyr & Joh. Piscator comment. in hunc locum*. Sic *Alting.* in Probl. *cita. Anton. VValæus Locor. Comm.* p. 1072. & deinceps. *Muscul. Locor. Comm.* p. m. 474. *Thomas Erpenius Orat. de Ling. Heb. Gisbertus Voëtius* Thesibus doctissimis hac de re editis. Idem etiamnum mystérium à plerisque in Belgio & Anglia, quin & à Venerando *Ecclesia hujus Antistite, aliisque Theologis nostris* piè creditur.

Alij, quamvis ambiguè de hoc mysterio loquantur, ab affirmativa tamen sententia non usque ad eò alieni sunt. *Consule Comm. Zwingli, Bullingeri, Hemmingij.*

Tertij denique controversiam hanc ferè intactam relinquunt, & simpliciter locum Pauli de omnibus ex Iudeis & gentilibus collectæ veræ Ecclesiæ membris intelligunt. Sic *Calvinus & ex eo Marloratus.*

Nos; salva cæterorum sancta authoritate; ijs astipulamur, quibus occæcatæ gentis Iudaicæ in Ecclesiæ gremium receptio placet, dummodo attendatur ad hæc tria.

1. Punctum temporis conversioni hujus non anxie nimis rimandum, utpote quod solius *θεος εν γένεσιν νέστος*.

2. Non negligenda media conversionem hanc promoventia, de quibus *Joh. Myll. præf. Rab. Voët. in Thes. Alting. Theol. Probl. Loc. 2. prob. 3.*

3. Conversionem non omnium tantum, sed & singulorum Iudeorum impedire a. Odium, quo conversi à

cateris premuntur. סְפִר אַמָּנוֹת c. 9. b. Idolatriam Ecclesiæ Romanæ, ex qua totum æstiment Christianismum.
Pare. comm. in Epist. ad Roman. p. 1101. Edryvin. Sand. Relat. de statu Relig. c. 41. pag. 238. Alting. Problem. Praet. prob. 21. c. A' u' d' q' av, & nimiam confidentiam, quam tum in promissionibus Majoribus suis factam, tum in eorundem meritis & successione collocant. *Con. Graff. Comm. in Dan. p. 422.*

*III. An infantes Iudæorum recens natos parentum manibus
eripere, iis démq, in vitiis genitoribus, baptismum
conferre liceat?*

R. Multi, & olim & nunc in hac excutienda quæstione fuerunt Scholastici, Canonistæ & Iurisconsulti, præsertim *Iacobus de Graffius* decisi. aurear. *Cal. Conf. Par. 1. p. 1. 36. & Par. 11. lib. 2. c. 23. S. 22. 23. Udalricus item Zafius*, Professor Friburgensis, qui integrum hac de re scripsit librum. *Alij* quidem affirmant, *alij* speciosius negant, *Myll. Rabbin. p. 1403.* Tutissimum nobis hic videtur *אֲמֵץ לֵב רַנְצָה אֶת דָוָלָה נַחַת* declinare, & quæstionis hujus decisionem ex circumstantiarum, ad charitatis Christianæ & prudentiæ Evangelicæ libellam examinatum, varietate suspendere.

*IV. An homo Christianus, gravi morbo tentus atque tentatus,
tutò, & absque conscientiæ sua vulnere, auxilium
implorare posset Medicis Iudæi?*

Quod si talionis lege sit agendum, res est in vado. Constat enim, eo Iudæos in nos esse animo, ut curam corporis sui non committant homini Christiano. Vide *Seph. Mitz. Kat. p. 37. b. cæterosque authores Hebræos ibidem citatos.* Si standum sit sententia *Talmudicorum*, neque sic operam Iudei suorum Medicorum nobis comendant. Ita enim in *Kiddusch. fol. 82. 1.* טוב שברופאים ליהנמ optimus medicorum meretur gehennam, nempe, ut glossa habet, quia multos incaute occidit, quos per artem ser-

servare potuisset. Exempla passim sunt obvia præsertim in *For tal. fid. lib. 3. p. 118.* Vide *Theol. VVittenb. Epist. Rabbin. Myll.* p. 1436. & p. 1454. *Sic certandum sit rationibus, & tunc quoque patroni & ἀερμαχοι Iudæorum Empiricorum causâ suâ cadent, ut videre est apud Myll. lib. cit. à p. 1434 ad 1459.* Si denique aliquem apud nos locum habeat authoritas magni illius viri, *Johannis Chrysostomi*, Episcopi Constantinopolitani, ipsius potius corporis faciemus iacturam, quâm cum dispensio animæ Iudæorum ægroti implorabimus operam. *Oratione* enim contra Iudæos 1.p.m. 398. doctissimè differit, quâm sit homine Christiano indignum, à Diabolo, vel Magis, vel etiam Iudæis sumere medicinam: Postea verò p. 399. ad objectionem: *Kāν νοσήσωμεν; quid si verò ægrotemus?* respondet; *βέλπον ἐν ταῖς ἀρρωστίαις μεῖνα, οὐ δέ τινα ἀπαλλαγὴν τῆς ἀθετίας εἰς ἀσθετιαν καταπιστεῖν.* Et *Oratio. VI. p. 476.* Αὐτὸν πινας θεραπειας τερπείν), καὶ λέγη τερψεσε, ὅπις ὑποχνέει) θεραπεύειν, καὶ οὐδὲ τόπο τερψεσε, ἀντεῖς (Γαδάνιος) τρέχω; αἰσακάλυψοι αὐτὸν τὰς μαλισταῖς, τὰς ἐπωδίας, τὰς τεραπεύματα, τὰς φαρμακείας. Καὶ οὐδὲ ἀληθειαν, μὴ γενίοντο. Ἕως δὲ καὶ ταῦθιστα ποιεῖναι πολλὰ, καὶ ἐκεῖνο λέγω. Οὐτοὶ εἰ καὶ θεραπεύεσιν ἀληθῶς, βέλπον ἀποθανεῖν, οὐ τοῖς ἔχθροῖς τε θετεῖ τεραπεύματα, καὶ τόπον θεραπευθῆναι τὸν τερψόν. Nihil utique solidius contra audaculorum illorum temeritatem dici potuisset, quibus obvius quilibet Empiricus Iudeus (adde & Magus, & delira anus) Medico Christiano præstat. Vide & p. 477. 479. 483.

V. An Iudæorum sacris promiscuè liceat interesse?

Chrysostomus Homil. 1. *adversus Iudeos*, in auditores suos acerbè satis invehitur, quod sacris Iudæorum, præsertim festis eorum, crebriùs interessent. De Synagogis in genere sentit, quod à publicis scenis & theatris nihil differant. *Ἐδέ, inquit,*

Θεάτρος οὐδὲ σωματιῶν τὸ μέσον. Et paulo post p.391. πανδοχεῖς παντοὶ ἀπομάτερι σωματιῶν χωρίου.

SECTIO III.

*De prima Iudeorum distinctione
Ratione originis.*

Ratione originis Judæi sunt, A vel

אָוֹרֶה יִם Nati; ἀντόχθονες, LXX. Ex. 12 19. οἱ ἀνέκαθεν ἐβραῖοι Clem. Alex. βαθεῖς ἐβραῖοι Chrysost. γνήσιοι & οἱ ἀρχῆθεν Ιudeiοι. Casaub. cont. Baron. p.26.27. cū τερψιών Ιudeiοι, Salmas. comm. de Ling. Hellen. p.235.

Quorum rursus alij sunt

אַמְתִּים יִשְׂרָאֵלִים גָּמְרִים Israëlitæ perfecti. Chin. 17. qui & **וְרִזְצִים** Veri, ἀληθεῖς, vel ἀληθᾶς Ισραὴλῖται Joh. 1. v.48. quorum officium & fides describitur lib. Cos. p.23. Appellantur etiam **מִאֱתָחִים Orthodoxi**, quorum definitio; generalis illa tamen est, quibuslibet recte sentientibus æquè competens; in *Introd. R. Benjam.* ex edit. *Conf. L' Emp.* p.31. Tempore V. T. quo reges vicini vexarunt Iudæos, & cuperente eorum Religionem ire extinctum, illi, qui veritati adhæserunt, id est, Orthodoxi, dicebantur **חֲסִירִים** Casaub. cont. Baron. p.54. Hodie is demum inter Apellas *perfectus* habetur Israëlitæ, qui **עֲקָרִים** id est, XIII. fidei Iudaicæ articulos à R. Majm. conscriptos, & Symbolo Apostoliaco ferè è diametro oppositos, amplectitur; de quibus c.2.S. 1.

Alij

מְשֻׁמְרִים Apostatae. Scaliger cont. Serar. pag. 346. observat, *Apostatas esse vel voluntarios מְרִים dictos*; vel *coactus, persecutionis tempore à fide deficientes, suppliciorum & mortis metu, מְשֻׁמְרִים appellatos.* Verum, ignorant hanc vocum differentiam Rabbini. Uno quippe vocabulo **מְשֻׁמְרָר** denotant eum, qui *vel* Judaismum tam metu pœnæ, quam amore præmij ejurat, & in castra Christianorum, aut Muhammedanorum (quod de Abdumelic-bar

bar Mosis, Hist. Sarac. p. 82. & celebri illo Rabbino *Mosè Aegyptio*, vulgo *Maimonide*, Arabum referunt historiæ. *Autor libri Arab.* (כתאב עין אל אנבא פי טבקאת אלראטבא) palam transit: *vel*, qui præceptum aliquod negativum constanter & petulante transgreditur. Sic *Majm. Hil. Tesch. c. 3. R. Lipm. lib. Nizz.* p. 47. Vide & *Eliæ Tisb.* Et *Lex. Cl. Buxt. Tal. Vorst.* item notas ad fundam. *Majm. p. 83.*

Appellatur *posterior* hic aliás פניהם Chal. *Num. 15.* גלי. 29. homo γυνή πεφαλῆ, qui omnia pudoris & modestiae repagula perrupit, de quo *Cocc. in Sanh.* p. 399. 392. Et *Majm. Hil. Tesch. c. 3.* העשרה עבירות ביד רמה כיהוקים בין שעשה קלות. בין שעשה חמורות אין לו חlek לעולם הבא והוא הנקרא מגלה id est, *Qui elata manu transgreditur legem, sicut Jehoakim, siue transgressiones illa leves fuerint, siue graves, nullam partem habet in futuro seculo. Atque talis in lege vocatur פניהם, propterea, quod frontem perfricuerit, revelataque prorsus facie, nullâ legis divinæ reverentiâ ducatur.*

Observa autem I. prioris generis Apostatas, id est, eos qui Iudaicæ se abdicant infidelitati, aliás dici פלשניהם, id est, obtructatores, delatores, qui, ut loqui amant, pleni riuarum sacra-tissima & secretissima Iudæorum eminent mysteria *Buxt.* *Synag. iud. p. 162. Lex Tal. R. לשן:* Atque hos a. acer-rimo & acerbissimo prosequuntur odio. *Sepher Amanah. c. 9.* *Marcus Lombard. Entdeck. Jüd. hand. pag. 116. ex Reuchlino.* b. Quotidie diris devotent, solenni formula, quam *Cl. Buxt.* recitat, loco cit. *Lipmannus* verò *Nizz. 183.* vafrè, ut solet, elu-dit & excusat. c. Ad necem varijs artibus rapiunt. *Vidor von Carben/cont. iud. lib. 1. c. 17.*

II. Indigno hoc nomine notatos venire illos præsertim, qui Christo nomina sua dederunt. Eorum prolixum satis per-texit Catalogum *Job. Myllerus* præfat. Rabbinis, sui. *M. Lom-bar. p. 8. & 17. ijs August. Neb.* adjicit Libertum Cominetum, Psal.

147. *Alting.Histor.Eccles.Palat.& Riv.in Cath.Orth.p.32. Immanuelem Tremellium : Elmacinus in Histor.Eccles.Arab.Msc.* (quam Viro Nobilissimo, Antonio van Zurich, Bergæ Domino, hoc loco meritò acceptam fero) *Duditum quendam p.258.* Et *επιφανέστερον* illum Ecclesiæ primitiæ doctorem *Epiphanium* : quam verò rectè, hoc loco dispicere non lubet: viderit ille. Quod autem Bonfrerius, Gretserus, aliique Pontificij *Leonem Iudæ*, Ecclesiæ Tigurinæ ministrum meritissimum ; ut invidiam tanto viro conflarent ; ex Iudaica natum satumve nugati fuerunt familia, abundè jam ante ab alijs explosum est. Probra enim hæc familie ejus intentata ab sterferunt viri doctissimi, *Jacobus Huldricus* Vindic.pro Trans. Bibl. Tig.c.VII. & *And.Riv.* Isag.in S.Sc.c.XII.p.177. *Mel.Adam.* Vit.Theol. p.94. *Alij*

מַמְרִים *Mutati*: Apostatae *כָּנְעָנִים*, qui certa quædam duntaxat deserunt Hebræorum instituta, cætera sancte tenent. Sic à distingue evidenter *Talmudici*, (vide *Hal.ol.p.208.*) eosque secutus *Buxt.Lex.Tal.* *מַר*. Toleratur Talis inter Judæos, modò non sit idololatra.

Alij

אֲנוֹטִים *Coacti*: qui in propatulo Christianam Religionem verbis & gestibus confitentur, in occulto verò Judæi sunt. *Con.Grafser.* plaga Reg.pag.196. Hujusmodi monstra plurima alit Italia & Hispania, quibus omnem Religionis reverentiam exxit amor vitae & pecuniae. De his loqui existimo Canon.viii. *Syn.* 7. ut ex *comment.Balsam.p.266.b.* liquet.

Alij

מַסְרִים *Traditores*, qui vel hominem ipsum interficiendum, vel facultates ejus Cuthæo, id est, Christiano tradunt expilandas. *Maj.Hil.Tesch.c.3.* *El.* in suo Tisb. קוראין למי שמלשין חברו. *Eum, qui alium defert vocant absolute TRADITO-* REM. Kar' ἔξοχοι sic dicuntur, qui vel alios ad tribunalia Christianorum raptant, vel secreta unius fidei propria, detegunt & rese-

referant. Vocari potest talis רְזִיאָה *Revelator arcanorum, Sanhed.* p. 203. quo sensu מוסר appellatur novus ex Iudeo Christianorum proselytus. Vide *Bux. Synag.* p. 426. *Lex. Tal. R. Lombard.* p. 33. In Ecclesia primitiva quam invidiosum fuerit *Traditorum & Libellariorum nomen, ex Cypriano patet & Augustino.*

Alij

הַמְסִיחִים Seductores: ubi nempe singuli seducunt, aut ad Idololatriam solicitant, singulos: *Majm. Hil.* טז cap. 5. Vide & notas marginal. המסית את רוב אנשי העיר זה מדיח ואינו נקרא מסיח. *seductor, qui plurium seductioni inhiat, non sed appellatur. Id. Ib. & lib. Chin.* p. 37.b. *Talmud. cod. Sanhed.* p. 56. *Cocc.* confer. p. 203. ex *Majmonide.* Ubi, quas Seductor ejusmodi & poenas mereatur & insidias, fusius explicatur. *Fag. com. in Paraph. Onkel. Deut.* 13. 8. Unde in *Cod. Sanh.* toties עיר נדחת *ad Idololatriam impulsa*, fit mentio.

Alij

הַפּוֹרְשִׁים מִרְבֵּי צְבֹור Separantes se à viis cœtu, Schismatici. *Majm.* de Schismatico, vel communionis externæ desertore, in *Hil. Tesch.* c. 111. sic loquitur: הַפּוֹרֵשׁ מִדְרֵבִי צְבֹור אֲפָלָי פִּי שְׁלָא עֶבֶר: העירות אלא נברל מעדת ישראל ואינו עושה מצות בכלן ולא נכנס בצרתן ולא מתענה בתעניתן אלא הולך בררכו כאחר מגני הארץ ובאיו phrasis, verbis tamen synonymis, ab Apostolo Hebr. 10. v. 25. שְׁפָקְכָנְשִׁין שְׁפָקְכָנְשִׁין (Gal. 1. 21 σωματικῶν usurpatur) se à viis cœtu; id est, Ecclesiæ communione & ἐνταξίᾳ; et si transgressor non sit, sed disjunctus tantum à cœtu Israël, neque facit precepta universim, neque participem se reddit calamitatum eorum, neque se afflitit afflictionibus eorum, sed ambulat in via sua, sicut unus ex gentibus terræ, tanquam nihil sibi cum Iudeis commune, non habet portionem in futuro seculo.

Alij.

Alij

מְחַטֵּא רָבִים Peccare facientes multos, id est, alios vel ad gravia, vel levia peccata solicitantes, Majm. Ib.

Alij

מְטַל אֶימָה עַל הַצֹּבָר Terrorem induentes super cætum, qui unum hoc agunt, ut alios terreat, soli imperent, & ad nutus sui obsequium minis & terriculamentis adigant. Id. ib. quibus ille, aliisque id genus hominibus vitam æternam abjudicat.

B.Vel

מְתַנְיָרִים Inquilini, advena, ἐγγεῖαπτῶι, ἀλοσ ἀλυστῶι, aliâs σολυντεύοντες, (quo verbo de Aquila Pontico utitur Epiphanius in Panar. p. 538.) qui relictis sacris patriis מְתַיהֲרִים ad Judeos transeunt. LXX. & eos sequutus Justinus Martyr, hanc ipsam vocem, Chaldaica tamen terminatione vestitam, retinent γέω-
εα. Hesychius, Lexicographus Græcus, Christianus, πολλῶν αὐ-
τάξιος ἀλλων; Γείωσες, inquit, γείτνας, οὗτοι ἀλλα γένους καλλυμένοι
τῷ Ἰσραὴλ ἀλοσιλύται. Optimè; quod vero addit, οὐ τός τοι
τὸν γένος διαπονεύματα, error est enormis, multis tamen, He-
breis præsertim, vocum Græcarum originem in Palæstina
quærentibus, communis. Toto namque cœlo γεωργούσε, quo
Hesych. respexit, vox Græca; & גְּנוּרָא γείωσε Chaldaea, distant.

Nota: Qui ex Græcis proselyti fierent, ἔλλησισται vulgo di-
ctos à sermone, quo uterentur, & quia non veri Græci essent,
utpote in Syria nati, ideo ἔλλησισται potius quam ἔλλησις di-
ctos ait Salmas. comm. de Hell. p. 235.

Quorum alij

גְּרוּרִים Profelyti justitiae: aliâs גְּרוּרִים proselyti ἀντόμαται,
sponte, solius religionis causâ, & gloriæ Dei studio, nulla præ-
mii, aut promotionis spe ad Iudaïnum traxi: גְּרִי בְּנֵי ברית
profelyti fæderis, Confæderati.

De his observa. I. Proselytos hos & olim, & nunc certis ini-
tiatos ritibus, nempe בְּמִילָה circumcisione. 2. בְּטֻבִּילָה baptismō,

in

in prælia trium testium administrato. 3. **בְּקָרְבֵן** *Sacrificio*, quod tamen tertium hodie omittitur. Vide *Munst. Evangel. Matth. Hebr. c. 23. Buxt. Lex. Tal. voce נָר Consule etiam Druſ. de 3 sect. lib. 2. p. 101. Camer. opera p. 175. b. Martin. Lex. Voc. proselytus. Genz. comm. in lib. Madd p 91. Peractis his ritibus, de ejusmodi dici solet, **נֶר בְּשִׁנְחִיה הַגָּר בְּקָטָן שְׁנוֹלֵד רָמָה** *Proſelytus cum talis fit, ſimilis eſt infanti recens nato.* Confer Joh. 3. v. 5 & 10.*

II. Judæos prolixè satis ſuos commendare proſelytos iuſtitiae ex Christianis & gentilibus, plebejis & nobilibus. *Buxt. Syn. c. 2. p. 97.* Huc referuntur uxores *Samfonis & Salomonis*, *Nizz. p. 104.* Consule & *Vatabl. in Jud. c. 6. v. 4.* de Delila; & de uxore Salomonis, *Ægyptia, Francisc. jun. 1. Reg. 3. 1.* *Helenam* quandam in Meor Enajim. *p. 164. b. Munbazum Regem Medorum. Id. p. 166. 167. Schalsch. hakkabb. p. 107. Aristotel. p. 102. b. Antoninum Imperatorem Av. Zar. c. 1. aliōsq; de quibus Buxt. Syn. c. 2.* Triste cumprimis & temerarium hoc nostro tempore apostafiae exemplum recenſet *Joh. Myll. Rabb. p. 1378.* Et *Conr. Graffer in c. 9. Dan. Exerc. V. p. 423. Fortal. fid. p. 143. b.*

III. Plerisque à Judaismo ad pristinam religionem redire, aut alios etiam ad eandem amplectendam pellicere. Unde natum proverbium Talm. **קַשְׂם לְהָם נָרִים לִיְשָׁאֵל כָּנָעַן צָרָעַת** *Difficiles sunt Israëlitis proſelyti, ſicut plaga lepra.* Vide *Buxt. Lex. Tal. R. 7a.*

IV. Etsi legibus cautum ſit admodum severis, ne Proſelytos Iudæi ſuos laceſſerent, vitamque ante actam his verbis exprobarent **אֲמַשׁ הַיִתְהָר עֲבָד עַא וְעַכְשֵׁיו נְבָנָת תָּהָת בְּנֵי דְשְׁכִינָה Heri Idololatra fuisti, nunc verò ſubjisti alas Præſentia Dei, Chin. p. 29. fol. 1.** nunquam tamen defuiſſe, qui invidiæ oſtro perci, proſelytos ſuas ſibi res habere juſſerint, eosque contemptui habuerint, non ſecus atque Romæ & Athenis cives à prima origine tales, aſcitios ſuos & **אֲנַזְמָנָתָךְ**, *Casaub. contr. Baron. 27.*

C



Alij

Alij

תְּסִידֵי אָמֹת הַעֲלָם *Proselyti inquilini* (qui etiam **צְדִיקִים** *justi gentiles seculi* vocantur) **תְּסִידֵי אָמֹת הַעֲלָם** *seciles seculi, & Judaicæ religionis non omnes recipiunt ritus: sed, vel 1. à sola abstinent idololatria, ex definitione Kimchij & Elia in V. ג: vel 2. septem Noachidarum præcepta, quæ legis naturalis compendium sunt, Chin. fol. 10.b. recipiunt, ex mente Talmudistarum. Vel 3. (ut author libri Chin. p. 17.f. 1.R. Sol. Deut. 24. v. 14. R. Bechai in Cad hakkæmach fol. 18.c. 4. ejusmodi proselytum definiunt,) qui recipit, se idola non culturum, edit tamen (quod Levit. 22. 8. prohibitum) cadavera. De his observa. Proselytos inquilinos (cùm sic dicantur, quòd permissum Iudæis fuerit id est, habitationem ijs concedere inter Israelitas, nempe בְּתוּן שְׂהִיבָּל noweg tunc, cùm jubilæi adhuc es- sent in usu, ut loquitur Majm. Hil. Milah c. 1.) nullos amplius fuisse, ab eo tempore, quo patro solo ejeti extorres degunt.*

Alij

שְׁבִיר *Mercenarij*: Medij illi censentur inter Proselytos inquiliнос & gentes. Apertè enim contradistinguuntur **שְׁבִיר** & תְּוַשֵּׁב Ex. 12. 45. Ubi R. Sol. voce intelligi vult גוי hominem religione gentilem; sed accuratior Mercenarij hujusmodi definitio est R. Levi Barzelonitæ, lib. Chin. p. 17. ex mente Rabbinorum, eaque talis: **שְׁבִיר** הוּא גֶּר שֶׁמֶל וְלֹא טֶל שָׁכֵן חַכְמִים זל: Mercenarius proselytus est circumcisus quidem, sed non baptizatus: sic enim explicant Rabbini nostri p.m. Quid si intelligamus mercenarios, aut mechanicos peregrinos, die frömbden handwerks-gesellen / quos ut plurimum, vel desiderium experientia, vel exactior artis notitia, solum patriæ relinquere, & cum exteris versari jubet? Leges sine dubio & conditiones à veteribus Judæis his erant positæ, quibus servatis, tutò in Judæa degere, operamque suam Israëlitis locare licuit.

S E.

SECTIO IV.

De distinctione Iudeorum ratione diversorum locorum.

Ratione diversorum locorum Iudei sunt,

I.

אֶנְשֵׁי אָרֶן וּשְׁرָאֵל *Viri terræ Israël*; id est; Israëlitæ in Palæstina habitantes. Vocantur termino Arabico שַׁמִּים Schamæi, non ut Drusius de 3. Sect.lib.IV.c.20.vertit, cœlicolæ à שְׁמַיָּה sed Syria à נְאֹשֶׁר propriè *Damascena regio, ager Damascenus, cui Arabe totam adjungunt Palæstinam*, Gigg. Lex. Arab. Item מִעֲרָבָא Occidentales, respeçtu Babyloniorum, qui orienti propiores sunt. *Observa*: Tantò præstantiora fuisse Iudeis Palæstinis præ exteris privilegia, quantò celebrior & honoratior fuit ipse locus, & terra locis alijs. Vide Cun.de Repub. Heb.p.61.R. Jud. in lib. Cos. i i.b.& deinceps. Nizz. p.64.62.84.

II.

אֶנְשֵׁי בָּבֶל *Viri Babel*, id est, *Babylonij, Constant. l'Emper. ad Baba kama p. 183. Joseph. Scal. Not. ad N.T. p. 6. R. Ben. in itinerario p. 114. vocat אַלְעָרָה קְרִין Irakæos*, (non, ut docti haçtenus plerique legerunt, Γραεὺς Græcos,) à nomine קָרָע quæ duplex est עַרְקָע Irak Arabum, id est, *Babylonica*; unde Gen. 11. pro Heb. *Sinear*, in Paraph. Samarit. est עַרְקָע; & עַדְגָּת Irak Persarum, *Gol. Erpenius*, primam provinciam versus Syriam dicebat. In Masoreticis libris מִדְבָּרִיא Orientales nuncupantur: vide Hal. ol. p. 22.23.

Observabis autem I. Discrimen hoc inter Iudeos Palæstinos & Babylonios ultimæ esse antiquitatis, de quo Claud. Sal. comm. Ling. Hellen. p. 230.

III. Utrosque viros clarissimos Hal. ol. p. 22. Scholas item suas & Academias habuisse. *Illos* quidem Iafnæ, Zephoriæ, Casareæ, Tiberiæ, ad annum Christi 230. Buxi. comum. Masor.

p.23. *Hos Nahardeæ, Soræ, Pombedithæ, ad annum 1037.*
Id. pag 28.

III. Babylonios Iudæos Palæstinis fuisse potentiores *Buxt.* de Punct.p.405.406. Doctores præsertim eorum, naturâ longè fuisse glorioſiſſimos & faſtuoiſiſſimos (adde, ad rixandum propensiſſimos, *Sanh. Cocc. 193.* quo nomine ibidem graviter reprehenduntur) æmulatione etiam quadam & livore erga Palæstinos flagrâſſe; Scholas Palæstinæ, gloriâſuâ & ſplendorē, planè deleviſſe, omnem dignitatem, plerosque etiam Doctores celebres, & ſtudiorum frequentia in ad ſe pertraxiſſe, *Bux. de Antiq. Punct. vocal. 399. Cocc. 193.*

IV. Utroſque Lectioni legis publicæ in Synagogis vacâſſe, hoc tamen diſcrimine. *Judæi Iſraélitæ legem quotannis abſolverunt;* *Babylonij verò demum tertio quoque anno.* Vide Itiner. Benjam p.114. Et Majm. Hil. Tephill.c.12. & 13.

V. Diversitate in etiam aliquam; ſalva manente ipſius teſtus ſubſtantia; lectionis Bibliorum obſervari inter Orientales & Occidentales *Buxt. de origin. Punct. vocal. p.401.* Catalogum habet Cl. *Buxtorf. ad finem Bibl. Basileensium.* *De qua materia cap. II. de Sc. agitur.*

III.

יהוּדִים מִצְרַיִם *Judei Agyptij*, ut vocantur apud *Joseph. Gorion.* l.5.c.2. ſunt, qui vel coacti, vel ſonte in Agyptum confeſſerunt, ibiq; magno numero, præſertim ſub Alexandro & Ptolemais, *Joseph. antiq. lib. 12. c. 1.* degerunt. *De his obſerva.* I. Quod ex illorum neceſſitate verſio LXX. Viralis fit adorna- ta, ſic ſentiente *Scaligero* in *Epift. Epift. 14.* Vide *Difſert. noſt.* de Interpr. LXX. περὶ. 1. Quæſt. 3.

II. Quod ſummiſis aucti privilegijs, Alexandriæ cumprimis, honorati vixerint. De magnificencia Alexandriæ, & Schola- rum hujus urbis, ejus item vaſtatione, & magna Iudæorum ſtrage illic edita, vide lib. *Juch. p. 14. f. a. Tal. Hier.* סוכָה c. 5. R. *Aſar. Meor En. p. 66. Cun. de Repub. Heb. p. 294. Philo Alexan- drino-*

drinorum Iudæorum (*quos Alexandri humanitas volentes & sponte procul ab Hierosolyma abduxit*) princeps, libro, quem in Flaccum scripsit, testatur, *suo tempore non minus, quam decies centena millia Iudæorum in Aegypto habitasse*. Neque etiam nunc suas ibi figere sedes cessarunt, cùm tot ferè Iudæi Alexandriæ, Damiatæ & Rosetæ reperiantur hodie, *quot Turcæ Schikh Iur.* reg. p. 77. Expulsi tamen aliquando à Cyril. Episc. Socr. Hist. I. VI. p. 74 I.

III. Colonias istas Iudæorum in Aegypto seu dispersiones spontaneas, Verbo Dei, quo in Aegyptum redire Iudæi planè prohibentur, esse contrarias. Videatur Majm. Hil. Melacim c. 5. S. 5. & Meor En. c. 12 p. 65. b. Schikhar. jur. Reg. c. 3. p. 77.

IV. Utrum vero, per indubia antiquitatis monumenta, certa & inconcusssâ rationum pondera, virorum denique eruditorum suffragia, ab Alexandrinis istis, cæterisque Iudæis Aegyptijs accersere nobis liceat originem Hellenistarum, quos vocant, id est, eorum, qui peculiari, (*Hellenistica vulgo nuncupatur*) in Asia & Oriente celebri, tantumque à Græca polita difference, quantum hodierna distat Latina seu Italica ab antiqua, utantur lingua: eorum, quibus solis hæc, Hebraica Græcis admiscens, Dialectus vernacula fuerit & usitata, nostrum hoc loco judicare non est. Pro Hellenistica, scripserunt Daniel Heinsius hinc inde in suis scriptis, Exerc. præsert. in N.T. vide cum primis p. 25. Præfat. Scaliger, qui omnium primus hoc termino uti cœpit. Heins. præf. p. 23. Drusius de trib. Sectis p. 89. Sixtinus Amama p. 14. Antibarb. Cun. de Repub. Heb. p. 294. 302. & alij. At ναυοτυιανη hanc esse, & vix unius seculi dogma, pluribus probatum ivit Nobilissimus Salmasius 1. Funere Ling. Hellenist. 2. Ossilegio Lingua Hellenisticæ. 3. Comment. de Lingua Hellenistica, p. præf. 162. ad 111. quæst. *An Hellenistica nomen ei Pharsi conveniat, quæ verbis Græcis Hebræos concipit intellectus,* & pag. 175. ad IV. quæst. de Hellenistis Actorum, *an Iudei origine fuerint?* p. 189. ad V. quæst. *An Iudæorum gens olim divisæ in duo*

genera fuerit, nempe in Iudeos Hellenistas & Hebraistas & p.
24. ad quæst.VI. An Hellenistica lingua scriptum sit Vetus aut
Novum Testamentum?

IV.

■ **לְעִזָּה-Barbari:** sic in specie vocantur *Iudei Itali seu Romani*,
vel, quod prosapiam suam ad civitatem Romanam referrent,
vel, quod primi illi, qui post vastationem Templi secundi Ro-
manum venerunt, Linguae Sanctæ essent ignari, inquit *El.* in
Tisb. & *Buxtorf.* Lex Talm. R. **לְעִזָּה Germani** dicuntur
Galli **צְרָפִים Hispani** **סְפָרִים** Alii aliter, singuli tamen à lo-
cis, vide *Salmasi* lib.cit.p.201.

SECTIO V.

*De Iudaorum distinctione respectu certæ alicujus
Politiae vel instituti.*

*Ratione certæ alicujus Politiae vel instituti
Iudei sunt,*

I.

■ **Nasiræi**, id est, **פְּרוֹשִׁת Separati**, unde **נִירוֹת Separatio**.
Nasiræatus, idem quod **פְּרִישׁות**: de cuius instituto, vide *Num.*
lib.c.6. Drus. comm. in hunc loc. *Majm. Hil.* **נִירוֹת**. *Observa*
autem:

I. Quod Nasiræi fuerint, qui, ut liberius vacarent legi di-
scendæ & expendendæ benignitati Dei, aliorum commercio
se abdicarunt ad tempus, & Domino se totos dederunt, atq;
à vino prorsus abstinuerunt. *Majm. More Ne. Par. III. c. 48. sub*
finem. Fag. Paraph. Onk. in hunc loc. *Conf. Majm. Mor. Nev.*
lib. 3. c. 51. p. 516. Ubi agit quām sit solitudo meditationi re-
rum sacrarum apta & commoda.

II. Quod vestitu quoque hirsuto & piloso, (Heb **עַדְרָת** **עַדְרָתָה**, vel **שָׁעֵר**) ut verisimile est, *Johannu* insuper, *Matth.*
III. 4. Elie, 2 Reg. 1. 8. Prophetarum, Hieron. comm. in Zachar.

c. 13.v.4. exemplo confirmatur, à plebe discreti fuerint. *Full.*
misell. Sac. libr. 4 cap. 7. Spanhem. Dub. Evangel. Par. II.
p.666.

III. Falsò in lib. *Juchas.* Effenos cum Nasiræis confundi:
Scal. Elench. Trih. Ser. X. c. 23. Drus. de trib. sect. I. 4. c. 14.

I V. Scriptores Ecclesiasticos Græcos & Latinos, *Nazaræos,* seu *Nazoræos* (quod nomen in Ecclesia Apostolica *Christianorum*, *Drus. præt. libr. 5. pag. 194.* subsequenti primitiva, *semi-Christianorum, & semi-Judaorum* fuit *Hieron.*) cum *Nasiræis* voto obstrictis s̄aþe confundere. Vide *Spanhem. Dub. Evang. Par. 2. p. 623. Franc. jun. in Parall. p. 39.* & deinc. ubi de vocis homonymia, ambigua scriptione, & vera Etymologia ἀντιθῶς agit. Eum securus *Lamb. Dan. com. in August. ad Quod vult. p. 27.* Summa huc redit : 1. *Naziræos esse* illos, de quibus Num. 6. vel *nativos*, vel *votivos*, quorum illi destinatione aliena tales, hi propria. 2. *Nazarenos*, vel *Nazaræos*, homines Nazarethi natos aut educatos. 3. *Nazaræos, Nasiræos* q. ἀφανσάς, à *Syr. נסר abscindere*, quod Scripturam V. T. abolendam putârint.

V. Monachos hodiernos cum Nasiræis nihil habere commune, *Hoff. de Monach. c. 6.*

II.

בְּנֵי בֵּית רְחַבָּה Filij Rechab. vel, ut *Jerem. 35.v. 5.* legitur בְּנֵי רְחַבָּה filij domus Rechabitarum, qui certa quadam vita disciplina, non opinionibus sententiisque diversi à reliquo populo erant, *Cun. de Repub. Heb. p. 259.* Eorum institutum & παλαιῶν reperies apud *Jerem.* loco cit.

Observa de his. I. Malè Rechabitarum exemplo defendi Monachatum. *Scal. Elench. Trih. Nic. Ser. cap. 24.*

II. Ineptissimè Serarium Rechabitarum originem accersere ab exodo Israëlitarum, cùm antiquior eorum origo repeti non possit, quām à Iosia aut Manassis ultimis annis. *Id. p. 328.*

III. Suavilidum esse Rabb. acumine dignum, quæ de Rechabitis & ἀπονοίᾳ eorum tradit *R. Benj.* p. 82. Vide notas *Conſt. l. Emp.* p. 201. Quòd si tamen forte tum temporis quidam fuerunt reliqui, certum, multum à prima illa & castigatissima vivendi regula eos declinasse & in, & à captivitate Babylonica, *Scal.* p. 334. loco citato, ubi prolixius de initio politiæ hujus agit: Vult autem non omnes Rechabitas ασκητας fuisse & abstemios, sed progeniem tantum Jonadabi Rechabitæ *p. 324.*

III.

חסידי אונדאיות, *benigni*, qui in templum aliásque res sacras multos sumptus conferebant, in exercitio religionis ardenter, simum zelum præ se ferebant, & à cæteris Judæis arctiori disciplinæ vinculo discrepabant. Vide *Scalig. Elench. Trih. Serar. cap. 22. Drus. de 3. ſect. l. I. c. 11. 12.* Ubi de ritibus Hasidæorum compendiosè agitur: Et *Quæſt. Heb.* p. 38. *Cun. de Rep. Heb. p. 56. Full. Miscell. Sac. l. I. c. 3.*

Obſerva: I. Propriè & primariò voce חסידי מישראן quoslibet denotari *pios, sanctos,* antequam effent ullæ ſectæ. *Drus. de trib. ſect. lib. 4. c. 10.*

II. Hoc nomine tempore Macchabæorum venisse eos, qui nec minis, nec promiſſionibus à vera religione potuerunt abduci, (quibus opponebantur פושעים מישראל וגוֹיִנְתָּא וְלֵבֶן וְלַעֲמָן Ioseph, apostataz;) ac propterea inter ſectarios non referendos, *Cas. cont. Bar.* p. 54. *Similes his, inquit, sunt in antiquis Christianorum persecutionibus Traditores & Libellatici apud B. Cyprianum & Augustinum: At Asidim sive Chasidæis proportione respondent Catholicæ.*

III. Rebus Judæorum in melius conversis Hasidæos appellatos eos, qui peculiares ſibi & nulla lege definitas præſcriperunt exactioris disciplinæ regulas, de quibus *Drus. l. I. c. 12. de trib. ſect. Scal. El. Trih. c. 22.*

IV.

פְּרוֹשִׁי **Pharisei**, id est, *Separati*. Proles vel Naziræorum, *juxta Eliam*; vel Hasidæorum, *juxta Scalig.* loco citato. De his observa. I. Etymi rationem non eandem ab eruditis observari, vide *Druſ.de trib. ſect.l.2.c.2. Spanhem.Dub.Evāng.par.3.dub. 28. Martin.Lex.voce Phariseus.Receptiſſimæ duæ ſunt. Pri- ma Phærifeos dictos vult quaſi פְּרוֹשִׁי legiſ interpretes.* Vide *Druſ.loco citato,& Myrothec.Camerо.* in c.3. Matth. Hos ta- men refutat *tum* analogia Grammatico-Lexica, quaſ interpre- tes non פְּרוֹשִׁי multò minūs quaſ forma paſſiva eſt, ſed in pihel פְּרוֹשִׁי appellat; *tum* virorum magnorum au- thoritas. Vide *Myroth.Cameron.loco citato. Scal.Elench.Trib. c.6. Altera ſententia eorum eſt, quibus פְּרוֹשִׁי ſeu φα- eiſαιοι dicuntur à פְּרָשׁ separavit, separavit ſe, quaſi voceſ נַעֲזֵבְנָא מִלְּבָד abſciſſos, vel ἀφωλισμένες, separatos מִרְכֵּצְיָה עַוְלָם à communi vitæ conſuetudine, ſicut antè Naſiræi.* Sic ex Hebrais ſentiunt illi omnes, quibus aliquis inter eruditos locus. Rab. *Nathan.in Aruch. R. Elias in Tish. R. Benj.in itiner.p.6. Conſt.l Emp. Not.ad eundem,p.147. Vide plura Lex. Tal.Buxſ. R. Hōſpin.de Monach.pag.4. Myll.Rabbin.pag.64. Rem quod attinet, Observa.* I. A' Pontificijs ineptè duplex fingi Phariseorum initium; quorum alterum quidem ad viros Sy- nagogæ magna, alterum ad Schammai & Hilleleim referunt. *Druſ.de trib. ſect.l.2.c.8.*

II. Phariseorum veram originem obſcuram nobis eſſe, niſi cum *Scal.* deriueniſs à Hasidæis, *Elench. Trib.c.22. Conſtat in- terim*

a. Phariseos non multò juniores fuiffe Sadducæis, *Cafaub.* contra Baron.p.56. Sadducæi autem jam extiterunt annis ante Christum natum multis.

b. *Josephum l. xii. a. n. t. c.9.* meminiffe Phariseorum tem- poribus Jonathæ Affamonæi, annis ante nativitatem Christi minimūm 140. *Idem ib. Burgensis Episcopus* ſcribit, Phariseos

cœpisse post tempora Macchabæorum. Vide *Drus.de trib.sect.p.78. Spanhem.dub.Evang.par.3.p.105.*

c. Hæreses, superstitionibus Prophetis in V.T. nullas fuisse: proinde & Phariseos demum ab excessu Prophetarum ortos: *Cun.de Rep.Hebr.p.257.* Portento verò simile est, quod de Phariseorū initio refert R. *Ged.in Schal.Kabb.p.104.* ואומרים חקרוני שוכת הפרושים התחילה בימי טיבריאו הקיסר וטולמייאו מזרים שכתיב התורה לעזקניהם id est, *Dicunt quidam chronologi, quod secta Phariseorum cœperit diebus Tiberij Cæsaris & Ptolomæi Aegyptij, cuius auspicijs Lex à LXX.translata.* Quæ quaeso synchronismi ratio inter Tiberium & Ptolomæum Philadelphia?

III. Phariseos initio fuisse honoratos; unde & *Josephus* eorum semper meminit לשבח נחרט אופניאו. *Meor Enaj.p.32.a.* sub finem. Et Paulus eorum, tanquam ἀνειβεστέαν, cum ludeus esset, elegit αἱρετού, *Act.26.5.* Ipse etiam, contra Pseudapostolos se defensurus, ait ad Phil.3.5. se fuisse καὶ ρόνον φαεσταῖον. In gratiam verò plebis eò facilius se Pharisei insinuarunt, quod haberentur רחמנים misericordes, *Drus.de 3.sect.p.115.* Unde & *אנשי חסד beneficī* in *chronico templi secundi* appellantur. Paulatim verò ita Phariseorum degenerarunt virtutes primæ, & in virtutia demigrarunt, ut ridiculis & ad ludibrium compositis appellarentur nominibus, quæ recenset *Buxtorf.Lex.Tal.R. פרש Hostin.de Monach.p.4.6. Drus.lib.cit.p.117.*

IV. Quod sequioribus seculis Phariseos quidam se appellant, non ita intelligendum vult *Scal.cont.Ser.p.272.* ac si illius sectæ populares (quam ignorant) se profiterentur, sed potius sanctos ac devotos se vellent intelligi. Usus enim paulatim obtinuit, ut quilibet Sancti פראושה Phariseorum nomine venerint, *L'Emp.not.in Itin.Benj.p.147.* At nondum hodie exspirasse Phariseorum ordinem recenti & memorabili plane historiaprobat *Ioh.Myll.Rabb.p.71.* Ego existimo, nec Phariseos.

icos primis illis per omnia aequales, nec Sadducæos hodie in nostris oris (in Orientalibus enim climatibus sub Muhammedismo præsertim, multos delitescere Sadducæos, probare forte proclivius esset; Vide *Taarich Pers. Schikh*. p. 134. & *Geog. Nubiens.* Par. 7. Clim. 3.) superesse: Παχυμερῷς tamen Pharisæos dici quos Rabbinistas melius vocáris, Sadducæos, qui Karræi vulgo appellantur. De quibus paulò pôst.

V. Pharisæorum sotipam politiam inter Christianos revocâsse & interpolâsse hodiernos Monachos, ipsis fatentibus Pontificijs, *Genebrardo & Serario*, vide *Rainol.* cont. Hart. p. 175. iisque non ineptè, tum quoad fidem, tum quoad vitam conferri. *Spanhem.* Dub. Evang. par. 3. p. 105. *Humfredus* concione de fermento vitando anno 1582. habita. Vide t. 2. cap. doct. Iesuit. Nos quoque nostras periclitaturi vires, aliquid audebimus, & cùm *Maldonatus*, magni nominis Pontificius Comment. in Matth. c. 3. eumque lecutus *Bailius* Iesuita in Catechismo suo, non solum Sadducæis, sed & Pharisæis παρεγγληθέντεις nos satagat, οὐάμετα hæc μαστοντὶ non tantum refutabimus, sed ita in ipsos calumniatores æquissimo jure refunderemus, ut cuivis obvium sit futurum, nec Cretenses & Æginetas affiniores esse inter se, quam sit duplex iste abortus, Pharisæorum & Monachorum Pontificiorum sibi mutuo.

Primò. Conveniunt nominibus: Quos enim nos Græce appellamus Monachos, eosdem Judæi vocant פְּרוֹשׁ סֵפָרָטָא. Unde & *author lib. Juchasin* fol. 144. matrem Merlini (de quo consulatur *Camdeni Britannia* p. 520.) quæ Monialis fuit פְּרוֹשׁתָה Pharisæam, nuncupata.

Secundò. Cognominibus, quorum apud Talmudicos recententur septem. *Primum* est פְּרוֹשׁ שְׁבִמַּיִם Pharisæus Sicemita: qui, imitatus Sicemitas (de quibus *Genes.* 34.) circumcisionem admittit; bonis operibus vacat, οὐλησαγωγαῖς sectatur, non פְּרוֹשׁ שְׁמִים propter Deum; sed gloriolæ & lucelli causâ. Hujusmodi Sicemitis Monachatum Papisticum abundare, jubare

meridiano clarius liquet. Multi enim, non tam religione, quam spe νεροδοξίας, monasticas sequuntur regulas, id quod cum primis de Iesuitis, qui, ventri & famæ ut plurimùm servientes, voces habent venales, affirmari potest. Notum est illud Alexandri Haji Iesuitæ, publicè & sàpe docentis: *Iesuita est omnis homo. Ita Ekelstonus lib. de adventu Minoritarum in Angliam, refert, quosdam Franciscanos virilia sibi amputasse non propter regnum cælestē, sed ut in hoc mundo sanctiores haberentur, & ob vita castimoniam in admiratione essent.*

Secundum פָּרוֹשֵׁה Pharisæus impingens, qui specie nimia humilitatis pedes suos non allevat, sed eos, quasi reptaret, ad lapides allidit. Id ipsum quam sit Monachis nostris, Capucinis cum primis, solenne experientia docet.

Tertium קַרְבָּלָה id est, פָּרָשָׁה venam secans ad parietes, qui, dum oculis conniventibus, & fermè clausis, ne unquam mulierem aut virginem aspiceret obviam, ac impuris afficeretur affectibus, incederet, frontem ad parietes allisam cruentam reddidit & sauciam, *Germ.ein blindschleicher.* Hoc certè Monachis dupli ratione tribui potest. *Primo enim Κακίαν vel ελέβοτόμενος eos esse*, evincunt verbera & flagellationes, quas Capucini septimanatiū ter instituunt, ut & hac in parte Francisci exemplum sequantur. Videatur Capucinus *Molinei c.7.* De quibus eleganter *Talmudici* in Sotha c.3. חסיד שוטה ורשות ערום ואשה פרושה ומכוות פרושין הרי אלו מכי רeligiosus fatuus (ut si quis, quia periculoso sit mulierem contueri, negligat illam in aqua de vita periclitantem) scelestus callidus, mulier sancta (qua simulat sanctimoniam, ut solent beneficæ & magæ) plaga separatorum (id est, hypocrita rum, qui ut alijs sanctiores videantur sibimet ipsis plagas infligunt) et hæc consumunt mundum. Deinde Kezeitarum Phariseorum sequuntur mores ijdem, duin, oculis perpetuo ferè humi affixis, ad quoslibet lapides incurvare videntur.

Quar-

Quartum פָּרוֹשׁ id est, *Pharisæus* *instar pistilli depresso*, incurvato nempe & humili corpore incedens, *Germanic. Ein Frümpling.* Ubivis certè videoas, Monachos plerosque capite & dorso versus terram inclinato, magnam præ se ferre humiliatatem.

Quintum פָּרוֹשׁ מִהַּחֲבֵתִי וְאַעֲשֵׂנָה quodnam est debitum meum, & faciam illud, id est, מִהַּחֲבֵתִי וְרָדְעֵנָה quodnam est debitum meum amplius & faciam illud, videlicet טְמֻעַלְיוֹתָא ex superabundantia. *Thrasonicum* Pharisæorum genus erat, quod non tantum Legis observantiam exactam, sed etiam manus, seu opera supererogatoria de se jactabat. In Scholis & Monasterijs, quid quo^zlo est, quod crebrius inculcetur, quam operum supererogationis pondus, quo non tantum Aureolam, adeoq; eminentissimum in celo gratum sibi, sed & alijs ex merito acquiri falso somniant?

Sextum פָּרוֹשׁ מִירָאָה scilicet שֶׁל יְזִנְשׁן *Pharisæus ex timore paenarum*, quas Lex transgressoribus infligit. Et hic quoque scopus duræ, vel potius hypocriticæ Monachorum vitæ, ut nempe & purgatorijs poenas vel prorsus tollant, vel mitigent, & infernales cruciatus merito suo declinent.

Septimum פָּרוֹשׁ בְּאַהֲבָה *Pharisæus ex amore*, vel *Pharisæus & Separatus* מְאַהֲבַת שְׁכָר ex amore præmij. Tales sunt, quos ad observantiam legum divinarum peilicit spes præmij legis divinae satisfactoribus promissi. Et hic Pharisæos Monachorum prodromos esse, in aprico est. Quid enim? annon Monachi quoque nostri, evacuantes quasi gratiam Dei, suis meritis deberi vitam æternam existimant? Quid quo^zlo est, quod ciliatum ijs, totamque tantopete commendet Politiam Monasticam? Una, potiundi præmij summi, spes, & in hac, & in futura vita? Cūm tamen Deus diligendus sit לְשׁוֹן per & proper semet ipsum, tanquam creator à creaturis. Nam quod sua tum Deus in nobis coronare solet χαρίσματα, ipsius bonitati, non meritis nostris, quæ nulla sunt, acceptum ferre debemus.

Tertio, dogmatibus. I. Enim Pharisæi libero arbitrio ~~αὐτοῖς~~
 φοιταν tribuebant ad utrumque oppositorum, & contendebant licere facere homini quæcunque velit, τὸ μὴ περάπλου τὸ
 Σίγαλη καὶ μὴ καὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖς αὐθέρωποις κακοῖς. Josephus
 lib.II. de bello Jud.c.XII. Sic lib.XVIII. Antiquitat.cap.2. § 8
 τὸ αὐθέρωπεις τὸ βελόμυνον τῆς ἐπιστήμης ὀρμῆς ἀφαιρεῖται, δο-
 κιμσαν τῷ Θεῷ κατέστιν θύμεσσι, καὶ τὸ σπείρην βελευτισίω, καὶ τῷ
 αὐθέρωπον τῷ θελήσαντι αρρώστειν μετ' ἀρετῆς ή πανίας. Pro
 eadem hac ~~αὐτοῖς~~, tanquā pro aris & focis pugnare Theo-
 logiam Monasticam, vulgatus est, quām quod multis debeat
 probari. Videantur Authores citati in Tab.Chronolog.Jacobi
 Gaulterij Iesuitæ, ad ann. 1600.p.837. & 1631.p.33. & Corne-
 lij Schultingij, Theologi Coloniensis Bibliothecam tom. 2.p.
 257. & deinceps.

II. Pharisæi religionis & voti prætextu omnem ~~σοργὴν~~ libe-
 rorum erga parentes extinxerunt, quam proinde ~~αὐτοῖς~~ ipse-
 met Servator acriter reprehendit Matth. 15.v.5. & Marc. 7.
 v.11. quorum locorum solidam explicationem ex Hebræo-
 rum fontibus eruerunt Josephus Scaliger in Elench.Trihæres.
 Nicol.Serar.c.9. Ludov.de Dieu coīm.in Matth.c. 15. Johannes
 Cocceius in excerptis Gem.Sanh.p.273. Extant, inquit, sacri-
 legi hujus dogmatis certa satis indicia, Cod.Nedarium cap.XI.S.4.
 sic scribitur:
 קָנוֹת שָׁאַנִי עֲוֹשָׂה עַל פִּי אָבָא וְעַפְּ אָבָךְ וּכְ אַיִן יְכֹל :
 קָנוֹת שָׁאַנִי עֲוֹשָׂה לֹא יְאַכֵּל פָּמָנוּ אָבָא מְאוֹמָה רֶל הַהְפֵר
 quaæ verba sic explicat Maimonides in Commentario:
 id scilicet ~~שְׁבֵל~~ מה שאעשה לא ~~יְאַכֵּל~~ פָּמָנוּ אָבָא מְאוֹמָה רֶל הַהְפֵר
 quicquid paravero, ex illo non comedet pater meus quicquam, id
 est, quod utilitatem inde non percipiet. R. Nissim pleniūs:
 בְּלָ מְדָ: קָנוֹת שָׁאַנִי עֲוֹשָׂה לֹפִי אָבָא בְּקָנוֹת אַיִן יְכֹל הַהְפֵר
 quodcunque paro, esto
 patri meo velut sacra oblatio. Qui sic votet non potest irritum fa-
 cere hoc votum. Ita in Caph nachat: סָרָם erit, quicquid paravero in futu-
 rum, quantum ad os patris, Sensus est: Utis sacra re, ita bonis meis
 inter-

interdictum patri esto. Ratio, quare hoc votum irritum facere non possit, hæc est, quia **בְּזַעֲנוֹנִי נֶפֶשׁ**, non est in eo afflictio animæ. Nam Pater aliunde vivere potest. Hinc est, quidam qui-dam **שָׁחוֹתָה אֶבְיוֹן מָוֶר הַיּוֹמָנוֹן** *qui yoto se obstrinxerat, ne pater ex se utilitatem caperet*, egente patre dolum hunc excogitavit, ut filio bona sua deferret, ea conditione, ut epulas instrueret, adque eas patrem invitaret. *Hæc Cocc.* Adde etiam *Johann. Rainold.* contra Hartum pag. 182. Exemplum *αἰσοπίτικης* Iesuiticæ suppeditat *Cl. Hospinianus Hist. Iesuit.* p. 75. Erat *Landſperge*, inquit, *Novitus*, nomine *Johannes*, artificio sartoris: hic cum reliquis Novitiis animi gratiâ in campum procedit. Ob viam fit illi pater senio confectus, qui filium, quem annum ferè non viderat, alloqui & salutare cupit. Filius autem faciem avertit tanquam ad horrendi monstri occursum, & ne parrem audire & cum ipso colloqui cogatur aufugit. Pater senex filium inclamat: hoc cime est mibi nutrificationis gratiam referre? At ille surdus & mutus pergit: Pater, faxit Deus, inquit, ita fugias, ut nunquam redreas: & reliquis Jesuitis silentibus, Hæc, ait, est pietas quam Jesuitæ suos docent? Abeat igitur in malam crucem degener iste filius, qui non se gerit, ut Christianum decet. Ubi domum de ventum est, Rector re audita factum Johannis maximè probans: Matre virtute filii, inquit, qui patrem tibi elegisti Patres Societatis nostræ, quos te magis quam patrem tuum amare oportet: eò quod hic secularis sit, illi spirituales. Factum hoc insuper dicto Hieronymi (per calcatum patrem perge ad Christum) confirmare conatus est, & cuiusdam Novitij Parisiensis exemplo, qui ne quidem matris lachrymis permoveri potuerit, ut ex coenobio pedem moveret. Addebat denique, parentibus, si eos à Societate Jesitarum abstrahere conarentur, dicendum & scribendum esse, Vade post me Satana: quod non parentibus naturalibus, sed Societatis Patribus obedientiam absolutam vorerint. *Jacob. Crusius* Iesuita Novitium quendam de Iesuitismo deserendo, & ad suos redire cogitantem,

tem, hujusmodi verbis compellavit: *Quid tibi curæ sunt parentes? Audi Christum & Ignatium.*

III. Pharisaos multis parasangis traditiones πατέονται γε τοις; verbo scripto prætulisse, non tantum tot Servatoris nostri ^{Mat. 15; 2. 3. 9.} contratraditiones Pharisaicas conciones, (vide *Math. 5. 7. 15.*) Sed ipsa quoque Talmudistarum encomia & elogia evidenter demonstrant, vide *Buxt. Synag. Iud. c. 1. Abbrev. Hebr. p. 220. Drus. de trib. sect. lib. 2. c. 15. Galat. de Arca. Relig. Christ. I. I. c. 1.* Eandem fabulam, mutatis tantum personis agi in Papatu iam alibi probavimus. Vide *tractat. nostrum Germ. Christenlicher Wägweiser Part. I. p. 170.* & deinceps. Quibus adde, quæ refert *Hasenmyllerus* apud *Hospinia. p. 71.* *Fjesuita Sacerdos,* inquit, nomine *Henricus, alumnorum Scholasticorum Principis Bavariae in Albertino coniubernio Ingolstadij, Regens & Oeconomus, Año 1584. in septimana sancta, quæ ultima dicitur jejunijs, die Veneris suis discipulis dixit: Per hoc sacrum jejunii tempus libenter audi vijs historiam Passionis Christi ex quatuor Evangelij;* fecistis multas pœnitentias vigilijs, jejunijs, orationibus, peregrinationibus, cilicijs, ferulis, & flagellis, quibus vos Christo conformatus, ejus passionem adimpleris, & pro peccatis vestris satisfecisti: sed dico vobis, nihil ista omnia vobis proderunt, si non juxta præscriptum nostri Superioris cras omnes & singuli peccata vestra confessi fueritis, & Sacramentum more Catholico sub una specie sumpseritis. Quia haec sancta mandat Ecclesia Romana, quam in omnibus audire debemus. Libenter audire conciones multas, & libenter ac sapientius legere sacram Scripturam, id profectò non est signum boni Catholici, sed hæretici, qui se istis rebus, ceu simia nuce, delectant. Verus autem Catholicus non tantum delectatur concionibus, quæ citò, ceu ventus, transeunt, neque lectione capitur Scriptura, siquidem ea mortua est litera, quam non intelligit: sed unica ejus voluptas est multas audire Missas & sapientius confiteri. Quæ qui negligit & contemnit, gravius peccat, quam qui in omni vita sua nullam unquam concessionem audivit, nec Biblia vidit.

Ad-

Addimus tandem differentiam quoq; vestium, quâ à pul.
lata plebe discerni volebant Pharisei. Unde *Nicolaus Liranus*,
Brabantinus, comment. in cap. 9. Matth. sic loquitur. *Sciendum*,
quòd Pharisei in populo Iudeorum habitu ab aliis fuerint distincti.

יּוֹם אֲנָשִׁים שְׁמַרְאָתִים 8. 1.v. פְּרוֹשִׁים וּחֲסִידִים וּלְגָדִים מִלְבָשׁ נֶכֶרֶי שְׁלָא כִּשְׁאָר הַעַם בְּרִי Sunt qui exponant (verba illa Prophetæ, vestis nigra) de hominibus, qui offendunt se ipsos sanctos & pios, & induunt vestes peregrinas, quæ non sunt similes vestibus reliqui populi, quòd agnoscantur vestibus suis quòd sint sancti & pii, interim viæ ipsorum malæ sunt. Quis ita in mundo hospes? cuius sic peregrinantur oculi velaures? qui non videat, Monachos nostros vario & scenico vestitu non discerni tantum velle, sed et magnum in eo pietatis schema ostendere; usque adeò, ut multi, viri etiam doctissimi, morti vicini, vesti Franciscana involvi petierint. Quàm verò fallax sit vestitus hic monasticus pietatis index, lepidè admundum sequenti quidam innuit disticho:

Cordula nodosa, pes nudus cappa dolosa.

Hæc tria nudipedes ducunt ad Tartara fratres.

Unde de *Johanne VI. Misnensium Episcopo* perhibent, quòd viso Monacho dicere solitus fuerit: *Nullum animal impudenterius esse eo, quod è cucullo prospiceret.* Plura de Phariseis suppeditat *Camero* oper. p. 159. *Carolus Sigonius* de Repub. Heb. lib. 5. c. 11. *Torniell.* annal. a. 2545. n. 13. *Baronius* in appar. annal. S. 8. & deinc. cæterique authores jam suprà citati. Dogmata accuratè percenset *Druſ. dicto de trib. sect. libro.*

חֲכָמִים Sapientes: sic vocabantur antiquitus Pharisei. *Josephus* οὐ φιλάτε nuncupat. Notat. Ioh. *Cocc. ad Cod. Sanhedrin* p. 169. eos, qui vulgo nomine **חֲכָמִים** notierant, dictos fuisse tempore demum Iannæi Alexandri, fratris Aristobuli, filij Hyrcani. Habet ista ex *Chronico Regum* sub templo secundo.

V.

סְדָדְקָה Sadducæi, primi inter *Judeos* hæretici habentur, *R. Abra.*
Leu. in Kabb. f. 47.c. 1. quod inde fortè natum, quia à *Judeis*
Sadducæi cum *Samaritanis*, inexcusabili anachronismo, con-
funduntur. Vide quæ contra hanc confusionem scripsimus
Exercit. Anti-Mor. S. 14. De his observa. 1. A זְדֻקָּה seu *justitia*
Sadducæos minùs commodè derivat *Epiphanius* hæresi 14.
(monente etiam *R. Azar.* in Meor En. p. 32.c.b.) *Nicolaus Lyr.*
in Act. Apost. cap. 5 *Bernhardus de Breidenbach. Beatus Rhenan.*
comment. in Tertull. *Isidorus* & alij. Repugnat enim *cum im-*
pia illorum vita: sic enim author *Juchas.* p. 139. de *Sadducæis*
שָׁהַם רְשִׁים וְכָלִ מְרוֹת רְעוֹת quod impij sint & pravis mori-
bis induiti, unde & plebi exosi. *Drus.* de trib. sect. p. 140. tūm etiam
veritas historiæ, quæ originem *Sadducæorum* ad *Zadokum*
refert. *Drus.* lib. cit. p. 120. *Spanhem. Dub.* par. 3. p. 109. *R. Jud.*
in Cos. p. 29.b. ubi *Zadok* & *Baithos* שָׁרֵךְ לְמִינִים appellantur,
Occasionem & initium secessus in partes ijdæm arcessunt, à
verbis quibusdam *Antigoni* Præceptoris commodè dictis,
sed in malum sensum à *Zadoko* & *Baithoso* commilitone de-
tortis. Dictum *Antigoni* habetur in *Pirke Abot. c. 1.* Estque
אל תהי כעבידם המשמשין את הרב על מנת לקבל hujusmodi :
פרם אלא הון כעבידם המשמשין את הרב שלא על מנת לקבל פרם
ויהי מורה שמים עליכם *Ne estote sicut servi qui serviunt Domi-*
no propter mercedem, ut nempe accipiant præmium: sed estote sicut
qui ministrant principi suo, hac conditione, ne accipiant præmium,
& sit *Dei timor super vos.* Ex hoc præceptoris *Antigoni* dicto
duo ejus discipuli *Baithosus* & *Zadokus* hanc fabricârunt se-
quelam: si Deo nullo mercedis intuitu, aut retributionis spe
serviendum. E. Nulla resurrectio mortuorum expectanda.
Atque hanc verissimam perniciosi hujus dogmatis esse origi-
nem *Iudæorum* monumenta magno consensu tradunt. Vi-
deantur comment. *R. Sal. Iarchi.* *R. Majm.* in locum *Talmu-*
dicum,

dicum, *Abrah. Zachut* in Iuchal. *Baal Aruch*. voc. *אברהם באל ערך*. *Abraham Davidis fil.* Kabb. hist. *Elias in Tisb.* Vide *Lex. Tal. Buxt.* p. 303. *Tremell.* ad Matth. c. 22. *Men. ben. Isr. de Res. l. i. c. 6. 7.*

II. Duo potissimum pestilentissima eorum fuere dogmata. Primum est חכמיה בתקות הנפירה negatio resurrectionis mortuorum, teste *Scriptura*, Matth. 22. Act. 23. Sic *Iosephus & Talmudici*, quos citat R. *Azar*. Meor En. p. 32.b. non quod Sacra Scriptura illud non clare satis tradiderit, ut *Socinus Epist. 5. ad Radecium* nugatur; vel quod dubie de hoc articulo prisci Ju-dæi senserint, & de eo problematicè in utramque partem disputarint, ut Author lib. *Aruch*. p. 23. memorat: neque quod lex, si diserta ejus paecta respiciamus, nihil supra vitæ hujus bona promiserit, ut *Hugoni Grotio* placet lib. 2. de verit. Relig. Christianæ, quod novatorum figmentum solidè refutat R. *Bechai*, init. co[m]ent. suor. in legeim; sed quod Praeceptoris sensum maleferiati isti & degeneres discipuli malitiosè detorse-rint. Vide quæ doctè hac de re disputat *Theod. Haksp. præfat.* tractatus de scriptorum Iudaicorum vario usu in Theologia. Ἀθεολόγω huic dogmati ex Epicuri schola emendato proxime accedit, providentia divina inficiatio, quæ Sadducæis ab *Abrah. Zacto*, lib. Iuch. p. 139. & *Antonio Gig.* Lexico Arab. voce קדשו tribuitur.

III. Rejectis Pharisæorum διεντερώσει, solam Scripturam, seu verbum Dei ἔβαφον, eamque receperunt totam, non Pentateuchum tantum, *Spanh. dub. par. 3. p. 3. Scal. cap. 16. Cun. de Repub. Heb. p. 476. Unde & ex libris Prophetarum contra Pharisæos disputant: Haksp. lib. cit. p. 229. & ex ijsdem heterodoxia eorum impugnatur Ib. & seqq. paginis: *Coccejus in Sanhed. p. 306.* Ita ut fallantur, qui docent Sadducæos unius sacram habere Mosis autoritatem, quorum recitat nomina Drus. de trib. scđt. lib. 3. cap. 9. Assertionis hujus origo inde nata, quod cum Samaritanis solum Pentateuchum recipientibus eosdem quidam fecerunt Sadducæos.*

IV. Differunt Sadducæi à cæteris Judæis, externis etiam ritibus & ceremonijs. V. G. Festo expiationis tribuebant biddenum, *Nizz.* p. 89. Sic aliter explicabant præceptum יי'נְבָו id est, *de ducenda fratria*. Id. p. 95. 96. Dicuntur etiam ritibus Ecclesiasticis arctius adhærere quam Pharisæi. *Cof.* p. 26. Longè insuper probiores יתנו במתשנְבָו in *contractibus & commercijs*, quam Rabbanim, *Scalig.* contr. *Serar.* p. 236. In explicatione Scripturæ item multis in locis, *tum à se*, *Lex. Tal. Buxt.* 2113. *tum ab alijs dissentient Judæis*. Vide *Majm. Mor. Nev. lib. 3. c. 40. Ab. Ef. cap. 12. Ex. 5. 5. Lev. 11. v. 24. cap. 7. 10. c. 20. v. 20. cap. 23. 21. & 40. Daniel. 9. v. 30. Sanhed. Cocc. p. 93. R. Lipm. in *Nizz.* p. 59. 60. *Cof.* 27. a. *Druſ.* *Trihær.* p. 130. 131. Cætera eorum dogmata recenset *Scaliger Elench. Trihær.* c. 16. *Druſ.* de trib. *Sect.* *Myll. Rabb.* p. 67. *Spanh. lib. citato.* *Lex. Martin.* R. voce *Sadducæus. Hakſp.* præsertim, loc. cit. p. 226. & 247. Consule etiam *En Israël.* p. 100. col. 3. *Beth Israël* pag. penult. col. 4. *Ialkut* ad Mosen p. 164. in fine. Multa de his aliquando ex Karaïtarum scripturis pollicitus *Morinus*, *Exerc.* 4. *Par.* 2. *Exerc.* *Bibl.* utrum verò promissis steterit, dicere non habeo. *Moneamus autem, quædam hoc Aphorismo proposita, ad Karraeos, à Sad- ducais distinctos, sine dubio pertinere.**

V. Quemadmodum verò Sadducæi eo nomine, quod inde à tempore Iannæi *Cof.* p. 30. δευτερωτικὲ sive Traditiones πατεροδότες (in quem numerum etiam puncta vocalia, & omnis εξισις Masorethica, quam prorsus rejiciunt, *Buxt. de Punctantiq.* p. 42; referuntur) rejecerunt, à Rabbanistis quidem indignè exagitantur, *R. Lip.* in *Nizz.* S. 62. & 134. & lib. *Cof.* p. 26. culpandi tamen non sunt, *Spanh. Dub. Evang.* par. 3. pag. 111. Ita vicissim notorium αἰθολογίς crimen committunt, quod οὐδε ubique, id est, *sensum literalem* urgent. *Nizz.* p. 102. *Cocc.* Not. ad *Sanhed.* p. 58; id quod incommodis non caret; ut *Lip.* exemplo *historiæ Acani* p. 111. probat.

VI.

בֵּית כִּסְוָת Baithosæi : iidem hi à multis censemuntur cum Sadducæis, C. f. p. 29. propterea autem à Zadoko sectarios istos volunt, non à Baithoso, denominatos, quod hic spurius esset. *Haksp.* loco cit. p. 231. Certum interim est; si historijs Iudaicis habenda fides; multum hos inter se differre: Constat enim I. Di-versas esse Sadducæorum & Baithosæorum familias. *Drus. lib. 3. de Sect. c. 4. Majm. in Ab. c. 1. & Cholin. c. 1.*

II. Deteriores longè haberi Sadducæos Baithosæis R. *Gedal.* Schal. *hakkabb. pag. 104.a.* רַאֲתֵי הַצְדָּוקִים וְהַבְּיתֹוסִים הֵם בָּן־ מִנִּים Et vidi Sadducæos & Baithosæos duas esse sectas, Sadducæos quidem longè pejores, imò planè infideles. *Sic R. Azar. Meor En. p. 32. ait; nullibi se re-perisse Baithosæos inficiari mortuorum resurrectionem.*

Sunt & alia Sadducæorum σωάρυνα. Vocantur enim etiam Μιναι, *Hæretici*: quod nomen ῥετ' ἔχοχλῳ Sadducæis; juxta *Rambam*; tribuitur. *Buxtorf. Lex. Tal. & El. Tisb.* פְּנִים 2. *Epicuræi. Lex. Bux. R. Ged. פְּקָרָא. מִנִּים Nizq. S. 62.* צְדוּקִין הַנְּקָרָאִים נִזְמָנָנוּ קְרָאִים Sadducæi, qui nostro tempore vocantur *Karræi. Drus. de trib. sect. lib. 3. cap. 7. Full. Miscell. Sac. p. 155. de quibus tamen vocibus commodiùs aliás dicetur.*

VII.

חֶשְׁאָרָא, Eſſæi, tertia Judeorum secta. *Obserua autem hic,* I. Ipsam vocis originem *Hebraicam ignotam*: unde vulgo Græcorum more αἴσθια scribunt, *Azar. in Meor En. p. 33.a. R. Ged.* in Schal. *hakkab. p. 33.a. Christianis dubiam*, aliis ab Σανάνδρῳ sanando, aliis à Χρύσοντι, sanctus, derivantibus. Vide *Full. Misc. lib. 4. c. 3. R. Ged. loco citato. Drus. de trib. sect. lib. 4.c. 5.* Quām pueriliter autem in vocis hujus origine ineptiat *Serarius* Jesuita, vide in *Elench. Scalig. cap. 17. Ipse Scaliger Eſſæos c. 26. sic vult dici vel ab Authore; vel à חֶשְׁאָרָא siluit; ita ut חֶשְׁאָרָא sit, qui seorsim affrepitu agit, morāצָר, נָסָעָצָר; vel נָשָׁן, quod stoream notat;*

unde שְׁנִים χαμαινάς, & χαμαινάντες redduntur cont. Serar. p.339. Hanc tamen nomenclaturam primo Essæorum instituto non convenire existimat *Full.* Miscl.lib.4. c.4. qui proinde mavult vel à Χαμαί derivare, vel à Χαμά, quod, Mercero interprete, est, *in locum aliquem se recipere*, ita ut Essæi sint à lat. tandem dicti. Abditi enim degebant εν ταῖς σκέπαις, εν ταῖς καταφυγαῖς, sive, ut *Euseb.* loquitur Eccl.hist.l.2.c.17. εν μενηγίοις καὶ κήποις. Vide *Full.* p.416. Atque ab hac sententia animus noster non abhorret.

II. Ipsam rem quod attinet, volunt quidam

A. *Essæos esse ipsos Baithosæos*, pro qua sententia non ineptè pugnat R. Azar. in Meor En.p.33.b. ita ut vox sit composita à בֵית domus, familia, & אֶסְיָה: nec procul abit *Fuller* l.2.miscl. c.3. p.157. *Esseni igitur sunt Bethosæi isti*. Et post. Neque enim alij sunt בֵית אֲסֹאַת (si proprius inspicias) quam בֵית אֲסֹאַת, deinde frequenti usu, duabus vocibus in unam coalescentibus id est, familia Essæorum vel Sanatorum. Sic etiam R. Menasse lib.1.de resur.c.6. Quod verò p.158. negat *Fuller*; *Ullum uspiam in historia Judæorum comparere Baithosum*, incautè dicunt esse, testimonia, superius allata, convincunt.

B. Alij (quos rejicit *Drus.* de trib.sect.lib.10.c.8.) putant eosdem fuisse cum Phariseis, sed φαρισαϊστές, id est, majorem pietatis speciem præ se ferentes, eotamen à Phariseis distinctos, quod traditiones ἀγεδόνες non reciperent. *Full.* ibid. pag.159.

C. Ridiculum autem est, quod R. Abraham in libr. luchas. *Essenorū Patriarcham statuat Judam Galileum*. *Drus.* de trib. sect.lib.IV.c.10.

III. Sciendum vitam Essenorū fuisse verè θεωρητικὴ & solitariam. *Plinius* lib.5.c.17. *Drus.* de trib.sect.p.200. (undc etiam nuspiam leguntur Christo negotia facessisse, aut Apostolis: *Drus.* de trib.sect.lib.IV.c.19. *Full.* Miscl.lib.2.c.3.) Imò aliquid commune habuisse cum vita Monachorum Christianorum, quod ipsum fraudi fuit *Euseb*, ut scriberet Eccl.hist.

lib.2.c.27. Philonem Iudæum meminisse, *Monachos jam fuisse suo tempore*, qui error contra Monachatus antiquitatem ostenditur ad *Hospin.* libr. de Mon. p. 8. *Cham.* l. 3. p. 827. *Scal.* contra Ser. c. 27. *Full.* Misc. l. 2. c. 3. Cæterum dogmata, ritus, ceremonias Essénorum ex *Philonē*, *Josepho* ant. l. 1 s. c. 2. *Origene* collectas, ὡς ἐν τύπῳ, exhibent magniviri *Hospin.* de Monach. c. 5. *Druſ.* de trib. ſect. lib. 4. c. 22. & *Scalig.* contra Serar. c. 28. *Myll.* Rabb. p. 69. *Martin.* lex. voce Essenus. *Hieron.* Ep. ad Eustoch. & Eras. in Not.

IV. Originem huic *τάγματι*; meo judicio; dederunt corrupta & afflita Macchabæorum tempora, quibus multi initio, urgente necessitate, in speluncas se abdiderunt. Postea vero, rebus in melius vergentibus, alij ad pristinas redierunt sedes, plerisque retentis dogmatibus, qui Pharisei dicti sunt, alii in montanis perseverarunt, Essæorum sive *μοναχοὶ πόνοι* nomine gaudentes. Differebant igitur Pharisei ab Essenis tantum, quantum post in Christianismo *μοναχοὶ* seu Eremitæ ab ijs, qui sotipis persequotionum flammis ad suos redierunt.

V. Απόστασμα τῷ ιστηῶν τινὲς τῷ μεσαλιανῷ (Hebraicè בְּנֵי יִצְחָק Iudaicè γιγγάλιοι interdōntων, *superstitiosè orantium*) αἴρεται. De his, eorumque posteris, familijs Monasticis, consulatur *Scalig.* cont. Serar. p. 349. 350. *Full.* Misc. l. 2. c. 29. *Epiphan.* l. 3. tom. 2. advers. hærel. *August.* ad Quod vult. p. 151. & *Dan.* in comment. ubi & mendosa Psallianorum, pro Messalianorum, lectio castigatur. *Druſ.* quæſt. per Epist. Ep. 50.

VI. Ipsos quoque Σαμψαίς (Hebr. יַעֲשֵׂה שָׁמֶן הַלְאָכֹל, הַלְאָכֹזֶת, ſolicolæ, à שֶׁמֶן sol) de quibus *Epiphan.* hærel. 33. Eſenos fuiffe propterea ſic appellatos, quod ſolerent τὸν ἥλιον ἀνίχοντα interdōciv, ſolem orientem adorare, eique, ut facilius oriretur, πατεῖς ἐν χαρᾷ, patria vel conueta vota facere. *Epiphan.* hærel. 50. *Joseph.* ἀλώς. l. 2. c. 12. *Druſ.* de trib. ſect. p. 189.

VIII.

רַבָּנִיסָתָא Rabbanistæ: aliâs סופרים El. Tisb. qui in Rabbinorum statuta jurârunt, Talmudisque authoritatem pari loco cum scriptura habent. Vel, ut Postellus loquitur, qui hominum sue legis placita & exponentium omnia somnia & deliramenta mordicus tenent, unde תلمודים Talmudistæ appellantur. Vide Postell.de Ling. Sam. Scalig. cont. Serar.p.233. Itiner. Benj.p.28.52.57. De his observa. I. Quod Phariseorum πλατείας æmuli sint, & observatores.

II. Quod Iudei Europæi plerique sint Rabbanistæ. Unde & Marcus Lombardus non amplius vult verpos nostros appellandos Iudeos, sed Talmudistas p.5.

IX.

קָרְאֵי Karræi, à קרא legendō, dicti, *textuales, scripturarij*, à Rabbanistis superioribus & animis, & dogmatib. alieni. Itin. Benj. p.28. Scalig. cont. Serar.p.28. qui præter contextum V. Test. nullum aliud recipiunt fidei fundamentum. Observa autem I. Titulum quidem קרא Karraeorum ex se honestum esse, non probrosum. Spanh. Dub. par.3.p.4. Denotat enim propriè *Scripturarios, Biblicos, Textuales*, quos Elias in suo Tisb. בָּעֵל פְּסֻק Full. in Miscell.lib.2.c.3. וְאַגְּרָבָּסָא appellat. Atque hoc sensu à Pontificiis Karræorum nomen nobis impactum minimè à grè feremus.

II. Ex mente Rabbinorum plerorumq; Karræos esse eosdem cum Sadducæis. Sic Majm. comm. in אבות c. 1. S. 3. ubi monet, Sadducæos Karræorum nomine primò venisse in Ægypto. R. Abrab. in Iuchas. fol. 5 1.1. Druf. præt. Matth. 22.23. & in Ques. libr 1. quæst. 44. Abarb. comm. in מות Elias in Tisb. R. Lipm. libr. Nizz. num. 62. Buxt. Lex. Tal. R. קרא quamvis R. Iuda in libro Cosri posteriores longè Sadducæis statuat Karræos, p.30.a. videatur Buxt. Lex. Tal. p.2114. Contra it Scaliger, qui existimat Karræorum nomen prius innotuisse,

ad-

advers. Serar. p. 318. Quæ sententia, ut nullis suffulta est rationibus, sic priori postponenda.

III. Immani & acerbo à Phariseis, omnib[us]que Iudeis deuterotis Karræos hos premi odio. Vorst. ad fund. Maj. p. 85. Spanh. Dub. Evang. par. 3. p. 111. Menaſebe[n] - Ira. de Resur. lib. 16 c. 6. unde & quotidie ijs imprecantur, Cos. p. 30.

IV. Verisimiliter primos Karræos cum Sadducæis fuisse eosdem, *tum* aliis de causis, *tum* verò inprimis, quod indifferenter nomina hæc apud antiquissimos authores sumantur. At quia absque magno periculo (Buxt. Lex. Tal. p. 211 s.) resurrectionem publicè negare inter Iudeos non licuit, ac proinde sententia illa paucos nacta patronos, probabile est, multos à Sadducæis defecisse, uno hoc communi cum iis retento dogmate, quod Pharisaicas traditiones rejicerent.

V. Meritò igitur hodierno die Karræos à Sadducæis diversos censendos. Vide Hakſp. lib. cit. p. 249. Schikhar. Bechin. happen. p. 103. R. Gedal. Schalsch. hakkabb. p. 104. Scalig. cont. Serar. p. 235. Vidi, &c. confer Rabbin. Myll. p. 72. R. Abrah. lib. luchas. *Inde patet*, inquit, quod Sadducæi non sint Karræi nostri temporis, hi enim confitentur præmium, & pænas, & resurrectionem, quod non faciunt Sadducæi. Et lib. Cos. p. 30. a. זכר הדשינו שורש עם אנשי' שהו דוחים תורה שבعل' פה ומתחכמים בטענות כאשר אהיה רואה, שעושין היום אבל הצרוק' והבתושים כאין נ' כי אם מניינם אפיקורוסים מכחשים העולם הבא. Et jam altas egerunt Karræi radices, cum ejusmodi hominibus, qui legem ἀγεαφον rejecerunt, quique, ut vides hodie fieri, in argumentationibus suis callidi sunt: Non autem sic Sadducæi & Baithoſai, qui heretici sunt & Epicuræi, negantes vitam æternam.

VI. Karræos hoc sensu sumtos, plures & olim fuisse Askalonæ, Itin. Benj. pag. 52. Damasci, p. 57. atque etiamnum esse in Africa, Leo African. descript. Afr. p. 127. Polonia, Livonia, Russia, Turcia &c. Buxt. Syn. Iud. p. 93. Constantinopoli præsertim, Itin. Benja. p. 28. ubi in cryptis suos abdidisse libros mihi retu-

lit Cl. *Golius*. Porrò aliquot scriptorum à Karraitis librorum meminit Cl. *Buxt.* Bibl. Rabl. pag. 309. 462. 454. 456. *Morinus* item in Exercitat. Biblicis p. 218. 229. 230. 248.

VII. Samaritanos à quibusdam cum Karrais confundi, *Haksp.* p. 249. sed male, *Itin.* Benj. p. 52. 57.

X.

בֵּית חֶלֶל *Domus Hillel*. Sic appellabantur qui Hillelem senem Babylonum, ejusq; placita sequebantur. De quo observa

I. Vixisse illum circa vel paulò ante Christum. *Zemach David* p. 30.a. & 21.par. 2. *Juchas*. p. 18.

II. Inter ipsum & Schammai perpetua fuisse dissidia. *Buxt.* Lex. Tal. p. 617.

III. Ipsos hos Hillelis discipulos esse, quos Dial. cum Triph. *Just. Mart.* εὐαγγελιστας vocat, pro ἐπανδιάνετος (Heb. הַלְלָא R.D. Kimchi & alij. Vide infrā C. 2. S. 4. (unius literæ mutatione: que lectio multum torsit Scaligerum, ut videre est cont. Serar. p. 239. de cuius etiam restituzione parum sibi policeri ausus fuit. *Ubi*, inquit Scaliger, etiam de *Hellenianis* (Iustinus nempe) ut tuto pronunciare possumus ab auctore siue hæresiarcha Hellenio dictos, ita quæ fuerit hæresis illa; cuius ille εὐαγγελιστ pater fuerit, nulla conjectura asequi possimus. Plura qui de Hillelistarum dissidiis, Hillelis studiis, discipulis, arte & sepultura, scire desiderat, petere potest ex Lex. Tal. *Buxt.* p. 617. *Abbrev. Heb.* p. 48. *Petro Galat.* de arcanis Cathol. Verit. l. 1.c. 2. *Epiphan. lib.* 1. cont. heret. *Tal. Succa* fol. 28. 1. *Bavabat.* fol. 134. *Iuchas*. p. 19. 2. *Sanhed.* Cocc. p. 126. 127. 156. 429. *Cos*. p. 30. *Hal. ol.* p. 228. *Pirke Abho*. p. m. 56. Unum subjiciemus, specimen nempe singularis & inusitatæ diligentia, & studij Theologici desiderij, quo flagrassè Hillel in scriptis Hebraeorum refertur. Rem angustum domi moram Hilleli conatibus attulisse, commemo- rant. Sed quem huic nodo applicuit cuneum? *Paupertatem* ut propelleret, suam operam diurna mercede sesquisolidi locavit,

cuius

cujus dimidium ædituo singulis diebus exolvebat, ut sibi liceret intrare Academiam, (id enim ædituo debebatur salarium:) altero dimidio se & suam alebat familiam. Aliquando evenit, ut suam operam nulli elocare potuerit, cùmque cassus pecuniâ Academiam intrare vellet, æditui iniquitate non fuit admissus. Sed quid egit? murum concendit, & exterius, ut verbum Dei audire posset, ad fenestrâm constitit. Id accidisse ferunt die Veneris mense Februario; sed cùm totam noctem consisteret, nive obrutum fuisse ajunt. Die vero illucescente, dixit Schemaia ad Abtalion, qui tunc temporis summi erant Doctores, frater mi, qui sit, quod Academia, quæ semper est illustris, hodie sit obscura: Ex insulâre oculos, & simulacrum hominis in fenestra adverterunt: Posthac ascenderunt, & Hillelem nive, ad tres ulnas, obrutum deprehenderunt. Inde extraherunt & foco admoveverunt, dicendo; Dignus est, ob quem profanari possit Sabbathum. Dignum patella operculum!

XI.

בֵּית שַׁמְאי Domus Schammæi: Schammæi coëvus & æmulus fuit Hillelis. Dissidium quidem illorum multi extenuant Iudæi, Majm. Præf. in Misch. p. 4. Pir. Abb. c. 5. Buxr. Lex. Tal. p. 2440. Hakspan. de usu Rabb. p. 288. & deinceps, & p. 431. ne sectarum, aut diversarum in Religione sententiarum rei videantur, sed rectè à Salmanticensi p. 18. observatur, in 18. capitibus tantum inter illos fuisse discriben, ut propter illud alij alios ad necem quæsiverint. Confer Sanhed. edit. Cœc. pag. 298. Cun. p. 258. **Justinus Martyr** Schammæi discipulos μεριστας, id est, termino in Hebræorum Scholis recepto, חֲלִקִים dissipantes, dissidentes, vocare yidetur. Vide Scal. p. 238. Hal. ol. p. 110. & authores modò citatos. Observa I. Hillelem & Schammæi (vocat eos Zonar. p. 167. & Joseph. l. 15. Samias & Pollio) rectè inter primos sui seculi Pharisæos referri, malè verò Pharisaismi fundatores à quibusdam Pontificijs, Hieronymi (ad verba Cap. VIII.

Ifai. Et erit in Petram scandali duabus domibus Israël) authoritate deceptis, constitui. Casaub. cont. Baron. p. 56.

XII.

הוֹרְזּוֹן Servi Herodis. Munft. Evan. Heb. Herodiani, Matth. 22.16. Drusius Præter suis p.48. vult, in digestis Talmudicis dici הַרְסִיתָה, adducitque locum ex Baal Aruch, quo sententiam hanc confirmet. Applausum statim obtinuit à viris doctis, Casaubono præsertim & Beza, sed mentem Lexicographi Talmudici non fuisse assecutum Drusium, docet Buxt. Lex. Tal. p.631. Græcos is putabat transplantatos. Inde verè natus error, quod pro יְנֵי columbis legit יְנֵי Græcos, quæ παρεπούλου εἰς hanc Herodianis dedit originem. Herodiani autem isti ab Herode magno, Antipatri Filio, denominantur, vel quod milites essent aulæ Herodianæ, vide Exercit. Heins. ad Matth. 22.16 & Luc. 20.20. Bezam ad eundem locum, vel quod Herodem pro Messia agnoscerent. Epiphan. hæref. 20. Tertull. lib. de præscript. advers. hæref. p.39.f.2. Spanhem. Dub. Evang. par. 2.p.232. Grot. de verit. relig. Christ. libr. 5. Baron. ad Apparat. p.4. Casaub. Exercit. p.46. Zonaras hist. p.166. explicat τὰς τὰς οὐρανικές φεγγάρες. Syr. Domesticos Herodis.

XIII.

שְׁבָתוֹת Sabbatharij, Græcē μασθωθαῖοι. Euseb. hist. Eccles. lib. 4. c.22. qui veram profitebantur Sabbathi ratione in, quæ Rabbinis dicitur. Vide Lex. Buxt. תְּשִׁבְתָּה Scal. cont. Serar. p.238. Sabbatharij aliás Conrado Graffero comment. in Daniel. p.422. dicuntur Iudei Novi, & ex Christianis Apostatæ.

SECTIO VI.

De Samaritanis.

שְׁמָרְגִּינִים Samaritani: Benj. Itin. p.37. Drus. Trih. p.135. ab urbe Samaria appellati, i. Reg. 16.24. de quibus multa commemorare

morare hoc loco nihil attinet. Repeti possunt quæ de ijs disseruimus in *Exerc. Anti-Morin.* Compendiuim religionis, originis, rituum eorum ibi habes: adde *Itin. Benj.* p. 37. 38. 69. *Drus.* Præterit p. 124. & de trib. secl. 133. *Masij* comm. in *Ios.* 204. *Buxt. Lex. Talim.* p. 370. & dissert. de *Lit. Hebr.* S. 48. & 61. *Scalig.* cont. Ser. 219. *Cun. de Rep. Heb.* p. 249. *Elmac.* p. 8. 11. וּבָבִי. מלך אלמושל בני אסראל ואנגוליהם פי קרי אצפahan למא ארתחכובו מן עבארה אלענאנם וערדה מן אלסיאת אטאמ א郎ב פאכערדים וגנאהם מן בין ידיה ולט יבק אלעס סבט יהודיא וחורה וגemu מלוך אלמושל קוטא מן כורה עארה וחמהה ומן ספרואם ואסכהנעם ארצי בני אסראל וסמייא אלסאמורה ותפסירה באעלבראניה חפטה וגנאטר ולט יתקזיא א郎ב ואפרתסתהם אלסבאע וארטלאז אלי אלמלך لأنהם לא ירפהו עבארה אלה אלארץ ואחנה מה פסיר להם כאחנה מן אלכחאהנה אלמסכין לעלמהם עבארה אלה אלארץ פעלמהם אלתוראה בא צה ולוריך הם לא ירפן כתאנא אבר עיר אלתוראה ולא נביה ולדרך נסלהם מן בערדם אליו, אלאן וחנדו גמיע וערדה i.e. Et capti vos duxit Rex Assyria filios Israel, eosque collocavit in urbibus Asphahan, cum & Idololatriâ & alijs sceleribus se contra Dominum obstrinxissent; Proinde abjecit & removit eos à manibus suis, ita ut non remaneret nisi una tribus Iuda. Reges Assyriæ verò collegerunt conflugem ex territorio Ghara (fortè Gozan) Chama, ex Sepharvaim, iisque incolendam dedit terram filiorum Israël. Appellati autem sunt Samaritani, cuius vocis Hebraeæ interpretatio est, custodes, observatores. Quia verò Deum non simuerunt, discerpserunt eos bestiæ. Mittentes autem ad Regem (Assyriæ, eum reddiderunt certiores) non se peritos esse cultus Dei terra illius, ejusque institutorum. Dedit igitur ijs sacerdotem ex sacerdotibus capti vis, qui doceret eos colere Deum terræ illius. Instituit itaque eos in lege tantum. Ac proinde alias scripturas, extra legem, non recipiunt, nec Prophetam præter Mosem p.m. Atque abhinc colere cœperunt Dominum Deum. Propterea & posteri eorum in hunc usque diem rejecerunt omnes Prophetas, dicentes,

Non esse post Mosen Prophetam. Hæc ex scripto aërendōrā hoc loco inserere placuit.

כָּתְּחָתֵי Chutæi: sic dicebantur Samaritani, quod plerique eorum **בָּאוּ מִכּוֹתָה** venerunt ex Cutha fluvio. *El. Tisb. L. D. Buxt. Lex. Tal. p. 370. & Dissertat. sect. citatis. Drus. Trihæref. p. 135. Elias Germanus* ab his Cingaros nostros deductos vult, sed sine ratione. Epiphanius illos vocat κυδαῖς, χυθαῖς, &c., σωστίμας, αἰάγωγαναῖς, quæ vox postrema αἰνιγματώδης planè est. *Scaliger* cont. Serar. p. 235. Αιάγωγανοι sunt q. αἱ ἄγνοι, Γανῖοι, Ἄνναι, vel αἰάγωγοι Μλωαῖοι, pertinaces, hæretici. Est enim αἰάγωγος, οὐ βειτῆς ὁ μὴ τῆς δέκτης αἰγῶγης πεντηκόντης. *Hesych.*

שְׁבֻעָה Sebuæi, id est, ut *Scaliger* cont. Serar. p. 248. & 229. reddit εβδομαδῖται. *Idem* ille existimat sic dictos omnes Samaritanos. *Can. Ifag. 218. citante Drus. in Trihæref. p. 125.* cui tamen contrarium est, quod habet cont. Serar. p. 312. *Drus. Trihæref. p. 125.* ex Ilmedenu affert, à *Sebaja quodam Samaritanorum Antistite dictos Sebuæos*. *Buxt. verò Lex. p. 2314.* dicit, *Sebuæos sectam fuisse Judæorum, quæ festum septimanarum, id est, Pentecostes, diversimodè computabat.*

דָּסְתָּה Dusthai, Dusthæus: & ipse inter primos refertur Samaritanismi propugnatores. Unde ejus crebra in scriptis patrum mentio. *Tertull. præsertim & Hieronym. Vide Drus. Trihæref. p. 123. & seqq. Asseclæ ejus Dosithei, Δοσίθεοι Euseb. Hist. Eccl. lib. 4. c. 22 appellantur. Vide Scal. cont. Serar. p. 282, 283. 311. De reliquis Samaritan. sectis Epiph. hæref. 14.*

APPENDIX.

Notandum porrò est, inde ab Apostolorum temporibus multos ex Judæis infidelitatis suæ patrocinium suscepisse, librisque scriptis & editis religionem Judaicam defendisse, præsertim ab anno Christi M. ad MDXX. quo intersticio impunè Judæis in Christianam Religionem, ob summam Lingue sanctæ inter Monachos ignorantiam, debacchari licuit. Accerrimi Judaïsmi hyperaspistæ, Christiani-

sianismi verò infenissimi hostes sunt 1. Talmudistæ, præsertim tractatu de Idololatria. 2. Authores librorum Nizzáchon, id est, victoriæ, quorum aliquot prodierunt. Vide Theod. Haksp. in edit. Nizzáchon sui à R. Lipmanno compositi p. 218. & seqq. præsertim p. 224. Conr. Graffer. Comment. in Dan. p. 36. Buxtorf. Synag. Jud. pag. 17. Bibl. Rabb. 385. Marc. Lombard. p. 10. Fag. Deut. 13. 6. Munster. Evangel. Matth. Heb. 3. R. Joseph. Albo Hispan. de quo Graff. p. 37. R. D. Kimchi respons. advers. Christia. quæ ferè appendix sunt comment. in Psal. R. Isaac ben Abrahā in חוווק האמונה cum comm. R. Gabriel ben Abaron. Eiusdem est colloquium Middleburgense. Talis est Vichovah Hadath, de quo Const. L' Emp. in Baba Kama p. 70. R. Abarbanel comm. in Dan. præsertim c. 9. & Esaj. maxime c. 52. 53. Sunt & alij duo libri תולדות יש generatio Jesu, de quo Buxt. Bibl. Rabb. p. 421. & responsa ad v. corruptores, id est, Christianos, qui Msc. in Bibliotheca nostra Carolina assertur, quibus maledicentius aut virulentius in Christianismum nihil vel ipse evomat Diabolus.

Autidoq; aduersus Judæos, eorumque blasphemias suppeditant, Ex antiquioribus, Justinus Martyr, Cyprianus, Terullianus, Chrysostomus, Origenes, Augustinus, Athanasius, Hilarius, Hieronymus. Ex intermedij, Johannes Cantacuzenus, Græcus, qui tamen avens in Bibl. nostra civica custoditur, Raimundus Scabon, Justinianus Episcopus Nebiensis, R. Samuel, Johannes Isaac, Gerson, Hieronymus de sancta fide, Antonius Margarita, Victor von Carben, Paulus Burgenis. Proselyti Christiani: Petrus Galatinus, Gerardus Veltvilkus, &c. Ex recentissimis tandem Cl. Buxtorf. Pater & Filius, Conradus Grafferus, Conf. l' Emperor. cont. Abarb. & Joh. Myllerus, qui Rabbinismo suo, verbi cumpromis Ministris utilissimo, compendio, quicquid ad Judæorum blasphemias retundendas facit, exhibet.

De varijs Judæorum sectis scripsérunt Josephus Antiq. lib. 3. c. 8. & lib. 18. c. 2. Epiphanius in Panario. R. Azar. Meor En. p. 32. 33. Drus. & Scalig. cont. Serar. Jesuit. & Casaub. cont. Baron.

SECTIO VII.

De Christianis.

תורה מعمורי Lex Baptismi. Sic commodè religio Christianorum vocari potest ex lib. Cos. p. 30. à sancto illo & Musenawālēi baptissimi sacramento, quo in Christianorum numerum & Catalogum recipimus. Aliás dicitur **דת הנוצרים** Lex Nozeræorum, Lex. Tal. Buxr. pag. 587.

Ipsi autem Christiani Judæis dicuntur

I.

נוצרים Nazireni, Nozereni, à Christo Nazarethi educato, denominati, El. Tisb. Lex. Buxr. Tal. נצ' Gilber. Geneb. nota marg. ad Alb. Jud. p. 5. Tertull. lib. 4 cont. Marcion.

II.

גויים Gentes ; & singulariter (contra consuetudinem Linguæ sanctæ Buxr. Lex. Tal. & Abbrev. Heb. 198.) גוי Christianus, גויי, Christiana. Observia autem 1. Vocem hanc denotare latè quemlibet non Israëlitam. Elias Tisb. 2. Deinde verò & גויים Israëlitarum hostes, in genere quidem omnes, in specie verò Christianos.

III.

אדרון Edomai, Esau posteri, quæ tamen nomenclatio politica magis est, quam Theologica. Sic enim Judæis potius quam Romani, quam quam Christiani appellamur. Unde copiosius de hac differemus loco de Politia. Pro Christianis sæpe in Judæorum scriptis occurrit testis est Buxr. Lex. Tal. p. 30. Hieron. oper. tom. 5. f. 3 r. d. Majm. expressè in ry c. 7. Edomais Idololatria (id est, Christianis) primus dies (dies solis) est dies festus eorum. Vide etiam not. Cocc. in Sanhed. p. 373.

IV.

מינוי Minæi, heretici (unde & מינות haeresis) dicti à מינה renuit, refras-

refractarius fuit. Full. Miscell. lib. 2. c. 3. & in append. p. 177. Malumus huic subscribere Etymologiaz, quam *Elias* in Tisb. *מאנֵי Manete*, aut alijs; à ḥes̄ species derivantibus. Observa autem amplissimum nominis hujus in scriptis Judæorum esse usum. I. *Enim sic in genere vocatur האומר שאין נמציא אלה נון qui dicit non esse Deum, neque mundi gubernatorem. Majm. Hil. Tesch. c. 3. Nizz. p. 46.*

II. *האומר שיש בנהוג אלין ששות וורה על אחר quidem mundi rectorem, sed unico plures.*

III. *האומר שיש אחד אלא שהוא גוף ובعل המונה qui dicit esse quidem unicum, sed corpore & figurâ prædicum. Vide More Nev. p. 54. & Nizz. 76.*

IV. *האומר שאין לנו לנו ראשו וצור לכל qui negat illum esse solum primum, & peccatum omnium.*

V. *העובד אלהות זולתו להוירת מלין בין אותו ובין ארון qui colit alios, præter ipsum, Deos, ut essent Mediatores inter se & Dominum.*

VI. *כל שאין לו רוח omnis avouo, vel exlex. Eli. in Tisb. cuiusmodi Turcae quidam & Æthiopes, ut à Maj. More Nev. lib. 3. c. 51. depinguntur.*

In specie vero, & ἀγράπτεοχων Iudeis Minæi dicuntur I. Christiani. Drus. Quest. Eb. lib. 2. p. 107. ex Hieronymo: vel, ut R. Sol. loquitur חמי תلمיד ישו הנוצרי אשר הponce לרעת רברוי אלהים discipuli Jesu Nazareni, qui perverterunt verba Dei vivi. Not. ad Majm. Vide etiam Vorst. ad Fund. Maj. p. 83. & Bux. Lex. Talm. p. 1201. Adeò ut frustra neget author lib. Nizz. p. 193. hoc nobis à Judæis impositum nomen, cum vix aliud antiquius sit. Vide Cocc. Sanh. p. 214.

II. *Minæi nuncupantur מחוויקי אמונה מאני qui sequuntur dogmata Manetis.* Lex. Tal. Bux. p. 199. de ipso vero Manete vide pag. 1166.

III. Tales etiam, δέσμωται, sunt Sadducæi & Baithofæi; El. Tisb. Majm. in Pirke Abhoth.

IV. Tandem indigno hoc nomine notantur Capernaitæ, inde sine dubio, quod crebrius cum illis Christus fuerit versatus. *Buxt. Lex. Tal. p. 1081.*

Quæstio: *An Iudei copiam suis fecerint legendi scriptores non Iudeos, ספרים חיצוניים libros extraneos, id est, scripta eorum, quos pro hereticis illi habuerunt?* Ambiguè ad hanc respondent quæstionem: alij affirmant, alij negant, ut videre est ex prolixa illa dissertatione R. Azar. in Meor En. p. 29. & de inc. & Cod. Sanh. *Cocc. p. 83. 88. 395.* *Buxt. Lex. Tal. p. 951.* Prævaluisse autem ab aliquo tempore sententiæ affirmativæ patronos, vel ex uno Philosophorum & Philologorum catalogo, quem Cl. Buxtorfius in Bibl. sua Rabbinica contexit, colligi potest: quo lectorem rejicimus.

V.

Epicurei; à Græco Ἐπικούρεος. *Observa I.* Epicuræum in genere esse omnem illum, qui non credit fundamenta religionis Judaicæ *XIII. Cocc. Sanh. p. 88.*

I. Epicuræum aliud esse נכרי peregrinum, id est, *Christianum*: aliud ישראלי Israëlitam. *Lex. Tal. p. 1793. Cocc. Sanh. p. 214.*

האומר שאון נבואה מגיעה מהשי אפיקורוס in specie esse, A. qui negat Prophetiā à Deo Opt. Max. delapsam ad hominem. *Sanh. Cocc. p. 387. Majm. Hil. Tesch. Nizz. S. 76. & 136.* B. qui negat Prophetiam Mosis. *Iid.* C. האומר שאון הקבה מטנית על מעשה הארץ qui dicit, *Deum sicutum, benedictum, res humanas non curare.* D.qui attrahit præputiū, וְקַוְתֵּסָם וְמִלְבָד תְּלַבְּדָה עֲבוֹדָה זָרָה. E. בעל לשון רע Maledicus. *Ib. F. הַמְבֹהָה תְּחִזְקֵנָה qui contemnit discipulos sapientum. Sanh. cap. 11. Gem. Cocc. 393. aut socium suum. Ib.*

VI.

כופרים Negantes, אֶתְהָא, Infideles. Vox est Arabibus & Turcis usitator quam Judæis. Unde in Alcorano & alibi ubique obvia, pro

pro Christianis etiam *VVarner.* Comm. Muh. p. 38. Georgeⁿ. Itin. p. 112. In scholis Judæorum significat eum. שָׁנִין לוֹ דָתַת I. cui non est lex; cujusmodi sunt Dogzijm illi, de quibus Benj. in Itin. pag. 34.

II. Qui negat בְּתוֹרָה אֲפִילוֹ תִּבְהָא אֶחָתָה legem, aut unicam ejus literam. *Nizz.* S. 76. & 57.

III. Qui negat explicationem ejus, id est, legem oralem: cujusmodi sunt *Zadok* & *Baithos*.

IV. Chuthai & Ismaëlitæ. *Nizz.* lb. & S. 125. Id est, Christians & Turcæ. Majm. Hil. Tesch. cap. 3. qui afferunt שהבורה הַחְלִיף מצוה זו במצוה אחרת וכבר בטלה תורה quod Creator præcepit unum per alterum mutaverit, lexque jam cessaverit.

V. Qui negat בהיות המתים בresurrectionem, seu resurrectionem mortuorum.

VI. Qui inficiatur בְּבֵיאַת הַנוֹּאֵל adventum Redemptoris.

VII.

אחרי Alij: Lex. Tal. *Buxt.* p. 61. conf. Cocco. in Sanh. p. 29. Observa autem: Solenne esse Hebræis uti voce אחרius, quotiescumque rem abominandam tacite innuunt. Sic Ex. gr. Porcum appellant רְכָב אַחֲר rem aliam, quo nempe, ut Elias loquitur in suo Tisb. hac ratione occasio de porco inquirendi junioribus præcidatur.

VIII.

בשר ודם caro & sanguis. *Buxt.* Synag. Iud. p. 200. Unde Majm. Hil. Berac. c. 10. monet, ut si quis videat Christianum sapientem, hanc ad Deum fundat formulam בְּעֵד צָדִיקִים בְּאָמֵה שְׁנַתְן Benedic sis tu Domine Deus noster, Rex hujus mundi, qui dedit de sapientia sua carni & sanguini. Vide etiam Spicil. Capp. p. 105.

IX.

ערלאיין Preputiati. R.D. Kimch. Psal. 22. X. בְּלֵבִים Canes. Myll. Rabb.

רָבִיבָרַיְם פֶתַחַת חֻתָהֵי נִזְזָהָרַיְם XII. Chuthæi. Nizz. 39.44. עֲמֹנִים עֲמֹנִים כְּנָכְנִים וְמוֹאָבִים XIII. Ammonitæ & Moabitæ. Id. XIV. עֲרִים עֲרִים כְּבָדָרְהָרָה Cæci. Geneb. cont. Alb. XV. טְמַנִּים Impuri. Bux. Syn. Iud. p. 398.

Ἐπίμελεγν de odio Judæorum in Christianos.

Quanto flagrent Judæi in Christianos odio patet I. Ex convictis illis & calumniosis, quibus Christianos insigniunt, nominibus, quorum potissima jam deditus.

II. *Ex eo, quod quælibet injuria Christianis illatae, fraudes, decipulations, usuræ, fontium infectiones, latrocinia tam aperta, quam clandestina à Iudeis laudi ducantur, ut videre est apud Marc. Lombar. p. 16. 22. 32. 33. 36. 52. 55. Rabb. Myll. p. 1386. Con. Graß. com. in Dan. p. 432. Constant. l' Emp. in Baba Kam. p. 71. Sixt. Senens. Bibl. Sac. p. 129. confer Joh. 16. In primis vero multa crudelitas exempla referuntur in Fortal. fidei lib. 3. p. 115. & deinceps. Quid autem de inventerata & per versa Iudeorum consuetudine, qua in opprobrium Christi, quot annis infantem Christianum cruci affigere, aut quounque modo erucidare eos jubeat, sit tenendum, & cur tam immodecum Christiano infantum sanguini insidentur; ut ibid. p. 116. fusiùs, & apud Socrat. Hist. l. VII. p. 743. Marc. Lombar. p. 35. 36. declaratur; definire nobis non licet. Certum est, (non tantum ex citatis authoribus, sed & Stumpf. Chron. p. 67. b. 68. 334. 525. Auch. lib. V. de statu rer. polit. p. 511. Myll. Rabbin. p. 1386. Munst. in Cosmog. Fascic. temp. & Joh. Vitoduran. Chronologis) Iudeos sæpe homicidiorum, potissimum Infanticidiorum convictos solum vertere fuisse coactus. Religio ne vero, an odium ad hæc patranda facinoræ eos adegerit, difficulter dixerim.*

III. *Quod maledicam suam linguam varijs modis Hak. p. 275. 277. 278. stringant in Christum & Christianos. Justin. Mart. Dial. cum Tryph. p. 266. 323. Marc. Lomb. p. 8. 14. 15. non diebus tantum sabbathi, Mar. Lomb. p. 52. sed etiam quotidie, Hieron. t. 5 fol. 84. & fol. 90. Lomb. 17. idque ter. Fort. fid. p. 119. Quamvis injuriam Iudeis*

*Judæis pro nostra incolumitate orantibus fieri queratur R. Azar.
Meor Enajim. p. 169. 170. cui oppone locum citatum ex For. fid.*

IV. Quod suis interdixerint A. nobiscum conversari, secusque
facientes gravissime puniant, Lombar. 34. B. edere aut hospitium
præbere. Tal. Cod. Schebuah. Majm. iij c. 10. Myll. Rabb. p. 1395.
quod tamen postremum per ablationem scepteris sublatum inoxiti æ-
novitige duos concedunt.

V. Quod majores sæpe in primitiva Ecclesia contra Christianos
moverint tumultus & persecutio[n]es, quam gentiles. Hieron. t. 9.
fol. 92. t. 6. f. 52. Luculentissimum exemplum habemus in bar. Cocab:
de quo Lex. Tal. Buxtorf. R. Hieron. t. 1. fol. 125. Socrat. Hist.
Eccl. p. 739. 742. confer Rabbin. Myll. p. 72. Lombard. p. 34. Fortal.
fd. p. 1411. 215. & deinceps. Idem probat duobus exemplis Elmaci-
nus Hist. Msc. Arab. p. 272. 273.

SECTIO VIII.

De Chaldaismo, Gentilismo, seu
Hellenismo.

גְּנֵתָלִים Gentilismus; Majm. Hil. Issure biah. c. 13. Buxt. Lex. Tal. p.
403. Arabes vulgo appellant אל גְּנֵתָלִים "Αγνοιας, ουρανοιας.
Majm. Mor. Nev. Arab. p. m. 268.

Eius antiquissima species est.

נְבִיטָרָה Religion Nabathæa seu Chaldaea: Religioni huic ad-
dicti fuere Chaldæi, Persæ, & præ cæteris Sabæi, de quibus,
cum orientalium scripta, Arabicæ præsertim ubique loquan-
tur, hæc teneto.

I. De origine Sabæorum, eorumque idololatria non idem
omnes sentire Scriptores. Nobis videtur in Arabum Scriptis
Sabæorum superstitione eadem esse, quā Græci Patres ελληνισ-
μον appellant, de quo Epiphan. Pan. p. 10. ὅτι Σερέχ έως τη
Αβεγάμ. Certè Serugi tempore Sabæos caput extulisse, & à
Patricide & à Elmacino, scriptoribus Arabicis, constanter tra-

ופי אימה טהר רגל פרסי יקאל לדין: Patricidis verba sunt: זואדרשת פאטחר דין אלצ'אכין וכואן בפרס מלך יקאל לדין טהמורת ויקאל אנדר אלדי אטחר אלדין אלצ'אכיה ועם קומא אין אלדי אטחר דין אלגבין רגל מן אלינויאין יקאל לדין אלינויאן אבן ברקליס ועם קומא אינה מן מרינה אליוונונה אלהי בנית באתינה ואליונאנין הם אולמן אברתרא בהדרין אלדראי ויקאל אין הריא אלרגל אלדרי טהר דין אלצ'אכין ממן חזר בבניין אלברג בבאבל id est, Diebus ejus (Terachi filij Serug) extitit Persa quidam, nomine Zerodast (Zoroastres, cui & Epiphanius p. 3. Edit. Lat. & alij Magiæ initium tribuunt) is author fuit religionis Zabæorum. Alij putant Tachmuratum Regem Persarum huic Religioni dedisse initium. Alij Sabæorum incunabula accersunt à quodam Græco, cui nomen Ju-nan aut Javan, filio Barklai, seu (puto enim, in Patric. juxta Elinac. legendum Mercurius) Mercurij. Atq. hunc volunt oriundum ex urbe Zaituna, quæ Athenis extructa. Atque sic Græci primò hæc placuit sententia. Sunt tandem, qui existimante authorem hujus sectæ ex ijs fuisse, qui turrim Babylonicam extruxerunt.

II. Sabæos, Chaldæos, Nabathæos, Charanæos, quo ad ritus, ceremonias, universamque superstitionem, scriptoribus Arabicis esse eosdem. Majm. Mor. Nev. p. 427.

III. Multos olim de hac religione scriptos libros, ut monet auth. lib. Cos. p. 5. a. b. Majm. Mor. Nev. p. 427. quos abdidit Rex Ezechias Id. p. m. 140. Authorum meminit aliquot, quos illi ab Abrahamo, (ut Judæi librum יְצִירָה Bib. Rabb. Buxt. p. 353.) accepisse nugantur, Kessæus Muhammedista in vitis Pat. p. 44. Fabulas in ijs contineri, gerris sicutilis vaniores, cognoscet ex illis, quæ de Abrahamo Majm. More Nev. p. 421. Adamo, Noach, Setho, p. 422. 425. ex ijs citantur. Sic Author lib. Cos. p. 5. col. 1. ait: Sabæos in scriptis suis meminisse Ianbuschari, Zegrithi, et Roani, qui ante Adamum extiterint, & quod Ianbuschar præceptor fuerit Adami.

IV. Ipsius

IV. Ipsum quoque Abrahamum Sabæorum fuisse innutritum superstitionibus. *Euseb. hist. Eccles. l. i. c. 5. More Nev. p. 421.* & comment. in *Misch. c. 4. S. 4.* *Cun. de Repub. Heb. p. 275. Hakſt lib. cit. p. 470.* *Majm. comment. in Ios. p. 333.* *Rainold. de Idolol. p. 169.* Sic Arabes passim in *Alcorano* præsertim, *Beidavi & Keſeo.* Negat *Elmacinus Hist. Eccl.* p. m. 32.

V. Crassissimæ illorum superstitioni legein Mosaicam è diametro ferè & ex professo oppositam. *More Nev. p. 427.* id quod alibi, partium instituta collatione, demonstrabitur.

VI. Tempore Muhammedis satis adhuc integras eorum res fuisse, ut pote quibus eadem in Imperio suo cum Christianis jura concilii & privilegia. Vide *Alcor. Surat. 2.* & Comm. *Beid. p. 53.* sic *Ahmed ben Isaac p. 20.* catalogum satis prolixum exhibet Praesidum Sabæorum.

VII. Ab illis verius, quam à Chuthæis ortos esse Cingaros, quos etiam *R. Ged. in Schalsch. Kabb. p. 99. b.* fatetur exivisse ex sedibus suis, Chaldæa nempe, tempore Jesaiæ Prophetæ. In Germaniam alioquin primo eos anno 1417. *Albertus Crantzus; Aventinus* verò anno 1439. venisse refert. Vide Lib. II. de statu Polit. p. 154.

VIII. Porrò dogmata Sabæorum describuntur *tum à multis, tum verò cum primis à Majm.* *More Nev p. 113. 129. 421. 422. 423. 424. 427. 480. 492.* & comment. in *Misch. c. 4. S. 8.* *Averroë. in disput. Metaph. 4. p. 351. edit. Venet. in 8. Constant. l'Emper. not. ad Itin. Benj. p. 214.* Præter cæteraeorum deliria cum primis execrabile est, quod cultum omnem ferè dæmonibus deferant, nullumq; Deum, præter stellas, esse existimet.

II.

וְרַבִּים אֲנָשִׁים *Viri Indiae*, id est, *Indi*, quorum idolatria crassissima semper fuit. *Majm. More Nev. p. 480.* de ijs refert, quod multi eorum jumenta nulla maſtarint, ob honorem, quem ijs habebant. Quam rerum omnium & historiarum rudes sint, vel ex uno-

uno hoc collige specimine: Sunt inter Indos, inquit auth.lib. *Cof.* p. 5.a. qui dicunt אַצְלָם וּבְנֵינִים וּבְרוּר אַצְלָם כִּי שׁ מִקּוֹמֶת אַצְלָם loca quædam secum esse & adficia, de quibus nequidem dubitent, *qui* centies mille annis ferè antiquiora. Atque ob summam hanc illorum barbariem, medijs inter homines & bestias judicantur. *Majm.* More *Nev.* p. 5 14. De veteribus Indis, eorumque Idololatria multa scripsit *Ahmed fil. Isaac*, author Arabicus: De hodiernis consulatur *Descriptione Indiae verae* p. 107. & deinceps: *Maffei* item Histor. Indicæ.

IV.

חָבֵר *Chaber.* Vox & origine, & significatione propriâ, admodum obscura. Nos sequentibus aphorismis, quid videatur, exprimemus. Certum est I. hanc vocem non in Judæa, ut ut Talmudistis notissima sit, Lex. *Buxt.* p. 704. sed in Persia esse natam.

II. In Persia persicè vocari *Ignicolas* בְּבָרְגָּה *Gaber*, qui adhuc hodierno die supersunt, superstitionis suæ tenacissimi. Atque de his intelligi debet Proverbium illud Persicum: אָגָר כָּר סָאֵל כִּבְרָא אֲשֶׁר פָּרוֹדָא כִּדְסָמָן אֲנָדוֹרָא אֲפָתָר בְּסָוֶר verte Levino *VVarnero*, amico nostro singulari, cui ex intimo pectore felicem suscepit peregrinationis orientalis precamur continuationem; *Licet Gaber* (id est, ignicola) per centum annos accendat ignem, tamen si vel semel in eum incidat, comburitur.

III. Quod si verò, sequuti auctoritatem *Baal Aruch*, חָבֵר idem velimus esse, quod *Sacrificulus* כּוֹמֶר, tunc non ineptè derivabimus à Radice Arabica חָבֵר, à quo & nomen *sacerdos, doctus* propriè. *Gigg.* Lex. Arab. Unde ipsa hæc vox de sacerdotibus quoque *Judaorum* V. Test. usurpatur. Vide *Heb.* 7.

11.12. *Vers. Arab.* Atque hæc mihi Etymologia id eo blan- diu arridet, quod in Persarum & Arabum more positum fue- rit,

rit, Mystagogos suos ab eruditione, scientia & indefesso investigandi studio denominare. Sic V.G. Antistites suos Chaldaei & Persae vocarunt

1. Modò חַדְרָה Dan. 2.v.2. & alibi. Non à חַדְרָה foramen, ut quidam volunt: nec à טִמֵּן adusta ossa, eò quòd Magi actiones suas peregerint cum defunctorum ossibus: nec à קָרְבָּלָה scripторis, sive Scriba, quòd Sapientes suos Scribas sanctos appellare consueverint Aegyptij, ut ex Dionys. Voß. conjicit R. Menaſe probl. de creat. 22. Vox enim hæc Hebræa est, in Chaldaismo hoc sensu inusitata: sed à חַדְרָה verbo Persico (חַדְרָה mutato in חַדְרָה) scivit, cognovit, significante. Unde celebrimus ille Historicus Elmac. in Hist. V.T. p. 133. & alibi pro hac voce Persico-Chaldaea substituit Arabicas אַלְחַכְמָה וְאַלְעַרְאָפִין sapientes & scientes.

2. Modò מְכַשְּׁפִים vulgo incantatores: propriè revelatores, rerum videlicet arcanarum, à verbo כְּשָׁפָךְ quod etiamnum apud Arabes revelandi significatione tritum est.

3. Modò אַשְׁרָה quos alij Astrologos seu Rechio-phantas, id est, expansi observatores (sic enim vox Græciophantas apud Plinium lib. 6. natur. hist. c. 26. restitui debet, ex Hebreo עַקְרָב expansum, & Græco φαντῆς) alij Græcorum σοφες sapientes: alij denique; meoque judicio aptissimè; Persarum Ζόφος, quo nomine Theologos suos Myticos appellare conlueverunt (l'Emp. in lach. p. 25. & Forb. instr. p. 204.) dictos volunt.

4. Modò מָגָנָס Magus, de quorum religione prolixè agit Elmac. Msc. p. 139. à שָׁמָן vel שָׁמָן inquisivit, perscrutatus est: Spanhem. & Ludoovic. de Dieu ad Matth. c. 2. unde Act. 13. vers. 8. vox Persica מָגָן Magus, per synonymum ἀνδρός sciens (quod Arabicum est, & Hebræorum respondet יָדָעַן à יָדָעַנִי scivit) redditur.

IV. Quid igitur obstat, quo minus hoc ipsum quoque vocabulum חַבְרָה peritum, doctum significans, pro Persarum Ignicolorum sumatur sacrificulo, aut mago? Sed plura de hac voce

Buxt. & Levinus V Varner loc. citat. Schikh. in Taar. Pers. Atque hinc putamus non parum lucis accedere Phrasē Scripturæ Psal. 58.v.6. & Deut. 18.v.11. חֶבְרִים Incantans incantationes: cuius loquendi formulæ prolixiorem explicationem rejicimus in locum communem de *Magia* & *Magus*.

SECTIO IX.

De Muhammedismo.

פָתַח מַחֲנֵט *Secta Muhammedis*, de qua fusiùs tractare loci hujus non est. Id modò teneas.

I. Vocem מוחמד Muhammed, vel Mohamed; vulgò, sed corruptè, Mahomet aut Machomet, ab Hebræo-Arabico esse מוחמד desideravit, amabilis, desiderabilis fuit, ita ut idem sit, quod apud Dan. c. 9.v.23. אִישׁ חַמּוֹרוֹת vel חַמּוֹרוֹת Græc. ἐράσμιος, Latin. Desiderius. Ingenium nempe præstigiosus agyrta fecutus omnium hæresiarcharum, quibus nominis affabilitate alios in sui admirationem pellicere solenne fuit. Sic impurissimi hæretici quidā se ipsos Γνωστικούς, scientes, peritos, appellārunt. Manes Persa vel à פָתַח מַחֲנֵט vas, instrumentum; vel à פָתַח מַחֲנֵט beneficit, dici voluit. Ridiculè Muhammedem à פָתַח מַחֲנֵט deducit Cuf. Exc. l. 7.

II. Hæresin hanc, ab impostore Muhammede initio sexti seculi introductam, vires protinus eas sumpsisse, ut brevi temporis spatio lues Alcoranistarum universum ferè inundarit orbem. Vide Plag. Reg. p. 198.b. Thom. Erp. de Ling. Arab. p. 45. Confer Fortal. Fid. lib. 4.p. 215. Nizz. p. 159. Rab. Myll. p. 440. Juchas. p. 144.

III. Virus hoc, justissimo Dei judicio, in orbem Christianum effusum, tum temporis, quando doctrina Christianorum schismatis miserè fuit lacerata, vita eorum dissoluta: Judæi solo patro expulsi, viribúsq; attriti: Arabes tandem plerique craffissimā idolatriā fascinati.

IV. Muhammedanos non superstitioni tantum suæ additissi-

At illimos, & propter eandem extrema quæque subire paratos
Cosr. p. 37. a.: sed & Judæis *Abarb.* in *El.* p. 98. & Christianis, re-
 ligione à se diversis, esse infensissimos *Alting.* Theol. prob.
 probl. 2.

V. Et si verò sint, qui de πανωλεθείᾳ Regni Muhammedi-
 ci, & sacrorum Muslimicorum abrogatione, aperte satis lo-
 quantur, tradant etiam, *ante captionem civitatis Damia-*
librum inventum Arabicè scriptum, cuius author prædixerit: Quem-
dam Regem Christianum Meccham civitatem debere destruere, &
oīsa Muhammedis dispergere, Fortal. fid. p. 216. a. incerta tamen il-
 la, & à curiosa ingenij humani indagine remotiora censemus.

VI. Interim non diffiteimur, subinde paucos aliquos χαι-
 perι της μωαμμεδισμος φράζειν, ut loquitur alicubi Socrates, &
 excusso ceremoniarum Muhammedicarum jugo, in Christiano-
 rum transire castra: atque hoc ipsum nuper admodum
 Lugduni Batavorum evenisse, ad me perscripsit Cl. D. *Jacobus*
Golius. Iuvenis enim Maurus, à Patre suo, homine nænijs Mu-
 hammedicis deditissimo, ex Mauritania in Belgium dedu-
 ctus, tantos statim in vero Christianismo fecit progressus,
 ut cum multis ἀνέγερε Christianis paria ferè facere videatur.
 De quo exemplo fusiūs, σωι Θεῷ, aliás.

VII. Quod verò rariū contingat Saracenum, seu Mu-
 hammedanum amplecti Christianismum, tum alijs sit de cau-
 sis, tum potissimum tribus sequentibus. 1. Obstant res in im-
 perio Muslimico florentes & integræ. Ex eo enim, quod ad
 votum Imperatorum suorum omnia flecti, victorias, trophyæ,
 contra hostes suos augeri animadvertant, religionis suæ cer-
 titudinem & infallibilitatem, ipso judice Muhammede, per-
 petram æstimant.

2. Siugnlorum fortunæ, opes, dignitates, amor parentum,
 liberorum singulorum impediunt conversionem. Est enim
 fallax & infelix ille Plutus, qui compedes injicit, non Judæis
 tantum, sed & Muhammedanis, & Ethnicis ad Christum ac-

cessuris. Exempla luculenta habes in *Suida*, voce *Inoës*, *Maffeio* historiarum Indicarum lib. i 2 . p. 513. *Hieron.* ad Pam-mach. cont. Err. Johan. Hierosol. *Fortal.Fid.* p. 145.

3. Moram etiam conversioni ad Christianismum manife-sta illa & crassa Pontificiorum idololatria Muhammedanis injicit. Certum enim, quod mireris, & indubitatum est, sic Mu-hammedanos, & veteres & hodiernos, errores Pontificios re-futasse, & in apricum protulisse, ut verè Bileami asinam, ad-versus Pseudo-prophetæ blasphemias retundendas loqui jus-sam, affirmare possis. Non ratione tantum, sed & Scripturæ ductu illi, quibus Scriptura religionis suæ regula non erat, conjicere poterant, in Biblijs nec volam nec vestigium rece-ceptæ apud Papicolas doctrinæ extare de *invocatione Sanctorum*, *Ahmed*. Ben Idr s.p. 189. De *Ἄγιοι θάραπεια* p. 190. *de cœli-batu Sacerdotum*, id.p. 181. *de judicio Episcoporum αἰνυπλθωσ* p. 285. 214. 283. *de superstitionis creaturarum consecrationibus* p. 218. *de cultu imaginum* p. 179. *de fraudulentis in eodem confir-mando miraculis* id.p. 269. *de confessione auriculari* p. 175. *de Fe-storum multiplicarione* id.p. 215. *de Missa*, & si quæ sunt alia, que suo loco, *תְּלִיל אֶת* copiosius ex Arabum monumentis eru-entur. Ipse quoque aliquando ab Ahmed Ibn-Ali, Susiensi, Muhammedano haud obscurè intelligere potui, imagines apud Turcas esse ἀλγηδένα εν ὁφθαλμοῖς. Atque hinc est, quod Jesuitæ, aliique Papolatræ parùm admodum scriptis suis in-ter Turcas proficiant. Nihil quidem illi intentatum relin-quunt ad amplianda pomoeria Regni Papistici inter Muham-medanos, sed caruit haec tenus successibus conatus. Aliquot brevi temporis spatio, non ita pridem, extruderunt Catechis-mos, parùm tamen infidelibus istis acceptabiles. Nam & his *ἀξιομνηστικα* illud Lactantij, veteris Scriptoris, satis placet: *Non est dubium, quin religio nulla sit, ubi cunq; simulacrum.* *Pezel.* Ref. Cat. 216. Certissimum enim est illud Hen. Alting. probl. pract. p. 260. *hodieque Turcas à nulla re magis, quam ab imagi-nibus*

nibus a versos esse. Majori itaque cum fructu in conversione Arabum illæ laborarent Ecclesiæ, in quibus, ex præscripto Verbi Dei, usus imaginum religiosus penitus est sublatus. Utinam Turcis legere contigeret confessionem aliquam Ecclesiistarum Reformatarum, sive *Belgica* illa esset, quam una cum Catechesi locuples ille thesaurorum orientalium promus condus, *Jacobus Golius* Arabicè transtulit: sive *Helvetica*, cuius versionem & ipsi, quantum per curtam nostram supellestilem licuit, mediocriter saltem aliquando dedimus Arabicam: sive *Calvini*, aliquot institutionum libris expressam, ad cuius interpretationem humeris nostris planè imparem idem ille, cuius crebro, nunquam tamen satis injicio mentionem, *D. Golius*, suscipienda, verbis me olim exstimulârat amicissimis! Verum, cùm nunc quidem temporis, Saracenorum truculenta immanitas difficilem Christianis ad suos concedat aditum, & cum primis disputationes contra religionem Muhammedicam agitatæ, non rarò capit is poenâ luantur; insuper etiam Christianis quibuscunque, de conversione eorum sollicitis, intestinarum discordiarum & distractionum compositionem objectent, fateri debemus, hæc talia εὐχῆς magis esse quam ἐλπίδ^ς.

Muhammedani autem alias nuncupantur.

II.

בָּנֵי רֹת יְשֻׁמְעָל יִשְׁמְעָאֵל *Ismaël: Item ישׁמְעָאֵל Ismaëlitæ: vel Legis vel religionis Ismaël affectæ.* Hoc nomine ubique fere in scriptis Historicis veniunt Arabes, ab Ismaële, quem ipsi inter præcipuos V.T. referunt Prophetas, denominati. *Elmacin. Histor. Arab.p.m.34.* **וְאַכְרֹגָהָמָא אֶבְרָאִים אֵלֵי אָרֶץ אַלְחָגָא וְסִכְן** אַסְמָאָעֵל הַנָּאָך וְתוֹגָן מִסָּא אַלְעָרָב אַלְחָגָאָית וְתַכְלָס בַּאֲלָעָרָבִיה **וְסִמְיוֹא אַלְאָדָה אַלְאַסְמָעֵילִין** (*Ismaëlem & Hagarem*) *in terram Highias* (eam Arabiæ partem, ubi nunc Meccha est) *ibique Ismaël habitavit, uxori* *emque duxit,*

duxit, è mulieribus Higiasitis, & locutus est Arabicè: liberi au-
tem ejus appellabantur Ismaëlitæ. Vid. Inst. Forb. p. 201.

III.

הַגְּרִים **Agareni**, Psal. 83. 7. *Agrei* vocantur à Strabone ac Ptole-
 mæo; de quorum sedibus & origine *Full. Miscell. Sac. lib. 2.*
c. 12. p. 255. & *Zemach David ad ann. 614. Druſ. comment.*
 prior. in N. T. p. 12. *Spicil. Capp. p. 108.*

IV.

סָרָקָנִים **Saraceni**, dicti non à *Sara*, tum quòd impedita litera פ
 quæ semper & ubique radicalis est; tum quod nuspiam à *Sa-*
ra potius quam ab *Hagare*, quam maximo illi habent loco,
 denominari velint *Arabes*; sed à סָרָק *furatus est*, propterea
 quòd Saraceni ἀνευροὶ fuerint ex sola rapina viventes Lex.
Buxt. p. 1558. Martin. Lex. Full. lib. cit. p. 251. *Canonistis* Sar-
 aceni sunt, qui innumeros Deos Déasque colunt, vel, rectius
 loquendo, dæmonas adorant. *Jac. de Graf. decis. aur. Par. 11.*
p. 203. Intelligi hoc debet de Saracenis adhuc *Ethnicis*, nunc
 Muhammedani *Alcorani* nugas sequuntur, doctrinamque
 Muhammedis impostoris (cujus compendium habes *Hist. Saracen. Elmacini p. 3.*) amplectuntur. Vide *Forbes. p. 202.*

V.

קָדָר **Kedareni**, à קָדָר filio Ismaël. *Genes. 35. 14.* qui ut in Ta-
 rich Adam, id est, *genealogia Adami* (scripto antiquissimo, &
 inter Arabes, sine dubio, celeberrimo, quod in Hungaria ante
 hac repertum, non ita pridem à D. Marchtalero, Ulmensi,
 Amplissimo urbis hujus consuli D. *Solomonis Hirzelio* obla-
 tum, & commen. à me illustratum est) habetur, originem
 postea dedit non tantum Arabibus in genere, sed & ipsi Mu-
 hammedi. Unde pro קָדָר *tentoriis Kedar* *Psal. 120. Para-*
phrases Chald. habet מְשֻׁכְנֵיהֶן דָּעֲרָבָא tabernacula *Arabum.* Sic
 & *Num. 11. R. Aben Esral* linguam Arabicam appellat Lingua *Kedarenam.*

VI

בַת עֲנָאֵל Secta Ali. Schalsch. hakkabb. p. 104. Fuit Ali Imperii Mus-
 limici Chalifa III. cuius regimen describitur histor. Sarac. El-
 maci. p. 36. Deaster est Persarum, cuius authoritatem pene fa-
 ciunt divinam. Unde blasphema illa vox, quæ crebrò Persa-
 rum ore volutatur: עֲלִי רְא כְּדֹא נְמִישָׁנָאָס דְּרוֹא אֶזְכְּדֹא נְמִיד
 □ אַגְּרָה, *Ali pro Deo non agnosco; sed nec procul eum à Deo scio.*
 Item. *Qui non est instar pulvis ante fores ejus (Ali) licet vel An-*
gelus fuerit, pulvis ejus operit caput. Formula est loquendi Per-
 sis & Turcis, tum in imprecatione, tum in observantiae testifi-
 catione admodum solennis, VVarn. Proyerb. Pers. p. 5. Confer
 Matth. 10. 14. Unde verò, & quo modo à cæteris Muhamme-
 danis Alisequi isti differant, prolixè à viris doctis notatum
 est, maxime à Joh. de Laet. descript. Pers. ex Leunclavio. p. 149.
 Schikhardo p. 157. 158. Texeira p. 180. Petro de Valle p. 189.
 Ubi & de Sophorum, Religionis Hali vindicium, origine agi-
 tur. Vide etiam Forbes. instruct. p. 204. & Joh. Cotorici itine-
 rarium c. 1. p. m. 116. cuius hoc loco verba adducere haud
 pigrabor: *Contrà Persæ, hos omnes (Arabum & Turcarum An-*
tistites) Ali seu Hali excepto, velut hæreticos detestantur, scriptæ
& libros eorum, ubi cunque reperiant, flammis exurunt; crudeliter
etiam in eorum observatores animadvertunt; Scheichadari verò^{et}
et que Harufis doctrinam veluti legitimam, ac cæteris sincerio-
rem, & saniorem amplectuntur; quos tamen reliqui Mahometæ &
sectæ cultores execrantur. Hinc cruentum & vehemens inter Per-
ses & Turcas jamdudum orcum est bellum, atque ingens odium, ut
in se mutuo tanquam hostes acerrimos, & hæreticos pestiferos, cru-
deliter sæviant: imò in eam rabiem progressa est religionis dissen-
cio, ut Muphtis (qui est apud Turcas supremus sacrorum antistites)
in Persas sententiam tulerit, quâ gratius esse Deo affirmat religio-
nis causâ Persam unum occidere, quam septuaginta Christianos,
Mahometæ & legis hostes acerrimos. Sumpit autem hæc nova Per-
sarum opinio exordium à Santone quodam Scheichardare nomine.
Is regnante Ussum Cassane, Persarum rege, posteaquam diu latuif-

set, & ab hominum conversatione remotissimam duxisset vitam, tantam sanctitatis opinionem, atque auctoritatem apud vicinos populos est consequens, ut simul atque è latebris produisset, ingens hominum multitudo (ut sunt semper humanae mentes novarum rerum cupidæ) ad novum doctorem è vicinis regionibus confluxerit, eique adhæserit. Inter cœceros vero quidam Erdebil illustri natus familia regulus, Ismaëlis Sophi Persarum postea regis pater, qui cum cause illius, tanquam rectæ religionis, ac senioris doctrinæ patrocinium suscepisset, ejus fretus viribus, in Rexa Persidis oppido novam doctrinam primum disseminavit. Docebat autem ille non esse præstandam fidem tribus Mahometis prophetæ socijs, ac primis illius in regno & Caliphæ dignitate successoribus: verum ijs posthabitus solum Alim, si salvi esse vellent, in omnibus sequendum: eum namque fuisse legitimum Prophetæ successorem, ac verum Legis interpretem, & Calipham, non alios. Ad suam vero doctrinam comprobandam, Alisque auctoritatem & dignitatem corroborandam majorem denique dictis suis fidem acquirendam, revelatum sibi à Deo asserebat, Angelum Gabrielem è caelis in terris quandoque misum, qui Alkoranum divulgareret, eumque Dei præcepto Ali primum traduceret, sed errore deceptum Mahometi obtulisse. Deum vero ea re nihil offensum, quippe qui hunc quoque tali dono dignum censeret; præculisse tamen Alim Mahometi, vel saltē & quāsse. Hinc quoque Mahometem Alim tanquam ceteris digniorem, & rebus gerendis magis idoneum, atque etiam sibi propinquiores, & qui esset ipsius gener, testamento non solum heredem instituisse, sed & Calipham & regni successorem declarasse. Ebubekirem nihilominus, spredo Prophetæ ultimo elogio, quorundam adjucum favore per injuriam se Calipham constituisse. Hunc securos Osmerem, & Osmanem: Ali interim dignitate sibi testamenti jure debita spoliato, in spelunca quadam abdita latente, & privatam ducente vitam: donec tandem illegitimis extinctis Caliphis, Dei judicio, in debita sibi Caliphæ dignitate succederet. Ideoque cum manifestè inde constare diceret, primos illos post Mahometem Reges supreme Prophetæ volunt-

voluntati restitisse, & decretum irritum fecisse, perduelles atque hæreticos existimandos, adeoq; quæcunq; literarum monumenta post se reliquissent, flammis esse mandanda. Et verò sui aliquo signo à cæteris secernerentur, voluit ne lineis in volucris, ut Turcæ, fastuosè caput ornarent, sed tegmine tantùm laneo & vili uterentur. Hinc Persæ etiamnum, contra morem Turcarum, nequaquam Tulipantho albido, sed rubro è lana pileo, duodecim habente plicas, vel Tulipantho lineo vermiculato caput tegunt: qui idcirco à Turcis contemptum Cuselbaſi, id est, Rubri capite, appellantur.

Dicendum nunc aliquid esset. I. De צופי Zophis, Conſt. l'Emp. in Iach. p. 25. Surius in Chron. p. 6. II. de מדבר מדבר in L. quentibus, Verbalibus, Mor. Nev. p. 124. 133. 134. 148. 165. 176. Cosr. p. 46.a. sub finem, quos Theologorum Scholastico-rum Patriarchas recte, cum Cl. Gol. vocaveris. III. עשרין. Assaritis. Mor. Nev. p. 33. 37. IV. מועתוללה Muathafalitis, notis inter Muhammedanos sectis, sed Scopus & Methodi ratio intra Palæstinæ cancellos subsistere, hæcque talia ad historias Muhammedicas, quarum prolixa satis jam conscripsimus com-mentaria, rejicere nos jubet.

Monenda etiam plura essent 1. De מינות hæresi in genere, & hæreticis, quòd nec ignorantia eos excusat, nec educatio; Majm. Mor. Nev. 54. Quòd ἀδέοις ipsiſis deteriores Id. p. 514. Unde hæreses, ex opinione Judæorum, nascantur, Id. p. 39. 2. De בותח seu Schismatibus tum inter Christianos, tum inter alios notioribus, sed quia illa vel indicasse sufficit; hæc verò nonnisi mutilatis & ex Christianorum historia mutuatis exprimuntur nominibus, diutius istis immorari opera pre-tium vix erit. Speciminis tamen loco subjiciam illud R. Gedul. ex Schallsch. hakk. p. 104.b. וראי בקרוני שנוילדו כתות רבות. בעולם והם ניקולוטי אריאני מניקאי ארמייני ניטטוריאני טבורטני בירינגריאי העניהם דליани שבאלארינס רובים אחרים וספרו לי הבאים מלוחמות פינדרזה שנמצא שם היום יותר מכְבָתָה אמונהות

וזאמונורת ונתונכם יש כת א' שאינו מאמין אלא פשׁת דברי התורה
 כאמונתך צדוק וביתוס ומעבר לנחרי כוֹשׁ במלכות פרטיא יואן יש מי
 שמתג'יר ומקבל האמונה עם האש ויש עם המים: id est, Et vidi
in Chronicis; muleas in mundo pullulasse sectas, Nicolitarum nem-
pe, Arianorum, Manichaeorum, Armenorum, Nestorianorum, Ta-
bortarum, Berengarij, pauperum de Lugduno, qui sunt VValdenses,
pluresq; alias. Reculerunt autem mihi, qui ex bello Flandrico rever-
si sunt, ibi sectas seu religiones plures 22. reperiri: inter quas & una-
fertur, quæ non nisi legem scriptam (reformatos sine dubio in-
telligit, ut colligere potes ex ijs, quæ supra monuimus sect. 5.
n.9. quibus adde, quod, quantum a viro docto audire me me-
mini, reformati tempore persecutionis Albanæ lectores, die
Laser vulgo dicerentur) recipiat, secundum dogma Zadoki &
Baithosi (vide suprà sect. 5.n.5.p.5.) Sunt trans fluvios Aethio-
pæ in regno Prestegan (sic vox Persica, פרשׁתבָּאן legatum signi-
ficans, scribi debet, non Pretejan, aut Presterjan: consulen-
dus Scaliger de emendat. temp. Cosmo. Munst. p. 1412. Ludo-
vic. de Dieu Grammat. Pers. p. 43.) qui profelyti sunt, fidemque:
(Christianam) recipiunt per ignem, sunt qui per
aquam.



ARGUMENTUM CAP. II.

De Theologia; Theologis; Verbo Dei ἀγέλφῳ וְלִבְגָּדָף;
Variis Bibliorum exemplaribus; Scripturæ acci-
dentib; partibus; sensu et com-
mentariis.

חכמת האלהיות 1. Sect. I. de Theologia, quæ Hebreis dicitur
 Sapientia divina. 2. תורת היריעת התורהית. 3. scientia legalis.
 Institutio divina; studium Theologicum.
 Theologus, qui vel A. Biblicus, textualis. Vel
 B. Practicus, concionator, alias Vel C. דרשן רשות רשות תורה analyticus. Vel D. בפראט Exegeticus, commentator. Vel E. סופר Criticus. Speculum legis, id est, vir præclarus. Studiosus Theologiae; בר אורין Idem. Partes Theologiae duæ sunt, A. Opus creationis; Physica;
 B. opus quadrigæ; Metaphysica. Sect. II. De verbo Dei וְלִבְגָּדָף, quod Hebreus dicitur קבלה Traditio. Quæstio: Unde & quando initium scribendi factum, & an ante Mosen quicquam literarum monumentis fuerit traditum? Sect. III. De verbo Dei וְלִבְגָּדָף, cui nomina tribuuntur alia A. ab ipso Spiritu Sancto. 1. Lectura. 2. Lex, institutio. 3. מכתב, כתוב. Scriptura: alia B. à Rabbinis מקדשיה. 1. Sanctuarium Domini. 2. Hæc Scriptura. 3. בתבי הקורש. Scripturæ sanctitatis. 4. Libri sanctitatis. 5. פסוק. 6. פausa. 7. Volumen. 8. עשרים וארבעה Viginti quatuor. 9. מגלה. Sponsa. Sect. IV. De antiquissimis Bibliorum Hebraicorum exemplaribus. 1. Codex Hilleianus. 2. ספר היליאן. Liber celebris in Aegypto. 3. ספרי בבל. ספרי ירושלים. 4. Libri Babylonij. 5. Exemplar Sinai. 6. Pentateuch. Ierichuntinus. 7. Hierosolymitanus. 8. אספסטמיא. 9. Codex Hispanicus. 9. Exemplar Samaritanum. נוסח שומרוני. Quæ-

Quæstio I. *A quo, quā ve ratione libri V. T. in unum collecti codicem?* **Quæstio II.** *Quid de exemplari authentico Esræ factum sit, num & illud hodie inter Judeos supersticatur?* **Quæst. III.** *Quum Prophetarum & virorum Synedrij magni authographa perierint, unde de nostrorum Codicum fide Ecclesiæ constet?* **Quæstio IV.** *Nonne injuriâ temporis, Judæorūmque malitiâ, sic moderni codices sint corrupti, ut pro judicibus Controversiarum vix amplius possint haberi?* **SECTIO V.** *De Scripturæ partibus, sectionibus, distinctionibus, quarum aliæ sunt majores פְּרָשָׁה section Legis; & הַפְּתֻרָה section Prophetica: aliæ minores. סִימָן, פְּרָקָט Caput, פְּסָוֶם Versiculus. נְפָאָה Pausa, cessatio, spatium vacuum. הַפְּסָקָה Distinctio per accentus. תְּطֵש Linea.* **SECTIO VI.** *De aliis Scripturæ accidentibus. פְּנִים Textus libri: שְׂתַת הַפְּקָרָא stylus Scripturæ: מִזְקָד וּמִזְאָחָר Scriptura inversa, transposita.* **Prius & posterius, יְשֵׁבוֹת וְשָׁוֹתָבָה** *הַכְּרָעָה Præponderatio, locorum evanipoθew conciliatio.* **SECTIO VII.** *De vario Scripturæ sensu, explicatione & applicatione. שְׂשָׁת פְּשָׁת sensus Scripturæ simplex, literalis. פִּירּוֹש Explicatio Scripturæ literalis, Grammatica: מִרְשָׁת דָּרָש Scripturæ explicatio allegorica. אֲגָדָה Narratio: discursus de loco Scripturæ historicus. הַעֲרָה וְשָׁדְסִיא nude ex textu collecta.* **Quæstio.** *An Commentaria Rabbinica Theologo Christiano usui esse possint, & quomodo?*

SECTIO I.

De
THEOLOGIA IN GE-
 nere & ejus speciebus.

Theologia Hebraicè appellatur

I.

חכמת האלוהות *Sapientia divina*; seu חכמת האלוהות *sapientia de divinitate*. *Buxr. Lex. Tal. p. 752.* Est enim ea deum vera sapientia, qua cum conjuncta est solida salutarisque unius Dei in Christo notitia, quæ prima & præcipua pars est Theologias sacræ; juxta illud *Jerem. 9.v.24.* Et *Deut. 4.v.6.* Confer Notas *Lirani* & *Varabli* in hunc locum. *Joh. 17.v.3.*

II.

הידיעה התורנית *Scientia legalis*, id est, Legis, totiusque adeò Scripturæ peritia, Synecdoch. *Buxr. Lex. Tal. p. 984.*

III.

תורה האלוהית *Doctrina*, vel *institutio divina*, quæ videlicet Deum Authorem habet. Patet ergo hinc, in definitione Theologias, Judæos, generis loco, indifferenter usurpare modò nomen *sapientia*; modò *scientie*; modò *doctrinae*, quod tamen postremum, ut significatum habet latiorem, ita naturam Theologias efficacius, quam priora duo, exprimit. Consule Theolog. Didact. Cl. *Alting. p. 2.*

IV.

תלמוד תורה *Doctrina* vel *studium Legis*, id est, Theologicum, de quo multiplex commendatio in libr. *Musar c. 10.toto.* Vide etiam Lex. Tal. *Buxr. p. 983. & Pir. Abb. c. 6.S.* ubi de requisitis veri studiosi Theologæ prolixè agitur.

Sequentes autem de studio Theologico, ex Hebraeorum scriptis oratos observa Canones.

I. Ad accuratam Theologię notitiam requiri dona quoque naturalia, etatem, *ינטוףולאַת*, ingenium, memoriam & judicium. Unde illud באָשֶׁר אֵין גּוֹף הַקְּשָׁנִים יְכֹל לְסֹבֵל הַמְּאַכְּל הַזּוֹק. Unde illud id est, *Quemadmodum corpus parvorum cibum solidum, carnem nempe & panem sustinere non potest, sic, cui intellectus (ingenium) deest, Theologiam non assequetur.* Nizzach.p.6.

II. Studium Theologicum difficile, ac proinde in ejus sanctuarium prius nulli penetrandum, quām & disciplinarum & artium propaideuticarum carceribus vel planè sit dimissus, vel aliquos in ijs fecerit progressus, Majm. More Nev. Par. I.c. 33. 34. Et P. III. c. 5 I.p. 515.

III. Theologiam acquisitam non artificialem tantum esse, longo usu & lectione comparatam, sed & naturalem, cum primis ex operum Dei attenta consideratione acceptam. Nizzach.p. 50. 51. ita tamen, ut ex solo libro naturę, salutaris Dei cognitio hauriri nulla possit Chin. p. 9. f.b.

IV. Theologiam symbolicam non esse argumentativam. Majm. More Nev. Par. I.c. 28. p. 34.

V. In solida & exacta studij Theologici theoria non primum quidem situm, juxta illud: לא עַם הָאָרֶץ חֲסִיד כִּי לֹא יִתְכַּן: id est, Idiot a non potest vocari eò quod praxis sine theoria non recte se habet. Lipm. num. 123. Confer simil. Majm. Mor. Nev. p. 514. Interim tamen, ejus apicem non in nuda theoria, sed praxi consistere, juxta illud Majm. Tal. Tor. תַּלְמוֹד תּוֹרָה מִבֵּיא לִידֵי מִשְׁעָה לְפִיכָּךְ הַתְּלִמּוֹד קָרוּם לְמִשְׁעָה. c. 3. id est, Studium Legis sine Theologia, deducit ad opus (ex studio Legis theoretico, sequi debet practicum) præcedit enim theoria praxin ubique. Unde & illud R. Sim. c. 2. Pir. Abh. לא מְרֻשָּׁה הוּא עִקָּר אֶלָּא הַמִּשְׁעָה Non sermo fundamentum est, sed factum.

Vir Dei: Θεοπέτης 2. Pet. 1. 21. Nomen est, quem

quod aliás in V. T. *Deut. 33. 1. Sam. 2. 27. c. 9. 6. 1. Reg. 13. 1.* *Prophetus* ferè tribuebatur; nunc verò commodè ad quoslibet referri potest *Theologos*, prout *Socrat. præf. lib. 6. hist. Eccl. Theodorum* appellat Ἱερών. Θεοφάνειαν: Rabbini tamen usitatiū Theologum, eodem sensu, אִישׁ הָאֱלֹהִים virum diuinum; Item חַבֵּס הַאמֶת אִישׁ תּוֹרָהvirum legalem, i.e. legis periculum; & חַבֵּס הַמְּדֻמָּה sapientem veritatis nuncupant.

קרוף *Textualis, Theologus*; aliás vocatur בָּעֵל פְּסָוק *Expeditus, versatissimus in textu Biblico*, qui promte novit textu Biblico uti, vel in loquendo, vel in scribendo. *Buxr. Lex. Tal. p. 1775.* Commendatur hoc nomine R. quidam Elieser Kalir, ex terra Israëlis oriundus, ex Kiriath Sepher, de quo illud: קָרוּי (sic mendosissimus locus castigatus à Cl. *Buxr. Lex. Tal. p. 2124.*) תְּנִי קָרוּבָן דָרְשָׁן פִּיטָן *Biblicus, Mischnicus, Kerubaz* (id est; felix artifex sive rythmorum Judaicorum) *concionator* & *Poëta*.

בָּעֵל הַפְּרָשָׁן *Concionator; Theologus Practicus Eli. Tisb.* דָרְשָׁן נִקְרָא *Author expositionum vocatur Concionator, cuiusmodi fuit quidam* (de quo Schal. hakk. p. 416.) *R. Moses. Ita enim appellatur Dominus meus Nozeræus* (Christianus) *Paulus Fagius, Ecclesiastes Isenacensis. Luculentius Eliæ testimoniū de Pauli Fagii eloquentia & in concionando servotinū habes præfat. in librum cit. Aliás Nicol. Full. Miscell. sac lib. III. c. 7. vocem דָרְשָׁן respondere purat voci συζητητὴς I. Cor. I. v. 20. quo Doctor subtilis, mysticus, anagogicus innuatur: id quod eatenus verum est, quatenus מַרְדֵשׁ allegoriam significat.*

Aliás dicitur

דָרְשָׁן *Concionator Biblicus; Buxtorf. Lex. Tal. p. 583.* qui versus Biblicos explicat. Quamvis alij malint voce hac exprimi Maloretham.

חַפּוֹק תְּמֻנָּו τὸν λόγον vel, ut loquitur Apostolus, ὁ ὄπερομῶν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. De hac synonymia sic loquitur Nicol. Full. Misc. lib. 3. c. 16. p. 370. Quod si verisimilius videbitur, *Apostolum*, ursopote *Hebraum*, ex *Hebrais*, *Hebraico* more locutum, & ad sectionem quandam allusisse, in lege solennem, *Timotheo* notam, despiciendum annon alia notior fuerit *Timotheo*, quam illa carnium sectio seu laniena, in Templo tantum Hierosolymitano spectandam, eamque potius respxerit *Apostolus*. Rem paucis expediam. Familiare est *Chaldaic*, *Syriac* & *Judeic* verbum פָּסָקָה: quod τέμνειν ή κόπτειν scindere vel secare significat. In de versus Bibliorum, qui quasi particulae sunt, in quas semper secta fuit Scriptura Santa, nomen acceperunt, ut פָּסָקִים vocarentur, hoc est, טָמֵנָה vel נָמֵנָה, segmenta vel particulae. Nihil hoc notius *Timotheo*, *Sacras Literas* à pueritia edocto. Hisce autem versibus (פָּסָקִים) hoc est, universe legis ac Prophetarum doctrinæ, vel verbo *Dei scripto*, qui operam dabant, חַפּוֹקִים בְּתֹרֶה, οἱ τέμνοντες τὸν ρόμον, qui legem secabant, appellati sunt, id est, qui in lege tractanda occupati erant, versari, vel exercitati. Nam Rabbi Moses Maimonides פָּסָקִים atque הַעֲסִיקִים in lege, tanquam synonyma usurpat. Eleganter itaque Paulus & gentis sua idiotismo congruenter, præcipie, imprimis studendum *Timotheo*, ut (פָּסָקָה τεμνεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας (secans seu tractans sermonem veritatis) ὁ ὄπερομῶν recta ratione trahens) id præstet. Eruditè profectò & eleganter. Velle tamen exemplis illustrâset, vocem פָּסָק usum hunc habere apud Scriptores antiquos Hebræos. Potius פָּסָע & פָּסָק contraria sunt Rabbinis, quam ισοδωματικά. Unde illud מְבָרֵר חַרְבָּה וּוּסָק ברבורי שיחות כָּל הַפּוֹקָד מְבָרֵר, id est, *Quicunq; cessat à verbis legis*, & occupat se in verbis loquacitatis, cibant eum prunis juniperorum.

מְפָרֵשׂ Interpres: Exegetes Duplici sensu hæc vox sumitur. Primo idem est quod רְשָׁעֵן concionator, qui verbum Dei explicat, & exponit. Talem *Talmudici* in V. I. fuisse volunt labbezum, de quo

quo i. *Paral.* 4. 9. 10. Unde sic dictum volunt שׁׁעַן וּרְבָּן תּוֹרָה בַּיִשְׂרָאֵל quod consuluerit & publicè docuerit legem in Israël. *Buxt.* Lex. *Tal.* p. 965. Secundò מִפְרַשִּׁים sunt Theologi Exegetici, commentatores, qui Sacram Scripturam commentariis illustrant. Tales inter Judæos celeberrimi sunt R. D. Kimchi: R. Aben Esra: R. Salom. qui, quod in universam Scripturam commentatus sit פְּרִשְׁנָתָתָה Legis Interpres, κατ' ἑξοχὴν dicitur: R. Levi Ben Gerson, & alij, de quibus prolixè satis Schikh. Bech. *happ.* p. 170. & deinceps. *Cl. Buxt. Bibl. Rabb.* hinc inde præf. p. 293. Quām verò in commentando Judæi diversa utantur Methodo, ex Aben Esra præfat, in universam Scripturam colligi potest. Vide etiam Bechin. *happer. Schikh.* p. 143. & deinceps. Agit autem Aben Esra de quinque potissimum modis, quibus interpres legem explicant. Quorum primus est eorum, qui cælum terræ miscent, nullumque commentandi modum faciunt. Tales sunt Judæi orientales in regno Turciae. Sit R. quidam Isak duos magnos commentariorum libros scripsit in Genes. c. 1. Huc etiam refert R. Saadiam & R. Samuel ben Hophni. Secundus eorum, qui literatū insistentes, omne genus commentandi respuunt, quæ quidem Sadducæorum consuetudo est. Tertius illorum, qui omnia in Allegorias transformant, literali sensu posthabito: atque horum etiam commentandi rationem Aben Esra meritò aversatur. Quartus eorum, qui homiliae Allegoricas sequuntur, ex apicibus & literis in numeros resolutis aut transpositis arcanos sensus elicunt, quæ commentandi consuetudo est Judæorum in terris Græcorum & Edomitorum degentium. Quintus eorum, qui sensum literalem, genuinum & Grammaticum sequuntur, quod genus interpretandi optimum est: quod se fecuturum promittit, & reliquos modos refutat & rejicit. Audire placet paulò aliter & magis explicatè loquenter Cameronem p. 163. Dicunt quatuor esse genera interpretandi, quibus utuntur מִפְרַשִּׁים Interpretes, nempe primum דָּרֶךְ הַפְּשָׁת jive sensum literalem, secundum דָּרֶךְ מְרַשֵּׁת i. e. sensum inquisitorum, qui sensus est, quem Latini Theologi allegoriam vocant.

tant. Tertium sensum intelligentiae דרך השכל id est, spiritualem, cum eruant non tam allegoricum sensum, sed latentem & abditum. Eius locutionis extat exemplum Apocal. 13. 18. & 17. 9. hic est intelligentia, hoc est, sunt ista interpretanda על דרך השכל ו. Nam, ut monuimus alibi, non abhorret Spiritus Sanctus in Scriptura à locutionibus usitatis in Ecclesia. Quartum דרך הקבלה cum ex literis dictiōnum colligunt, quis sit scripture sensus.

Scriba. Nota I. Varium hujus nominis esse usum in historia Judaica, sacra & profana. Primo enim, ut de significatione aliquid agamus, סופר significat Theologum Critum, qui Sacram Scripturam criticè tractat. Talis fuit Esra, qui luxatos Bibliorum codices החריר לישנה pristino nitorire restituit, depravatos castigavit. Vide inf. S. 4. Q. 1. & com. Bux. Masor. p. 40. Tales Ben. Ascher & Ben Nephthali. Bux. de orig. punct. p. 263. Tales Masorethæ omnes. Secundò סופרים erant Professores & Doctores publici, quorum erat Scripturas meditari, expōnere, vindicare à corruptelis, illas prælegere in Templis & in Synagogis, & interpretationem obscurorum, ubi opus, adjicere, populum instituere, dubia ex Mose & Prophetis objecta solvere, perplexas quæstiones emendare. Spanh. dub. Evang. Part III. p. 396. Casaub. cont. Baron. p. 5. Scribæ apud Judæos iidem fuerunt, qui apud Pontificios Canonistæ; iidem Pharisei, qui apud eos Scolastici, inquit Rain. cont. Hart. p. 175. Tertiò מלמד תינוקות Praceptor puerorum. Bux. Lex. Tal. p. 1534. Sed & Politicas dignitatis apud Hebreos nomen erat, significans Scribam, vel superiorem seu regium, penes quem erant instrumenta publica & annalium, temporum, gestorum, censuum, reddituum aliorūque id genus publica fides: vel inferiorem & plebeium, qui actuarius erat & notarius communis, à quo acta privata conscribebantur.

II. Scribas & legisperitos vel eosdem esse: Unde etiam nomina.

mina hæc duo in N. T. promiscuè sumuntur *Matth. 22.35.3*
Marc. 12.v.28. Et in *vers. Arabica* qui *Luc. 11.v.45.* *רְאִמְנוֹתָיו*
אלְנַאֲמַטּוֹתָיו, inox v.46. *Cribæ* dicuntur: *vel*, si differant,
χαρμοτές in Theoria magis, examinandis & in usum populi,
literas scribere nescii, describendis aut corrigendis Bibliorum
codicibus: *Nomina* & verò in praxi & quæstionibus practicis oc-
cupatos fuisse. Illis *Academiam*, his *Ecclesiasticam* deinanda-
tam esse functionem. Vide *Dub. Frid. Spanh. Par. III. p.400.*
& *deinceps*; ubi operosè & eruditè hac de re differitur, cui
tamen contrariatur *Joh. Camer. oper. p.178.*

III. Malè à quibusdam *Scribarum Ecclesiasticon*rum, de
quibus hac sectione nobis sermo est, institutum pro *secta* ha-
beri. *Casaub. p.57. cont. Baron.* Non enim *sectæ*, quod etiam
voluit *Elmacinus p.164.* sed muneris nomen est, *Drus. de trib. Sect. p.49.* *Spanhem. lib. cit. p.404.* Nomen videtur fuisse mu-
neris, non *sectæ* inquit *Camer. oper. p.177.* Unde vel Phari-
sæorum vel Sadducæorum, vel Essenorum ijs sequi licuit pla-
cita.

IV. De origine *Scribarum* horum diversas authorum es-
se sententias; *Alij* à promulgatione legis arcessunt, qua tra-
dita, *Scribis* opus fuerit, eandē & describentibus & *prælegentibus* & interpretantibus. *Alij* ad tempora Davidis, argumen-
to loci 1. *Paral. 23. & 24.* *Alij* ad Josaphatum descendunt, qui
Sacerdotes & *Levitas* ad docendum populum misisse legitur
2. *Paral. 17.7.8.9.* *Alij*, secuti *Hieronymum*, *Scribarum Patri-*
archas Hillelem & Schammai iactant. Nobis illorum veris-
milima videtur sententia, qui ab Esra (qui non tantùm
 Scriba sed cum *כְּתָבָר* מִהְרֵךְ *Scriba velox*, id est, ut in A-
pocrypho lib. *Esra* habetur, *אָזֶג וְשָׁנֶה* τε *vōus* appellatur) hu-
jus muneris ortum deducunt.

V. *Scribas* non tantùm, ut *Rabbini* quidam R. *Sol. Paraph.*
Chal. Genes. 49.v.3. nugantur, ex tribu *Simeonis*, sed ex quali-
bet fuisse oriundos. *Drus. de trib. Sect. p.85.*

¶ VI. Magnam eorum fuisse authoritatem, imò etiam aliquam potestatem judiciariam: vide *Matth. 20.18.*

¶ VII. Scribas dispersos fuisse per totam Iudæam, in omnibus saltem locis, ubi erant Synagogæ. Liquet hoc ex *Matth. 15.v.1.* ubi dicuntur accessisse οἱ ἀπόστολοι μαθηταῖς. Vide & *Marc. 3.22.*

נְאָזְנָה קָלָרִיָּה Specularium, speculum legis, id est, eximius legis doctor. *Buxt. Lex. Tal. p. 170. Drus. præt. p. 9.* Atque ex hoc idiotismo τως appellantur Apostoli, *Matth. 5.14.* Nomen hoc Iudæi excellentiori quodam modo indebant cuivis Reatoris Scholæ, seu Academiacæ, item R. Meir, *Drus. loc. cit.*

תַּלְמִיד חֲרוּבָה Discipulus legis, id est, Studiosus Theologæ. Frequenter ad finem literarum, hoc modo compendiosè scriptum תַּלְמִיד, occurrit. Sic apud priscos Hebraeos se quidam vocârunt, quod magis pium & honorificum censerent, vocari discipulum legis seu verbi divini, quam חַכְמִי sapientum, qui etiam traditionibus & legi non scriptæ innitebantur. *Buxt. abbrev. p. 216.* Exemplum studiosi Theologæ Judaicæ singulare habuimus in Hillele, de quo supra c. i. S. 5. confer *Haksp. p. 438.*

בֶּן אַוְרֵן Bar urjan: duæ sunt voces Chaldaicæ, Hebraicè in Gloss. Talmud. **בֶּן חֶרְוָה** filius legis, vertuntur. Est autem filius legis, Studiosus Theologæ, studio legis divinæ deditissimus *Buxt. abbrev. p. 43..* Observa hic: vocem אַוְרֵן deductam ab אֹורְתָּה lux, juxta elegantissimam illam Sp. S. paranomosiam *Lex lux. Proverb 6.23..*

Partes Theologæ sunt duæ:

I. Dicitur:

מַעֲשָׂה בֶּרֶאשִׁירָה Opus ab initio, id est, creationis. Sæpe enim vox plam denotari creationem, ex Hebraeorum monumentis probat *Buxt. Lex. Tal. p. 2170.* Appellatur autem sic, pars.

pars Theologiarum Iudaicarum prior, continens examen rerum Physicarum, de quibus Majm. Hil. Jes. Torah c. 3. & 4. Unde *Physicam* vocat Cl. Buxtorfius Abbrev. Heb. p. 133. Et *Spanhem*. Dub. Evang. Par. II. p. 2. 9. Majmonid. vero *Theologiam naturalem*, More Nev. præfat. lib. III. de qua idem tradit, quod sensum ejus penitorem nemo facile assequi possit, nempe propter mysteria, quæ inde, ac in spacio, multi exsculpunt: unde etiam ad interiora ejus adyta non nisi probatis accessum concedunt. Vide *Jesud. Torah Majm.* c. 3. & 4.

II. Appellatur

מעשה מרכבה *Opus currus*, seu, *quadrigæ*. Titulus desumptus ex *Ezechiele*, ubi cum primis visio illa quatuor animalium, quadrigæ similis, à v. 1. c. 1. ad v. 27. aut præter propter, Vorst. ad Fundam. Majm. p. 23. exhibita, *opus meum dñe est*: Unde factum, ut in Scholis Judæorum, per Maaséh Mercaváh intelligant *Theologiam* illam *abstrusorem*, priori oppositam, id est, *hyperphysiam*, seu *Metaphysicam*, cuius objectum sunt Deus & Angelii. Majm. Hil. Jes. Torah. c. 1. & 2. præsertim sect. 16. c. 2. Atque hic Majm. de utraque hac Theologiarum parte omnium fusilima scripsit commentaria, ut ipse fatetur Præf. par. II. *More Nev.* Sola enim tractatio ista utramque ferè paginam facit ingeniosissimi & ad Cleanthis lucernam elaborati ejus scripti, *Indicus perplexorum, vulgo More Nevochim.*

Observa autem I. iudæos in tradendis & illius & hujus, naturalis & supernaturalis, Theologiarum fundamentis, parcus semper fuisse & tenaces; cautos cum primis in exponendis mysterijs operis currus seu Metaphysicæ, juxta illud: **ענין מעשה מרכבה אפיקלו** לחדר אין דורשים לו אַבְהָיו חכם ומכין מדרתו גותני לו ראש הפרקם ענין מעשה בראשית מלמדין אותו ליחיד אַפֵּךְ שאינו מכין אותו מדרתו ומוריעם אותו כל מה שיכל לידע מדברים אלו id est, *Negotium operis quadrigæ nulli exponunt nisi sapienti, & qui scientiam suam illud valeat assequi: atque tali tradunt præcipua-*

capita. Opus verò creationis docent aliquem singularem, si vel maximè scientia sua non asequatur; taliq insinuant tantum, quantum ex istis rebus capere potest: Majm. Hil. Jes. Tor. c.4. S. 17. Atque hac ipsa de causa minorennes, judicij maturitate destitutos, non à studio tantum Metaphysicæ, sive Theologiæ hujus intricioris, sed etiam ab ipsa Prophetæ Ezechielis lectione arcent, ex parte saltem, Cun.de Rep. Heb. 149. Cujus consuetudinis Judaicæ mentionem reperias in scriptoribus quoque Ecclesiasticis Origen. Homil. 4. in Cant. Hieron. Præfat. ad Ezech. Nazianz. in Apolog. Vide Vorst. ad Fundam. Leg. Majm. p. 24. 25. Schikhard. bechin happen. p. 88. Nizz. p. 78. 79. Buxr. Abbrev. Heb. p. 133. Turpiter verò ex Pontificijs se fallunt illi, (vide Peref. de Tradit. Apostol. par. 2. p. 24.) qui hac Judæorum consuetudine abutuntur, ejusque prætextu laicis lectionem Sacrae Scripturæ eripere conantur. Neque enim à Judæis, Lectioni Scripturæ & publicæ, & privatæ addictissimis, venia legendi Sacras Literas hoc decreto peremptoriè abjudicatur; sed certa duntaxat, cum fructu in Scriptura versandi, Methodus præscribitur, capiūque legentium consulitur. Idem fieri à Theologis Reformatis, non obscurum est ijs, qui eorum consilia de rectè instituendo studio Theologico edita, examinârunt.

אַתְּ־עֲקָרִים Articuli propriè radices: sic vulgò appellantur articuli Judaismi, seu Judaicæ religionis xiii. Aliás dicuntur שָׁרוֹת & יְסוּדָה, de quarum vocum differentia, & usu in rebus Theologicis vide Is. Abrav. de cap. Fid. c. 6. suntque sequentes. 1. *Esse Deum, perfectissimam ejus esse essentiam, eumque omnium, quæ sunt, causam esse.* 2. *Unum illum esse. Non tamen ut genus, neque ut species, neque ut species specialissima, neque ut corpus in infinitas partes divisibile: sed ita ut omnem multitudinem & compositionem excludat.* 3. *Eundem esse incorporeum & nullis corporē accidentibus obnoxium.* 4. *Esse omnium primum.*

5. *Eius*

5. Eum dignum cultu, honore atque obseruantia esse. 6. Esse prophetiam. 7. Mosen Prophetarum patrem esse. 8. Legem esse à cœlo, & totam & omnes ejus partes, ita ut nihil in illa sit non divinum. 9. Ejus explicationem (ρηγη) esse à Deo, ita ut nihil addi demissum possit. 10. Deum omnia facta hominum nōesse, atque omnia gubernare. 11. Eum præmia pœnásque tributurum rectè aut secus factorum. 12. Venturum Messiam. Ideo eum expectandum, sed tempus adventus ejus non esse indagandum. 13. Revicturos mortuos. Observa autem.

I. Primum articulos hos in ordinem redigisse R. Majemonidem Comment. suo super tract. Sanhed. (quem Arabicè composuit) cap. Chelek. Vide Isac. Abrav. de cap. Fid. c. 1. ubi non tantum ἀπολέξει tredecim isti articuli recensentur, sed & explicantur, & à varijs objectionibus per totum librum vindicantur. Brevius exhibentur in Synag. Judaica Buxt. c. 1. Men. ben Israel Probl. de Creat. prob. 1. Hieron. de sancta Fide præfat. lib. cont. Iud. Catalogum etiam שָׁרֵשׁ אַמְנוֹנָה articulorum fidei, pertexuit R. Judah lib. Cof. p. 46. & R. Chasdai apud Abrav. c. 2. qui aliam planè capita fidei Iudaicæ numerandi init rationem. R. Joseph Albo, de quo Buxt. Bibl. Rabb. p. 395. Vide & not. Fag. ad Deut. 14. v. 1.

II. Hos articulos non eodem à Iudeis haberi loco, sed alios magis, alios minus censi fundamentalis. Vide Is. Abrav. lib. cit. c. 6. p. m. 21. Men. ben Israel probl. 1. & 2. de Creat.

III. Symbolum esse hoc Iudaicum, Symbolo Apostolico ἀντίστροφός oppositum Buxt. Synag. Iud. c. 1. juxta ilud R. Abrav. c. 6. p. 22. ex versione Vorstij. Præterea videbus, istos articulos & fundamenta, quæ recenset Rab, non tantum esse articulos & fundamenta legis; sed intendit ijs Rab, quod sint articulos Iudaismi; ut qui credat ijs, sit in communione Iudaicis, siquidem de eis ait Mischna: Omnis Iudaicus habet partem in futuro seculo, ac si ipse dixisset: Isti articuli sunt fundamenta, quibus superstrata & imposita est hereditas fut. secul. spiritualis, uniuscujusque,

qui

qui vocatur nomine Israëlis : & credimus illud, quod etiam si quis commiserit multa peccata, & propter rebellionem suam sit pœnam accepturus, nihilominus habiturus sit partem in fut. sec. atque extra hanc fidem & articulos nullus homo poterit hæreditare fut. sec. Vide verba Rab, quæ scribit sub finem articulorum his verbis : Et postquam homo ex animo crediderit omnibus istis articulis, tum aggregatus est Ecclesiae Israëlis ; & oportet istum amore prosequi, ac misericordia erga illum uti, atque cum eo agere omne istud, quod unicuique Deus præcepit præstare proximo suo amicè atque fraterne. Ac licet quis perpetraverit omnia peccata mundi per concupiscentiam, appetitum & naturæ sua prævalentes defectus, manebit eum pœna juxta peccatum suum, nihilominus tamen habebit partem in futuro seculo. Atque est ex prævaricatoribus Israëlis, qui non credit cuiilibet istorum articulorum, prout & quum est, & jam exclusus est communione Israëlis, atque negat radicem, & vocatur hæreticus aut epicureus atque excisor plantarum ; ac tenetur homo ejusmodi odio prosequi, ac abominari atque perdere istum. Et juxta hoc dicitur : Nonne osores tuos odi Domine ? Hactenus verba ejus. En aperit hic Rab, se non constituisse fundamenta & radices istas, ac si lex casura sit uno illorum versio ; sed intentionem ejus esse exponere illud Mischnæ, cum ait. Omnes Israelite habebunt partem in futuro seculo : atque dare signum ac definitionem, unde intelligeremus & cognosceremus, quis nam sit vel non sit appellandus nomine Israëlis, ac justificatus cum fide sua vivet ; & eò respexit Misna, atque ait Rab, quod, cum quis credit 13. istos articulos, quos recensuerat, vocandus sit Israëlite, ac futurus filius futuri seculi, & licet aliquid aliud è cosa lege non intelligat, tamen sufficere ipsi, ut fide apprehendat spiritualem perfectionem istorum articulorum. Idcirco etiam quilibet Israëlite ac proselytus inter illum, qui venit ut recipiat sub aliis divinitatis, ubi dixerit : Doce me legem, ut familius futuri seculi, tantum opus habet, ut addiscat 13. istos articulos, & propter istos merces ejus cum ipso erit, atq. extra illos non appellandus est nomine Israëlis, neq; commerebitur vitam futuri seculi.

סְתִרֵי תּוֹרָה Arcana legis. Crebrò horum mentio in scriptis Talmudicis. Intelligunt abstrusiora fidei capita, quæ cuivis committere tutum non sit. Voces sunt superioribus synonymæ. Unde Majm. More Nev. par. I. c. 34. ex scriptis Rabb. Non tradunt secreta legis nisi יְזַעַן לְכָבֵד חֲרֵשׁ sapienti articulatum וּנְבוּן לְחַשֵּׁב perito eloquentia. Vide & p. 43. & cum primis p. 330. Sic Seph. Nizz. p. 78. Scopus veterum Judæorū fuit, hoc diēto proterva & procacia ingenia à profana & periculosa mysteriorum divinorum indagine coercere, non autem à solida Religionis, & præcipuorum ejus capitum notitia deterrere. Doctissimè hoc Majm. More Nev. par. I. p. 41. probat. Quod si verò quis, prætextu hujus cautelæ, omnem cognoscendæ veritatis curam abjecit, & ea etiam, sine quibus Judæi nomen sustinere non posset, utpote captum suum superantia, nihil ad se pertinere autemavit, objectum ei fuit illud שאין זה התנצלות במצוות אלהינו באחבותנו וביראותנו אלא התרשלות Non esse hanc excusationem, sed neglegitum præcepti Dei nostri de Deo amando & timendo. Sunt ergò hac quoque in parte Judæi Christianis illis prudentiores, qui vel effrenem licentiam, de judicandis fidei articulis difficilioribus, imperitissimis quibuslibet indulgent, vel nudum tantum in Religione assensum à suis exigunt.

SECTIO II.

VERBO DEI

אֶלְגָּאָפָּה.

Verbum Dei אֶלְגָּאָפָּה Hebreis dicitur

קַבָּלָה *Doctrina à majoribus accepta, & quidem אֶלְגָּאָפָּה. Dicitur etiam Caballa divina vel legalis. Hoc πασιλείας τρέψω Deus usus fuit in V. T. ab initio mundi ad legislationem per annos 2453. Unde & Patriarchas ante-diluviani, ut plurimum, singulari quodam privilegio, vitam duxerunt solito longiorem, quo sic Ecclesiae præcessent, verbū inque Dei voce viva ad posteros propagarent. R. Gedal. Schal. hakkabb. וְגַם אֵין סִפְקָה שֶׁבְדַּרְךָ טָבָע: Hac de re non inepte differit: בְּלָא אֲבֹות מַבְקָשִׁים שִׁישְׁלָמוּ בְּנֵיהֶם כְּמַוְתָּם וּזְוֹת כְּפִי האפשרות כִּי האב והاملמד אינם מקנאים בְּנֵינוּ וְתַלְמִידיו אָם כְּנַן אָדָם מס' כָּל חִכְמָתוֹ אֶל שְׁתַּי בְּנֵנוֹ הַנּוֹלֵד לוֹ בְּצַלְמוֹ בְּרוּמָתוֹ וּמְהַם נִשְׁתַּלְשֵׁל לְנָה: וְאַבְרָהָם וְדוֹרּוֹתֵיהֶם וּכוּ עַד מַתָּן תּוֹרָה שָׂאוּ הִוְתָּמֵן בְּנֵלוּי אֶל מַרְעָה וְלִכְלָי יִשְׂרָאֵל וּמַהְמָּה נִשְׁתַּלְשֵׁלָה אֶל דָּרָר וְרוֹר עַד הַיּוֹם הַזֶּה וְלֹכַן הַשְׁתְּדִילָה תּוֹרָה לְהֹכֵר בְּשַׁלְשָׁלה וְאֵת הקבלה הַזֹּאת רְאוּיָה לְהַזְכִּיר בְּאָמָרָת בְּכָל דָּרָר וְרוֹר בְּאָפָן שָׁאֵי אָפָשָׁר לְהַכְּחִישָׁה כָּל כֵּי הָאָב מוֹרֵשׁ לְבָנָיו האמָר בְּכָל עַנִּין וּבְפֶרֶט בְּרֻכּוֹת הרוחניות וְהַנֶּפֶשׁ יִסְמְךָ: Id est: Neq, verò dubium est, quin, duc tu natura, omnibus parentibus cura sit perficere liberos suos, sibi que similes, aut, si fieri posset, reddere superiores: quoniam pater et præceptor cum filio et discipulo suo non emulatur. Id cum ita sit, tradidit Adam omnem sapientiam suam Setho, filio suo, sibi ad imaginem et similitudinem suam nato: Atque ab his ordine quasi contenato, pervenie ad Noachum, et Abram, et generationes eorum deinceps, ad lationem usque legis, quam tunc Deus Benedictus palam tradidit Moysi doctori nostro, p.m. et soci Israël: atque ab hinc successione*

continua propagata fuit ad hunc usque diem. Atque hinc est, quod legi curæ fuerit commemorare catenam hanc seu seriem traditio-
nis, eorum videlicet, qui digniores visserant, & qui extra omnem
dubij aleam singulis atatibus eam (doctrinam veram & coele-
stem sapientiam) acceperunt, ita ut suppressi prorsus non potuissent;
facit enim pater filium heredem veritatis omnium rerum, spe-
ciatim vero rerum spiritualium & animam concernentium. Vult
nempe, ut clarius postea aperit, seriem Patriarcharum macro-
biorum a Mose pertextam, eos duntaxat continere, penes
quos, tanquam Catechistas, verae doctrinæ sancta & illibata a
corruptelis conservatio ἀγέαφως permaniserit. Confer lib.
Cosri p. 23. b. & *Riv. Cathol. orth.* p. 49. *Chemnit. Exam. Concil.*
Trid. par. I. p. 35. Camer. oper. p. 166. Reformati distinctionem
verbi Dei in ἀγέαφον & ἔγεαφον non rejiciunt, sed eam larga
manu concedunt, dummodo attendatur ad hæc. 1. Verbum
ἔγεαφον & ἀγέαφον non differre realiter, neque distinc-
tionem esse generis in species, sed subjecti in sua accidentia.
2. Hanc distinctionem, non ex tempore præsenti astiman-
dam, ac si nunc aliud Dei verbum esset ἀγέαφον, aliud ἔγεα-
φον; sed ratione præteriti, quod ipsa illa doctrina, quæ Mosis &
Prophetarum nomine in Ecclesia nunc habetur, in prima V.
T. Ecclesiæ infantia & juventute ἀγέαφως fuerit tradita. Vide
Bulling. de verb. Dei script. I. I. c. I. Prob. Theor. Alting. Loc.
2. *probl. 6. & Theol. Did. p. 10.* Desinat igitur *Martinus Pere-
sus* part. 2. de antiquitate tradit. p. 4. non tantum Chrysostomi
& Epiphani, idem plane nobiscum sentientium, nobis oppo-
nere autoritatem; sed & turpem exprobrare veternum: *Quod*
si, inquit, verbo scripto dulces contendere ad versarij sanctorum pa-
tres ista fecisse, ostendat hoc ex ipsis scripturis, qui tam sunt stoma-
chi naufragi, ut nihil nisi verbum scriptum admittant. Sin autem
id nequeunt ostendere, ut nullo pacto valent, desinant per viscera
Jesu Christi usque adeò leviter ratione adducti, interturbare Ecclesiæ
Catholicae ordinem, à Christo & Apostolis institutum, & suscitare

in Ecclesia tam turbulentas tragœdias, in magnum animarum detrimentum. Novimus utique Dei gratiā πολυμερῶς καὶ πολυέργως Deum Ecclesiæ sūx fuisse locutum, initio quidem αἰώνων καὶ ἀγερφῶς, postea vero, & deinceps propter hominum, ad quaslibet κανονομίας pronoruim, audaciam & temeritatem, ἐμμέσως καὶ ἔγερφως. Digna sunt, quæ ad obdurandum θυεῖν adversariorum σόμα adferantur. *Theophylacti* verba: Οἱ μὴ τεὸς τὰ νόμια σκένενται οἱ θεοί, οὐδὲ γεωμετρῶν καὶ βιβλίων ἐδιδάσκουντο, ἀλλὰ παθεῖτε ἔχοντες τινὰ δέρνοιαν τῇ τε παναγίᾳ πνεύματι ἐργάζοντες ἐλλάμψι, καὶ εἴ τοι τὰ τε Θεοῖς ἐγίνωσκον θελήματα, ἀπέ τοι σύμπλεγμα ἀποτελεῖται σόμα. Τοιεῦτοι δέ οἱ Νωεῖ, οἱ Ιωβ, οἱ Αβραὰμ, οἱ Μωυσῆς ἐπειδὴ οὐδὲν ποστοι οἱ θεοφόροι, οἱ ανάξιοι θεοι φωτίζεται καὶ διδάσκεται τὸν τε ἄγιον Πνεύματος, διδάσκεν οἱ φιλανθρωποι Θεοῖς τὰς γερφας, οὐα καὶ δέ τε τοι τοσομινύσιον;) τῷ τε Θεῷ θελημάτων εἴ τοι καὶ οἱ Χειροί, τοιις μὴ Αποστολοῖς ὁμοθεωρόποις ὡμίλησο, καὶ τοὺς τε πνεύματος χάρειν διδάσκαλον ἀποτελεῖται, ἐπειδὴ μηδὲ ταῦτα ἐμελλονται αἱρέσεις ἀναβλαστῆσαι, καὶ τὰ οὐτὸν οὐδὲν διεφθαρτοῦσα, εὐδόκησε γερφωνια τὰ Εὐαγγέλια. Id est, *Si quidem, qui ante legem rixerunt viri divini, absque literis & libris docebantur: sed munda prædicti mente, Sancti Spiritus illuminatione illustrabantur, atq. in hunc modum Deo ipsis ore ad eos colloquente, ejus voluntatem cognoscabant.* Hujusmodi erant Noë, Abraham, Job, Moses. At postquam deteriores facti sunt homines atque indigni, qui illuminarentur, & docerentur a Spiritu Sancto, dedit misericors Deus Scripturas, ut saltem per eas divina voluntatis admonerentur. Sic etiam Christus, Apostolis quidem in propria persona constitutus colloquitus est, misitque Spiritus gratiam magistram. Verum quoniam hereses pullulature erant, & mores nostri corrumpendi, placuit ei, ut scriberentur Evangelia. Hæc init. comment. in Matth. Vide etiam Chrysost. Homil. i. in Matthæum, qui ijsdem ferè utitur verbis.

Quæstio. Unde & quando initium scribendi factum, & an quicquam ante Mosen literarum monumentis fuerit traditum?

Resp.

Reſp. Sunt scriptores, quā Veteres, quā Recentiores, *August.* 1.8. de civ. Dei c. 39. *Keffæus*, scriptor Arabicus, in vitis Patrum p. 41. *Torniellus* in annalib. a.m. 1931. qui non literas & cha- racteres tantum Adamo traditos, sed ab eodem etiam, ejusque posteris, Setho cum primis & filijs ejus, columnis duabus artes & disciplinas, ut ab interitu vindicarentur, inscriptas fuisse, tradunt. *Joseph.* Antiq. lib. 1. c. 4. *Genebr.* Chron. lib. 1. p. 14. ex *Origene.* Sed & Sethiani apud *Epiph.* p. 128. septem ei tribuebant libros.

Enocho constantissima in Oriente fama gemina tribuit scripta, *sacra* & *profana*. Ex *sacris* esse volunt Prophetiam illam, cuius rudera apparent in Epistola *Jude* v. 14. Eiusdem meminit *Augustinus* lib. 14. de civ. Dei c. 23. Et lib. 18. c. 38. Author *Testamenti* duodecim Patriarcharum, quod saepe, præter Origenem, laudat Procopius. *Tertullianus* lib. de *Habitu mulierum*. Vide etiam *Torn.* anno mundi 623. *Sixtum Senensem* Bib. sancti lib. 2. p. 65. *Synops. Beſoldi*. p. 7. *Perer.* lib. 7. in *Genes.* *Matth.* Rader. in animadversionib. ad *Chron.* *Alexandrinum* n. 2 fol. 14. & *Jan. Drus.* libro hoc descripto sing. & *Quæſ.* per Ep. Ep. 102. *Lud. Capell.* Spicil. p. 127. *Tempor.* demonst. *Chronolog.* p. 22. *Chemnit.* Exam. concilij Trident. parte I. p. 40. Verū, οὐδὲ βολιμήσιν fuisse, & νοθεύοντα scripti hujus authorem, non Patres tantum & Theologi reformati, sed & scriptores Pontificij citatum.

De scriptis *profanis* loquitur Author libri *Fuchasin* p. 134. fol. b. חנו אשר נקרא אדרים והתהייל לחבר ספרם בתוכנה id est *Hanoch*, qui vocatur *Edris*, incepit componere libros astronomicos. Fumum in oculis suis hanc esse electonem *Drusius* suo, de Henocco, libro p. 23. ingenuè fatetur. An, inquit, legendum *Adlis*, vel *Atlas*, id est *Atlas*, nam apud *Eusebium* ex *Eupolemo* verusto Scriptore affertur, *Atlantem Gentilium* fuisse *Enochum*? Verū, ad incertas has confugere conjecturas, nihil est ne-

esse, cùm Zakutus Historicus Hebreus hanc nomenclaturam à Muhammedanis, qui Enochum *Edris* appellare consueverunt mutuārit. Unde verò rogas, hoc nomen Enoch? Resp. Talmudicum est ἐνρημα, quod Pseudo-propheta Muhammed (primus enim ille nomen *Edris* imposuit *Enoch* Alcor. Sur. 18. & 20.) à Magistro suo Abdalla, Talmudista superstitionis, hausit. Enochus enim ex antiqua traditione πατέρων Σελάτῳ Iudeis vulgò מטטרון i.e. Metator, vel, ut Jonathan in Paraph. Chaldaica Gen. c. 5. v. 24. ספרא רבא Scriba Magnus dicebatur. Hanc vocem commodiūs, súisque proposito aptius reddere Muhammed non potuisset, quām Arabica אדרים quæ doctum, literatum, disputatorem sagacem, & rerum accuratum investigatorem significat. Est enim à radice Arabia דרָס ventilavit eriticum, propriè, metaphorice verò disputavit, disseruit: unde מדרארם Scholæ, in quibus res scitu necessariæ & intricatae ventilantur. Adeò ut vox Arabică אדרים, Hebrewă דרְשׁן, Chaldaea ספרא, Græca Συζητής, verè συνώνυμα sint. Conjecturæ huic calculum addit Beidavi ipse, Arab. Comment. in Sura-
ת רַד אֶן לִקְבָּרְלֵךְ לְקֹתְרָה דְרָסָה
וְאֶן תְּהֻנָּה, אֲנוֹלָע עַלְיהָ תְּלִתְהָן צִחְיָה וְאֲנוֹה אַלְטְּבָנָן חַזְכָּלְקָלָם וְנֶתֶר
פְּרָמָנָה וְעַלְיָהָה אֲלָמָּה כִּי id est, *Enoch dictus Edris propter multiplex studium. Demisit enim ei Altissimus triginta volumina. Refertur etiam idem primus Calamographus, Astronomie & Arithmetica studiosus.* Sed satis de nomine *Edris*, de quo commodior dicendi locus erit alibi. Meminit Scriptorum Mathematicorum Enochii, præter *Elmacinum* Historic. Arab. Msc. p.m. 10. Eusebius hist. Eccl. lib. 7. p. 212. τὰ δὲ τὸν παρόντα περιουσίας μηδὲν τοῦτο ισημερίας εἶναι, τοῦτο δε τὸν περιουσίαν τὸν Εγών περιουσίαν. Addi possent & alia ex Plinio, Scriptoribus Hebrewis, & Arabicis, quæ manifestè patrocinantur illis, qui Characterum & librorum usum, etiam ante Mosis tempora non obscurum fuisse, contendunt.

Alij,

Alij, conjecturas has nullo, vel carioso planè, traditionum fundamento suffultas existimant, nec, primis aliquot seculis, quicquam scriptum, admittunt: *Bellarmin.* de verbo Dei non scripto l.4.c.4. Nec literas Hebræas ante Mosen inventas concedunt, juxta versum, qui in pervetusto codice Bibl. Septimianæ legitur: Moses primus Hebraicas exaravit literas, *VVaf.* de Nuñ. p. 61. Nobis de proposita quæstione sic judicare lubet:

I. Non defuisse vel antiquissimis ante diluvium patribus Charakteres, subsidium in memorie ingeniosissimum.

II. Vix tamen alium eorum usum fuisse quam Politicum, aut economicum.

III. Quod si verò Patriarchæ, res quoque sacras & Ecclesiasticas literarum monumentis tradiderunt, factum illud in præsentis tum Ecclesiæ usum, non verò futuræ Canonem, cuius initium tempore Mosis facere voluit ipse Deus.

IV. Dicimus igitur, ad Mosen usque Ecclesiam Domini lacte verbi αὐτοῦ ordinariè fuisse nutritam, exinde verò, ad finem usque mundi, eandem γάλακτι αδόλῳ verbi scripti sustentari. Placet enim illud *Martini Chemnitij*, Theologi in Controv. Pontificijs exercitatissimi, Ex. Conc. Trid. p. 3.9.t.1. Sed hoc dignum est consideratione, cum per traditiones puritas doctrinæ non conservaretur, & Deus non vellat amplius illa ratione uti, ut exortis corruptelis per novas subinde & peculiares revelationes repeteret, instauraret & conservaret puritatem ejus doctrinæ, quæ ab inicio mundi Patriarchis patefacta & tradita fuerat: dignum inquam est observatione, quare aliam rationem tempore Moysis ipse instituerit & ostenderit; ut scilicet scriptis, divina autoritate & testimonio approbatæ & confirmatis, puritas doctrinæ celestis propagaretur & conservaretur: ne quæstionibus aut controversijs de veteri genuina & pura Patriarcharum doctrina exortis, semper quærendæ & expectandæ essent novæ & peculiares revelationes. Illa vero historia diligenter consideranda est. Utiliter enim illustrabit & explicabit præsentem controversiam de sacra scriptura, monstrata.

strata ejus origine. Ostendit autem historia, quod judico praecepit observandum esse, Deum non tantum instituisse, sed ipsum suo facto & exemplo, cum primus verba Decalogi scripsit, initiasse, dedicasse & consecrassse, viam illam & rationem, ut per scripturas, divinitus inspiratas, conservetur & retineatur doctrina celestis puritas, ita prima origo sacrae Scripturae, Deum ipsum habebit auctorem.

SECTIO III.

De
VERBO DEI

εγγέαφω.

Nomina Verbo Dei εγγέαφω alia tribuuntur ab ipso Spiritu S. alia à Rabbinis.

Prioris generis sunt I.

מִקְרָא Lectura propriè: per Synecdochen verò sumitur, modò, pro quolibet Scripturæ versiculo: -modò, pro magna ejus parte, Buxtorf. Comitent. Mas. p. 284. modò, definitè pro libris Prophetarum El. Tisb. p. 213. & Tab. Fract. tab. 2. orat. 10. Miror verò, inquit, quare vulgus literatorum sigillatim hoc nomine appellat libros Prophetarum: Et certè hujus rationem in nullo libro, qui in conspectum meum venit, invenire potui. Sed mihi meus dicit animus, hinc fieri, quod pleraque, quæ Propheta dicunt cum clamore dicunt. Modò, pro ipsa legendi ratione exacta & Grammatica, per puncta vocalia, & accentus, Bux. de orig. punct. p. 85. Modò denique pro universa Scriptura, Nchem. 8. v. 8. Vide notas Tremel. & Jun. Unde Elias Tisb. R. קרא ל כל קרא ו ארבעה מקרא Appellant (Judæi nempe, & cum primis Talmudici) libros xxiv. id est, Biblia, Mikra. Sic enim Orat. 10. Tabul. fract. tab. 2. Vide insuper Drus. Quæst. Heb. p. 34. Bux. Bib. Rabb. p. 37. Chaldaic etiam, eadem Etymologia, & signi-

significationis ratione dicitur קְרָאֵת קְרָאָה, קְרָאָה & קְרָאֵת legit; Hal. ol. p. 37. Buxt. Lex. Tal. p. 2111. & in comment. Masoret. p. 284. *Rabbinicè* verò סִפְרֵי הַמְּקָרָא Libri lectionæ seu Scripturæ, R. Asar. Meor En. p. 41. a.

Observa. Spiritum S. Verbum suum מְקָרָא seu lecturam appellari voluisse, ut Ecclesiam hac ratione suam, omniāq; ejus membra, officij moneret, & ad lectionem Bibliorum, sine exceptione, quosvis fideles pelliceret. Atque hanc verissimam esse vocis מְקָרָא Etymologiam & significationem confirmat,

I. *Mandatum Dei*, de quo eleganter Hebrei lib. Chin. p. 12 a. וְסֹד שֶׁבּוּן נִשְׁעָנוֹת עַל־הָיא מִזְוֹת לִכְוד הַתּוֹרָה Radix & fundamentum, è quo omnia præcepta dependente, est præceptum de doctrina Legis. Vide Deut. 6. v. 6. 7. 8. cap. 31. v. 11. 12. Confer Panstrat. Cham. tom. I. p. 362. & Fag. Not. ad hunc locum in Para. Chald. Sic in N. Test. Joh. 5. v. 39. I. Theſſal. 5. v. 27. Coſof. 3. v. 16.

II. *Praxis Judeorum*, & publica & privata. *Publica*, quâ sub priori Templo Lex recitata à Levitis populo est: Cun. de Repub. Heb. p. 259. sub posteriori per Esram felicibus auspicijs inchoatum, Nehem. 8. v. 8. & ad posteros fidelissimè propagatum ordinarium lectionis Scripturæ S. exercitium, in Synagogis, diebus Sabbathi, Luc. 4. v. 17. Att. 15. v. 20. Lunę & Iovis, Majm. Hil. Tephill. c. 12. Schulch. Ar. p. 24. Hanc, legendi Scripturam, libertatem nonnisivi & tyrannide sibi adimi permis- runt. Trajanus, qui omnium fuit principum lenissimus, decrevit, ne Judæi legem legerent, quod ab alijs quoque Imperatoribus crebrò factum est postea. Ea fuit maxima afflīctio, & à R. Zacuth inter שְׁמֹדוֹת persecutions numeratur, cùm ait: גַּר שָׁמֵר שְׁלָא יִקְרָא בְּחוֹרָה decrevit persecutionem ne Judæi legem leditarent. Hæc à paganis facta sunt, inquit Cun. p. 157. Unde videmus quorum vestigia legant illi, qui lectionem Scripturæ manibus plebis Ecclesiasticæ excutiunt etiamnum. *Privata*, quæ singulis inde ab omni memoria domesticam

Scripturæ lectionem Israëlitis commendavit. Atque hanc consuetudinem ne tum quidein Judæi deseruerunt, quando populus Dei esse cesserunt. In præfat. certè lib. Chin.p.12.a. non publica tantum, sed & privata legis lectio, exemplo & autoritate majorum introducta, à summa necessitate commendatur. Vide etiam Bux. de Antiq.punct.vocal.p.27.28 ex

R. Iud. & in Schul. Ar.p.5. o.f.b. אָעָפִי שָׁאָרֶת שָׁוֹמֵעַ כָּל הַתּוֹרָה כָּלָה. *Etsi* כל שבת בזבור חyb' לקרוֹת לעצמו בכל שבוע פרש' אותו שבוע audi vit homo singulis Sabbathis in cœtu universam legem, tenetur nihilominus & ipse suam legere Parascham illius septimanæ. Elegantur & sequentia. Quòd si verò plebs Ecclesiastica, linguam Hebræam, quâ V.T. primitus scriptum, non intellexit, Paraphrastæ, ad id destinati, suo fungi officio, & vel viva voce Maj. Hil. Teph.c.12. vel scripto seu paraphrasi Schulch. Ar.loco citato, Schikh.bech.hap.p.3 2. huic mederi defectui debuerunt.

III. Quia (ex Judæorum hypothesi loquimur) hunc ipsum in finem singulis Israëlitis, ut manu sua; quantum fieri potuit; describerent legis exemplar, fuit injunctum. Majm. Hil. מְזוֹרָת עֲשָׂה עַל כָּל אִישׁ וְאִישׁ מִשְׁרָאֵל לְכַתֵּב סְפָר תּוֹرָה. Teph.c.7. לעצמו שנ' ועתה כתבו לנם את השירה כלמר כתבו לנם תורה, id siōt bo shirah zo lo pi shain mabtavon at torah prashiot prashiot ut pro se quisque scribat librum Legis, q.d. Nunc autem scribete vobis Canticum hoc. Quasi diceret: Scribete vobis legem, in qua canticum illud est; neque enim scribere solent legem separatim per Paraschas.

IV. Quia ab ipsa statim ineunte Israëlitis, liberos suos in Scriptura erudire & instituere, incubuit. Qua de re prolixè in lib. Chin.p.161. b.S.418. אמרו נל מאמתי מתhalb. הָאָב לְלִמְדָר אֶת בְּנֵי תּוֹרָה מִשְׁתְּחִיל לְדָבָר מַלְמָדוּ תּוֹרָה צֹה לְנוּ מִשְׁה id est, Dicunt sapientes p.m. quando incipit Pater filium suum instituere in lege? tunc, cum fari incipit, Pater quoque institutionis sua

sue facit initium, id quod Moses nobis præcepit. Vide sequentia.

V. Ex varijs illis Apophthegmatibus & sententijs, quibus tum studium S. Scripturæ, ejusque sumimam necessitatem ornârunt; tum ignavos & à Scriptura S. abalienatos lucifugas falsè perstrinxerunt; cujusmodi sunt בְּאַרְתִּיכְיָב בְּתַרְתֵּב. *Omnis homo obligatus est ad studium legis.* Item, *Pirk. Ab. cap. 6.*

כֹּל מַיְשָׁאָנוּ עֲסָק בְּהַתְּקִרְבָּה קְרָא נָוֶה Quicunque non dat operam studio legi, i.e. Scripturæ, ut catur reprobis. Et Maj. part. I. Madd. f. 18. אֵין לְךָ מִצָּה בְּכָל הַמִּזְוֹת בְּלֵן שָׁהֵא שָׁקֹלה בְּגַד תּוֹרַה Non est tibi præceptum ullum ex præceptis omnibus, quod præferri debet, aut præponderet studio Legi seu Scripturæ. Item semper triplicet, id est, in tres partes dividat homo annos suos, tertiam partem consecret Scripturæ. A vod. Zar. fol. 19. Sic Pirk. Abb. cap. 5. בֶּן חַמֵּשׁ שָׁנִים לְמִקְרָא Filius quinque annorum ad Scripturam. הוּא שָׁקוּד לְלִפְנֵי תּוֹרַה מִה Eleazar. Celebre cumprimis est illud Eleazar. id est, Esto vigilans ad descendam legem (ut scias) quid respondendum sit hereticis: Cocc. Sanh. p. 214. 216. Pirk. Abb. c. 2.

Huc faciunt Scripturæ encomia: בראש עטרת, לראש Verba Legis seu Monik לזרואר פוליגונת לב קולירית לעיניהם Scripturæ sunt corona (corona neimpe quæ adhuc relieta, ut quisque voluerit accipere, veniat & accipiat eam, i.e. ad quam legendam cuique patet aditus, Buxt. Lex. Tal. p. 690. ex Jom. fol. 72.) capit torques collo, mala- cia sive tranquillitas cordis, oculorum (ex Psal. 19. ubi vocatur illustrans oculos) collyrium. Vajikra Rab. S. 12. מארת עיניהם Neque etiam illud omitti debet ex Kidd. c. 4. S. 14. ר' נהורי אמר מניח אני כל אומנת שבבולם ואני מלמד את בני אלא תורה שארם אוכל משכירה בעולם הוה והקרן קיימת לעולם הבא ושתאר כל אומניות איןן כן כשהארם בא לידי חולין או לידי זקנה או לידי יסוריין ואני יכול לעסוק במלאתו הרי הוא מرت ברעב אבל התורה אינה כן*i.e.* אלא משפטתו מכל רץ בנערותו וגנותה לו אחרית ותקוה בזקנותו

R. Nehorai ait: *Ego, relictis ceteris artibus in mundo omnibus, filium meum in sola lege, id est, Scriptura instituo, quia homo edit de mercede ejus in seculo praesenti, & cornu ejus stat in seculo futuro. Non eadem est ratio artificiorum aliorum. Homo enim, si incidat in morbum, aut ingruat etas decrepita, aut adversa prematur fortunam, ita ut artem suam exercere non posse, ecce necessario fame perire. At lex non ita se habet; sed custodit eum ab omni malo, in juventute ejus; & dat ei mercedem & expectationem in senectute ejus.* Unde & in Tal.Sanh.edit. Cocc.p.298. inter filios futuri seculi referuntur נריס באריתהא qui in Legis, S. Scripturæ lectione attentus est. Hujuscenodi sententias plures suppeditat Bux.Le.Tal.p.22; 2. 2064. 1707. 1713. 1753. 1808. 983. 1638. 1688. 1494. 836. 667. Id quod cum primis Emphaticum est, desumptum ex Pirke Abb.c.6. quod de lege Dei, totaque adeo Scriptura agit; unde כל העוסק בתורה פרך קניון תורה vocatur. Dictum tale est לשם זה בכלהqui operam dat legi propter se ipsam, dignus est multis rebus. Q. D. Qui Scripturæ suum impendit studium, nullo commodi, lucrive intuitu, sed hoc solo nomine, quod per se legi & diligenter examinari mereatur; utpote cui proin nomen מקרא inditum & insitum sit, ut manu illam versemus nocturna, versemus diurna, hunc deinceps verè dignum esse, qui fructuum in Scriptura promissorum particeps fiat. Vide Comment. Jof. Chiun in hunc locum. Quod si vero quis, quantum boni in S. Literis sibi proponatur, nondum animadverrat, sed spe lucri vel promotionis, vel metu poenæ ad Scripturæ lectionem accedat invitus, suadent Talmudici, ut ne hujs reprimatur impetus aut conatus, juxta illud לעילם יעסוק אדם בתורה ובמצוות אפילו שלא לשמה שטוח אלא id est, perpetuo homo deo operam legi, si ve propter ipsam, si ve non. Nam et si quis non propter ipsam ei pareat, eo tandem perducetur, ut ejus tantum gratia eidem vacet. Cocc.Sanh.p. 410. Neimpe ea vis est & ενέργεια Scripturæ S. ut saepe, caligine mentis corruptæ discussa, oculi aperiantur, & veritas salvifica

ex iugi Scripturæ lectione ostendatur illi, qui hunc sibi præfixum scopum fortè non habet. Concludimus igitur contra *Peregrinum de Tradit. Apostol. p. 24. a. contra Hardin. apud Cham. t. I. p. 379.* aliosque Pontificios, negantes promiscuum inter Judæos sacræ Scripturæ usum, cum *Aria Montano*, πολλῶν αὐτοῖς ἀλλων, de varia in Hebraicis lectione: *Quanquam diuinæ legis sacri libri à Mose conscripti in tabernaculi interioris arca religiosissimè servandi depositi fuerint, multa tamen illorum exemplaria sacerdotum, quibus id munus creditum est, manu, aut aliorum opera, descripta à sacerdotibus collata & probata, ad lectio- nis, doctrina & explicationis, atque omnem publicarum & privata- rum usum rerum, multis ex Israëlitico populo fuere.* Illi enim libri omnibus & pueris, & senibus, viris & fœminis, legendi propositi sunt, ad quorum normam omnes singulorum vite rationes institui debuere. Quid Pontificios doctores impedit, quò minus can- didè cum *Aria Montano* loqui, & plebi Christianæ usum S. Scripturæ concedere velint, non video. Terret fortè illos ful- men anathematisini Judaici in Christianos, sacras literas legé- tes, vibratum בָּתָרֶה חַיְבָן שׁוֹסֵךְ גִּנְטִילִיס (*Gentilis*) (Christianus) operā dans legi, reus est mortis. *Sanh. c. 7. S. o. confer Hakfp. lib. cit. p. 278. & Buxt. de orig. Punct. p. 130.* Sed quid hoc illi concu- tiantur terriculamento, quibus, non gentiles i. e. profanos, à religione Christiana alienos, sed sacerorum suorum conse- craneos, eodem, imò penetrantiori proclive est ferire fulmi- ne, quotquot ex laicis, absque impetrata, ordinarij venia, ex mandato Christi ἐπευνῶσι τὰς γεραῖς? Vide *Regulas Indic. lib. prohibit. præf. Reg. 4. & observat. in eandem.*

II.

תּוֹרַה *Doctrina, institutio, Buxt. Lex. Tal. p. 982. Propriè metà יְהִי jecit, jaculator est, ad scopum collimavit. Buxt. Lex. Tal. p. 982.* Frequentius quidem pro solo sumitur Pentatecho, ut se- quetur: sed universam denotare V. T. Scripturam ipsi quo-

que fatentur Rabbini. Vide inf.c.3.de Versione Græca. In N.T.significationis hujus exempla habes *Ioh.15.v.25.& 10.34.* Aptissimè autem Scriptura vocatur *doctrina & institutio & meta*, idque *vel* ab effectu, quia hominem σοφίαν οὐχ ἔχαρτος. *2. Tim.3.* *vel* à fine, quia è data est, ut esset vitæ nostræ exactissima censura & regula, à qua ne latum quidem unguem, nec in fide, nec vita discedendum. Confer Comment. *Masii* in *Jos.p.22.* Huc facit illud ex *iy S.1.* ad finem fol.3. ubi quidam R.Samuel verba illa *Hab.1.v.14.* *Et facies homines, quasi pisces maris*, sic interpretatur: בַּמָּה נִמְשֵׁלּוּ בְנֵי אָדָם לְמֶרְלָן כִּי רְגִים שְׁבִים כִּיּוֹן שְׁעוֹלִין לִכְשָׁה מִיד מְתִים אֲפִיּוֹן אֲרִם כִּיּוֹן שְׁפָרוֹשִׁין מִדְבָּרִי תּוֹרָה וּמִן הַמְּזוֹת מִיד מְתִים *Quare comparantur filij hominum pisibus maris?* ut scias, sicut pisces educti in terram statim moriuntur: ita homines, cum separant se à verbis legis & præceptis, statim emori. Quàm igitur parùm loquantur Theologicè illi, qui non ideo scripturam Ecclesiæ datam crepant, ut regula esset fidei nostræ & vitæ, sed monitorium tantùm (*Bellar. lib.4. de verbo Dei c.12.*) non obscure ex hac quoq; Etymologiæ Emphasi liquet.

III.

כתב מקتب *Scriptum*, Chald. *כתבא* generatim quidem pro qualibet sumitur *scriptura*, tam sacra quam profana; in specie vero Scripturam *vel* ipsius Dei notat *Exod.32.16. vel* Scripturam de Deo, per Prophetas ψώ πνεύματος αγίου φρεγμάτων 2. *Pet.1.21.* seu, ut loquuntur *Patres*, θεοφορεμάτων concinnatam. Crebrius hoc sensu vox Græca Γεγρη in N.T.usurpatur 1. *Timoth.3.16.* *Joh.19.37.* & pluraliter Γεγραι Matth.22.29. *Joh.5.v.39.*

Observa. Non leve momentum, aut pondus libris V.T. Canonis, eorumque authoritati conferri ex eo, quod *Scripturam* vocari eos voluerit Deus, quodque ipsemet scribendi initium faciendo, hujus instituti necessitatem commendarit.

הַלּוּת מִשְׁהָ אֱלֹהִים וְהַמְכַתֵּב מִכְתֵּב אֱלֹהִים הָאֵן
dârit. Ita enim versus 16.c. 32. Exod. habet וְהַמְכַתֵּב מִכְתֵּב אֱלֹהִים הָאֵן Et tabula opus erant Dei ipsa, & scri-
ptura, scripture Dei ipsa. Magnæ igitur temeritatis impetu fe-
runtur illi, qui fortuitis tantum occasionibus, nulla urgente
necessitate impulsos, nulloque vel Dei exemplo, vel manda-
to incitatos, scripsisse Prophetas & Apostolos, nugantur. Ipse
prævivit Deus, &, ut sequerentur Prophetæ, non semel monuit:
Mosen, Exod. 17.14. & 34.27. Deut. 31.19. Esajam c. 8.1. &
30.8. Jerem. 30.2. Habac. c. 2.2. Eleganter Escal. p. 34. Scriptu-
ra dicitur, quia illa sola digna, & ut scriberetur, & ut sola legere-
tur. Sunt & alia Scripturæ nomina, tum propria, tum Meta-
phorica, quorum compendium habes Psal. 119. Ea hoc loco
afferre non constitui, ijs nunc contentus, quæ, utpote notio-
ra, eruditorum usu crebriori teruntur. De ceteris ageimus,
owę Θεῷ, in Lexico nostro Biblico, ad Ecclesiasticam praxin
accommodato, quod aliquando ad umbilicum feliciter de-
ductum iri speramus.

B. Posterioris generis sunt, I.

מִקְדָּשׁ Sanduarium, vel sanctum Domini. Insigne profectio, & ipsi
exprimendæ rei appositum scripturæ nomen, cuius meminit
Gal. de arcان. Cathol. Verit. libr. 1. c. 1. & Ephodæus præfat.
Gram. suæ. His igitur (inquit Ephodæus) de causis omnibus rectè
fecit, qui libro huic magno imposuit nomen מקדשׁ, est enim verè
sanctuarium Domini, quod stabili verunt manus ejus, sicut dicitur;
Et tabulae erant opus Dei, & scripture scripture Dei erat, scriptæ
videlicet digito Dei. Allegoricè igitur dico Tabulas denotare
LEGEM; & Scripturam, libros Prophetarum; & scripta litera-
liter (nempe per Hagiographa, quæ כתובִי Hebræi appellant)
exponenda. Et paulo post: Et quomodo liber hic non sit sanctua-
rium Domini, immò unum ex perfectionibus sanctuarij, cum sanctua-
rium fuerit domus requieci legis, quæ pars est hujus libri, (Bibliořū)?

Nota. I. Etsi verò non constet, quo primū tempore
Biblia

Biblia S. sive *מקדשיה* Sanctuarium Domini appellari consueverint: dubium tamen non est, quin Veteres hoc Scripturæ indiderint nomen, ut majorem ejus ubique excitarent reverentiam, simûlque insinuarent summum, qui Biblijs S. debeat, honorem. Quemadmodum enim ad sacra Templa adyta non nisi sacratis, & secundum instituta Legis ceremonialis purgatis patuit aditus: sic nec Sanctuarium hoc Scripturæ perrumpendum, sed devotè & reverenter adeundum. Devotionis illius rudera & vestigia etiamnum in Hebræorum scriptis occurunt varia. Nos pauca attingemus. Characterem devotionis pristinæ, & reverentiae, quæ Sanctuarium hoc Domini Iudæi fuere prosecuti, habes 1. in *Schulchan Aruch*. p. 11. a. b. ubi lectioni Scripturæ præviae requiruntur preces. 2. In *Pirké Abb.* c. 6. S. ubi multa ab eo, qui dignè hoc intrare velit Sanctuarium, requiruntur, *timor cumprimis*, & *animus*

ab omni fastu alienus. Unde elegantissimè Majm. בתרג. c. 3. דברי תורה נמשלו כמיים שנאמר הוי כל צמא לכון למים לומר לך מה מיים אינט מתמנסין במקומות מרדון אלא נזהlein מעליין ומתקבץין במקומות אשבורון כך דברי תורה אינט נמצאים בגביה הרוח ולא בלב כל גבריה לך אלא ברכיא ושפל רוח שמחאך בעפר רגלי האכתים ומסיד התאותות ותענוינו הוטמן מלכנו similia sunt aquæ, Q. D. Hoi, qui sitit, accedite ad aquas, quasi dicere, quemadmodum aquæ à loco declivi non excipiuntur, sed diffluunt inde, excipiuntur verò à loco rimis vel fissuris pleno: sic verba legis non inveniuntur in ijs, qui elato sunt spiritu, neque in corde superbo, sed spiritu humili atque contrito, qui pulverizat se ad pedes sapientum, & removet desideria atque delicias hujus seculi à corde suo. Sed & hoc honoris luculentum erat indicium, quod vel ipsam Scripturam, vel commentaria ejus perdere aut comburere sub poena מכת מרדות plaga rebellionis non licuerit. Vide Majm. Jesod. Thor. c. 6. S. 9. Quàm verò sint Iudæi, etiamnum, ad superstitionem usque, rigidi cultores codicum sa- crorum

crorum prolixè testatur Majm. Hil. Tephil. c. 10. S. 2.4.5.6.7.
8.&c. Myll. Rabb. p. 6. ex R. Gersone. Unius subjiciemus hac
de re Pauli Fagij testimonium. Ita ille Not. ad Paraph. Chald.
Deut. 17. Tradunt quoque Judæi circa hunc locum, qua ratione,
modo & ordine, in qua item membrana, quo denique atramento li-
ber regis sit describendus, que omnia, supersticio cum sit nimis Ju-
daica, ea illis relinquamus: & interim nos nucleo fruamur: mirum
est enim quam stulta haec gens in omnibus rebus cortice tantum de-
lectetur, quod etiam in hoc videre licet, quod putant magnam rever-
entiam se sacris Biblijs exhibere, si non sub alijs librjs, sed supra
omnes alios libros collocente, si non illotis manibus ea contrectent,
praesertim si à latrina veniant, aut urinam ficerint, si osculentur
ea quoties aperiunt & claudunt, quam reverentiam pulchre augeri
arbitrantur, si Judæus non sedeat in eo scanno in quo Biblia ja-
cent, & si ea è scanno in terram cadere videat, integrum diem je-
junet. Sed ut faciant ac præstent quæ sacra Biblia potissimum do-
cent, fidem, inquam, charitatem, justitiam, vitæ innocentiam, atque
id genus alia, quæ solidioris pietatis sunt, de ea re non sunt multum
anxij & solliciti.

II. Αὐτοπλόγυτοι igitur sunt non illi tantum, qui αὐτίπτεις
χρεοῖν ad lectionem S. Scripturæ accedunt; sed & hi, qui San-
ctuarium hoc Domini in fabulas Æsopi, Alcoranum Muham-
medis, cereum nasum, transformant; aliisque convitijs S.
Scripturam proscindunt, flammis indignè consumant. Infe-
riores certè illi, & ipsis occæcatis verpulis in V.D. iniquiores,
nimis manifestè se produnt.

II.

הַנְּפֹתָה בְּכָל הַכְּתֻובִים Non
מִצְאָתִי Hæc scriptura: מְקֻטְנָה. Ephod
inveni in tota Scriptura. Quod si absque demonstrativo re-
periatur, tum vel pro versiculo Scripturæ, vel, si plurativè po-
natur, pro Hagiographis sumitur. El. Tisb. R. B. כחכָב.

III.

כתוב הקדש *Scripturæ sanctitatis*, id est, *sancátæ*. *El. Tisb.* p. 177.
Majm. de Fund. leg. c. 6. S. 9. *Tà ἱερὰ γένευματα*, ut eleganter
 Græcè ab Apostolo redduntur, 2. *Tim.* 3. 15. Et *Rom.* 1. 2. 2&-
 φαὶ ἄγιαι, cum eleganti epitheto *ἅγιαις*. Vide & 1. *Mac-*
chab. c. 12. v. 9. Elegantissimè Ferdinandus de *Escal.* Pontifi-
 cius doctiss. *Clyp.* concionat. lib. I. C. II. *Scripturæ Sanctæ* di-
 cuntur, quia sunt mundæ ab omni errore, sicut enim *sancátitas* mun-
 ditia est, teste *Dionys.* c. 12. de *divinis nominibus*; ita *sancátum* dici-
 tur, quod est mundum. At *S. Th. le&t. 1. super c. 1. ad Romanos* tripli-
 ci ratione *Scripturarum* *sancátatem* describit. Primo, quia à Deo
 inspiratae sunt. Secundo, quia *sancátæ* continent. Tertio, quia *sancátificant*, secundum illud *Johannis* 17. v. 17. *Sanctifica eos in veri-*
tate, sermo tuus veritas est. Sunt etiam *sacrae*, cum quia debent ne
sacrae custodiri in violabiliter, cum quia ab alijs profanis separan-
 tur, ne in profanos usus, aut sensus *hæreticos* accommodatae, & ex-
 tensæ, *sacrilegè* contaminentur.

IV.

ספר הקדש *Libri Sanctitatis*, id est, *sancáti*; sic dicti, tum quòd con-
 scripti à viris *sancátis*; tum quòd res contineant *sancátas*, eodem
 omnes *sancátatis* & *authoritatis* encomio dignas *Nizz.* p. 36.
Majm. *More Nev.* p. 508. tum etiam, quòd linguâ *sancátæ* maxi-
 mam partem sint exarati, vide *Buxi.* de orig. Ling. Heb. thes.
 55. n. 2.

Nota: Eleganter *Scripturam* *sacram* nomine **ספר** exprimi, sive per *Epistolam* *interpreteris*, argumento loci 1. *Reg.* 21. 8.
 sive *librum*, ex communi vocis usu. *Epistolam* recte vertis,
 quia, ut loquitur *Greg. Epist.* 84. ad *Theod Medic.* lib. 4. *Scri-*
ptura est epistola quadam omnipotentis Dei ad creaturam suam.
Riv. Crit. fac. p. 3. sed & **ספרים** *libros*; quod Angli, Galli, Græ-
 ci, Latini & Germani, qui vulgo *βίβλιον*, *Biblia*, orum [nam
 quod inficetum seculum plurale hoc neutrum in foemini-
 num.

num singulare μοναστικῶν Monasticae incuriax documentum est] die Bibel/ S. Scripturam appellant, imitantur; recte vocaveris, quia ipsa Scriptura singulares tomos seu partes, ex quibus conficiuntur Biblia illa, appellat libros.

V.

פָסָק propriè *pauſa*; finis versiculi: Meton. ipsum notat *versiculum*, & per Synecd. tandem totum *V. T.* פָסָק. Unde Biblicalus El. Lev. Tisb. p. 213. Ratio nomenclaturæ gemina. I. Quia tota S. Scriptura à prima sua origine in פָסָקִים seu versiculos distincta. Vide infra S. 5.

II. Quia antiquissima Bibliorum Hebraicorum exemplaria, continua serie, ac si unus essent versiculos, qui dicitur, erant exarata. Juxta illud Elias Levita בְּאֵלֶּא שָׁנַי בְּאֵלֶּא פָסָק שְׂוֹאֵת הַתּוֹרָה אֲשֶׁר שֵׁם מֹשֶׁה לִפְנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הַיְהָ סְפֻר פְּשׁוֹת בְּלִי נְקוֹד וּבְלִי טְעִמִּים וּבְלִי סְמִינִי סְופִי פָסָקִים כַּאֲשֶׁר אָנָחָנוּ רְואִים הַיּוֹם וְלֹכֶד דָּרְתָה בְּעֵלִי הַקְּבָלה כָּל הַתּוֹרָה הִיא כְּפָטָק אֶחָד וָא' תִּבְהָא אַחֲת id est, verissimum autem, & extra omnem dubium positum est, legem illam, quam posuit Moses coram filiis Israël, librum simplicem fuisse, absque punctis, absque accentibus, absque signis finis versuum notantibus, quemadmodum hodierno die videmus. Ex sententia enim Cabalistarum tota lex instar unius fuit versiculi, vel, ut alii volunt, instar unius vocis. Meiminit exemplaris ejusmodi Cun. de Repub. Heb. p. 354. Idem de antiquissimis voluminibus libelli Ester testatur Cl. Buxtorfius, cuiusmodi se in pergameno scriptum habere afferit, de Punct. vocal. p. 17. Cui etiam firmando affertur volumen legis, quod hodie in Synagogis legitur. Drus. ad difficul. loc. Levit. p. 261. Ejusmodi, nitidissime in membrana scriptum, etiam habet Bibliotheca nostra civica.

VI.

הַדְבָּרָא λόγος, hic sermo. Αυτονομασίας sic apud Rabbinos verbum Dei appellatur, juxta illud פִּרְושׁ מִמְנוּ Explicatio

VII.

מַגְלָה liber, dictus à גָלֵל volvit, sicut Latinorum volumen, à volvendo Joh. Pierius lib. 34. titulo de umbilico, & Græcorum ἐλανυα ab εἰλέω volvo. Martin. Lex. volumen. Unde Iesa. 34.4. וְנוֹגֵל כִּסְפֵּר & convolventur ut liber, vel, evolventur (אֲרַתְּלַחְנָה) Vide Sixt. Senensem, Bibl. Sanct. p. 73. Nam, ut loquuntur Hebræi, בִּים קְרֻמוֹנִים הֵן הַסְּפָרִים בְּלֹתִ קְשׁוֹרִים diebus antiquis libri non erant compacti, sed convolvebant eos. Præclarè Sixtus Senens. Bibl. Sanct. p. 35. מַלְחָמָה est genus chartæ oblongæ, circa se ipsam in modum spiræ complicabilis. Et Ferdinand. de Escal. clyp. conc. lib. 3. p. 299. Est autem volumen charta quæ plicari solet, & propterea appellatur volumen. Et hinc est quod libri Latine volumina dicantur, quoniam chartis plicabilibus scribebantur olim. Vide etiam Dub. Spanh. part. II. p. 353. Sic Laurent. Valla elegantiar. lib. 6. c. 43. Est enim volumen à volo, quod in libris voluntas apparet, vel (quod magis sequerer) à volvo quod volvitur: quales libros hodie Hebræi quosdam habent, qualesque in V. & N. Testamento lexitamus fuisse. Et Romani, qui in libris arborum, id est, corticibus scribebant, quod illos libellos, quos ferrent commodius, complicabant, volumina forte appellaverunt. Itaque voluminalibellis similiora fuere, quam libris. Quod ex eo quoque loco apparet, ubi Plinius de libris avunculi loquens, ait: Libri tres in sex volumina propter amplitudinem divis: quasi dicat, in sex minores libros, ut sint volumina aliquanto minora quam libri. Quod etymologia quoque nonnihil probat, ut ostendi. Unde adhuc durat verbum evolvere libros pro eo, quod est, aperire libros lexitandi gratia, quasi rem complicatam explicare: quemadmodum revelare, est rem velatam detegere, nisi dicamus evolvi libros propter numerum paginarum. Nota autem I. Antiquissimorum Hebræorum inventum esse, libros suos, non ut hodie fieri solet, sed in modum cylindri convolvere, à quibus deinde

deinde Latini & Græci, tum vocem, tum ipsam quoque figuram mutuârunt

II. Vocabulum מֶלֶת in scriptis Judæorum quâ sacrâ, quâ profanis, triplicem potissimum habere significationem. *Primo* enim pro sola Epistola cylindri in morem scripta, cuiusmodi esse solebant orientales, sumitur, *Zach. 5.v.1.* Rotulum vocant Notarij, quod rotæ instar volvatur: Germanicè ein Ketel/Kodel/item Kollen: vide *Godvynni Mos. & Ahar.* p. 276. Atque hac forma orientalium literæ, etiamnum, exaratæ producent; ab Imperatoribus præsertim Turcicis; quarū geminas ita vidi conscriptas, & alteras quidem Hagæ Comitis, annis ab hinc elapsis propemodum septem, à *Sultan Ibrahim*, superstitionisimo nugarum Muhammedicarum cultore, ad P.P. Hollandiæ Ordines datas. *Secundo* pro integrō aliquo volumine, sive profano, sive sacro: & tum ad differentiam Epistolæ addi solet vox סְפָר, ut *Psal. 40.v.8.* *Ezech. 2.v.8.* בְּמִגְלַת סְפָר LXX. κεφαλὶς βιβλίον, id est כְּפֹל סְפָר βιβλίον μικράμφον, ut ingeniōsē conjicit *Nicol. Full. Miscell. lib. 2.c. 10.* cui astipulatur *Capell. in spicil. p. 122.* *Tertiò* per Synecd. pro universo Contextu Sacro, juxta Talmudicum illud כל התורה כולה אקרי *Tota omnino Lex*, id est, Sacra Scriptura, vocatur Megilla, sicut scriptum est, בְּמִגְלַת דְּכַבֵּב In volumine libri scriptum est de me, *Psal. 40.v.8.* *Gittin. fol. 60.1.*

VIII.

עֲשָׂרִים וּרְבָעָה Viginti quatuor. Tot enim V.T. sunt libri Canonici *Galat. de Arcan. Cathol. Ver. l. i.c. 1.* Præfigitur hoc nomen, ut plurimum, fronti Bibliorum Hebraicorum & impressorum, & manu scriptorum. *Observa* autem I. Libros Canonicos Veteris T. ab ipso Synedrio magno in 24. Volumina distributos, *Buxt. Com. Masor. c. xi. El. Lev. Præfat. III. in lib. Maschammas. Riw. Isag. S. Scr. p. 501.* Atque hinc præsens nomen

men Biblis Sacris impositum. Obtinuit autem hic Veteris T. librorum numerus tempore etiam Hieronymi.

II. Compendij tamen, & juvandæ memoriæ gratiâ, inde ab ultima antiquitate, totum Veteris T. Codicem, secundum numerum literarum Hebraicarum, in libros 22. distinctum. Vide *Joseph. contr. Appionem lib. 1. & Euseb. Hist. Eccles. lib. 3. c. 10. Hieron. prolog. Galeato. Isidor. originum lib. 6. c. 1. Alting. Theol. probl. loc. 2. probl. 16. Chami. Panstrat. tom. 1. lib. 5. c. 9.* & ex Pontificijs *Middendorp. Academ. lib. 2. p. 234. Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 1. p. 2.* Cujus verba, cum cedro digna sint, hoc loco inferemus. *Primi ordinis volumina* (intelligit divinas sive Canonicas Scripturas, quas Graci Σαδρόνεατα, id est, Testamentaria scripta vocant) que sola apud Hebraeos in autoritate habentur, *Judei triplici numerorum varietate suppeditare* solent. Quidam, inter quos *Josephus & Philo*, supputant *sacerdos* libros juxta numerum Hebraicarum literarum: ut quemadmodum apud Hebraeos duæ & viginti literæ, quibus omnia, quæ dici scribique possunt, comprehenduntur; ita viginti duo volumina sint, quibus continentur omnia, quæ de divinis rebus scribi & enunciari queant, quam enumerationem sequuti sunt inter Christianos *Origenes, Epiphanius, Gregorius Theologus, Hieronymus, & Rufinus.* Alij ex *Judeis*, de quorum numero sunt *Aben Ezra & David Kimchi*, viginti quatuor libros veteris Testamenti recentent, juxta eundem literarum numerum, ter tamen repetita litera *Jod*, in honorem divini nominis. Solent enim *Judei* nomen illud Dei quadriliterum, quod apud ipsos, propter Dei reverentiam, lingua & voce proferre nephas est, triplicata litera *Jod* Chaldaico more conscribere hoc modo *m*. Hanc partitionem nonnulli veterum Græcorum, quod aptissimè conveniret numero viginti quatuor Græcarum literarum, suscepereunt, & Latinorum plerique, tam prisci, quam recentiores, pari studio complexi sunt, respicientes ad mysticum illum numerum viginti quatuor seniorum, quos *Joannes* in A-

in Apocalypsi induxit, adorantes Agnum aperientem librum obsig-
natum septem sigillis, quem nemo aperire potuit, neque in cælo, neque
in terra, & exclamantes, Dignus es Domine aperire librum, & sol-
vere signacula ejus. Rursus Hebræorum nonnulli, virginis septem
libros numerare conseruerunt, juxta numerum viginti septem cha-
racterum Judaicorum, resultantem ex viginti duobus simplicibus
elementis, quibus constat totum Hebraicum Alphabetum, & ex
quinque finalibus seu repetitis, seu duplicibus literis. Quinque enim
sunt apud Hebræos geminate, sive biformes literæ, quæ in fine di-
ctionum aliter scribuntur, quam in principio & in medio videlicet
CAPH, MEM, NUN, PHE, ZADDI: quæ in fine dictionum his fi-
guris notantur, CAPH, MEM, NUN, PHE, ZADDI. Placuit
autem totum hoc prolixius licet, subjicere testimonium do-
ctoris Pontificij, ut unâ fideliâ duos dealbaremus parietes, in-
dicaremus nempe, quam veteres Judæi iniisissent numerandi.
Veteris Test. libros rationem, simûlque ostenderemus, Con-
cilium Tridentinum, Canoni Veteris Test. laciniam ex scri-
ptis Apocryphis, atque in Ecclesia Judaica vix de nomine
notis, attexuisse. Certum enim, & extra omnem dubij aleam
positum est, è numero sive 22. sive 24. sive 27. Vetus Test. libro-
rum, non esse vel Tobiam, vel Baruchum, vel quecumque
alium Scriptorem Apocryphum. Ipsum hoc Genebrardus, cui
alias curæ fuit geminam ementiri Canonis Veteris Test. con-
stitutionem, haud obscurè innuit. Præter (sic loquitur in
Chronographia V.T.) viginti libros duos sacros, alij Septuaginta
duo Apocryphi in Aegyptum delati sunt, auctore Epiphanio in li-
bro de mensuris & ponderibus Scripturæ. Unde fortassis libri To-
bie, Baruch, Judith & similes, qui in nostris Biblijs Græcis & La-
tinis hodie reperiuntur, ad nos per venerunt. Alioqui enim apud re-
sentes Hebræos aut non extant, aut certè non sunt authenticæ.
Quoniam eorum Canon jam erat conditus ab illa magna Synodo,
cujus scriba erat Ezra.

IX.

Sponsa: sic per modum דָרְשׁ sive allegoricè appellatur Lex, ob summam & admirabilem ejus perfectionem, à בְּלִזְבּוּן, vel בְּלַעֲלָמָה perfecit, absolvit. Sic enim R. Bechai comment. in Pentat. p. 3. col. a. ואם תשאל ותאמר מאי לנו מן הכתבי שככל החכמת נכללות בתורה ונמשבות וויצאות ממנזר הנה שלמה ע"ה באך זה בתוך רומי דבריו והוא אמרו נופת הטפונה שפתותיך כליה רbesch וחלב תחת לשונך וריח שלמותיך כריח לבנון: המשיל התורה לכליה וכמו שדרשו רול ויהי ביום כלות משה כלת כתיב ביום שנכנסה כליה לחפה: ודרשו עוד רבותינו זל אל תקרי מורה אלא מאורשה: ולטרכ שלמה ע"ה בכתב הזה שככל החכמת הנמשלו לנופת כלין נוטפו' משפטו הכללה: ומזה שהמשילו לנופת לפי שככל החכמת חוץ מהחמת תורהנו כלין יש בהם תערובת וסיג כנופת הזה שככל הרbesch וושען: ואבל חמת תורהנו הקדושה היא הדבש הגמור הנקה מן השעה ומכל פסולת id est, Quod si queras & dicas, unde nobis ex Scriptura constet, omnes sapientias Lege contineri, eā colligari, indeq; erui? Ecce Salomo p.m. explicuit illud inter alia, dum dicit: Favum destillant labia tua, ô Sponsa: mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum velut odor Libani. Confert legem Sponsæ (à perfectione & omnigeno apparatu dictæ) quemadmodum & Magistri nostri Allegoricè explicant locum illum (Num. 7.v.1.) & fuit dic quo finivit Moses (Hebr. 9.v.1) ac si scriptum esset בְּלִזְבּוּן מֵשֶׁה. Sponsa: ita ut Iesus sit; sicut die, quo Sponsa introducta est in thalamū, &c. Ulterius explicat Magistri nostri, gloria & memoria, ne legas (Deut. 33.v.4.) מֹרֶשֶׁה in hereditatem; sed sponsatam. Docet autem te Salomo, super quo pax, hac Scriptura, omnes sapientias similes favo, destillare labia Sponsæ (id est, Legis sive Scripturæ, Sponsæ ob perfectionem comparatae.) Cur vero eas favo confert? Propterea, quod omnis sapientia, præter sapientiam Legis nostræ, conjunctam habet mixturam & scoriæ, quemadmodum favus, & mel simul, & ceram complebitur. Sapientia vero Legis nostra perfecta purissimum est & sincerum

cerum est mel omnis facis expers. De hac etiam Legis perfectione docte scribit Author libri Chin.p. 10.f.b. & alibi. En verò, quām se verpuli isti proprio jugulent gladio. Perfectionem Scripturæ ijs ornant elogijs, quibus profecto nihil absolutius: exemplò tamen, ut flare & sorbere simul Rabbanistæ vertiginis spiritu rapti ubique conantur, stylum vertunt, verbūmq; Dei ἕγγραφον traditionibus ἀχείροις perficiendas clamant. Idem contradictionis spiritus in ipsis quoque observatur doctoribus Pontificijs. Plerique Scripturam S. imperfectionis postulant, eāmq; traditionum non scriptarum supplemento opus habere in Synodo Tridentina decernunt: cùm tamen alijs non pauci, conscientiæ & veritatis stimulis acti, palam fateantur, nihil esse vel ad vitam bene transigendam, vel ad fidem solidè reformatam necessarium, quod non S. Prophetarum & Apostolorum oraculis perfectissimè tradatur. Unde Ferdinand. de Escal. lib. 1. clypei sui pag. 29. S. Scripturam commendat, quòd in ea voluntatem Dei cognoscere possimus tam circa agenda, quām circa credenda. Et p. 31. Inter S. Scripturæ encomia; inquit; non infimum tenet locum, quòd in ea nihil sit superfluum, neque diminutum. Et Laurentius à Villa Vincentio de recte formando studio Theologæ lib. 4. p. 541. Est namque, inquit, S. Scriptura tanquam locuples quædam cellæ penitaria, in qua alia plurimæ res ad salutem nostram necessaria, cum etiam omnia precipua capita doctrinæ, de gubernatione ecclesiastica, reposita, quinetiam si non diffusè, sed tamen succinctè aperieque exposita inveniuntur. Quamobrem necesse est, non tam scriptores horum librorum, de quibus nunc nobis est sermo, quām lectors ipsos, ad S. Scripturam, veluti ad album in scopo præfixum perpetuò collimare. Sic etiam Gabriel Biel lecti. in Canon. Missæ lect. 71. lit. g. h. i. Guilielmus Pepin Dominicanus, Domin. 2. advent. conc. 1. Gregor. de Valentia analog. fid. lib. 1. c. 15. Petrus Simonis Tiletanus oper. p. 522. apud River. Isag. ad Scr. S. pag. 406. & in Carbol. Orthodox. p. 155.

SECTIO IV.

*De Antiquis Bibliorum Hebraicorum
Exemplaribus.*

I.

הַלְלִי *Liber Hillelianu*s, sive *Hillelis*. Scribitur etiam *ספר הילל*, & *הַלְלִי*. Meminit hujus libri *El. Ley. tab. fract. R. D. Kimchi lib. Rad. R. שׁוֹמֵן*. Et Mercerus *Proverb. 24. v. 14.* R. *Moses Bar Nachman*, comment. suo super librum *Jezirah* fol. 61. Edit. Mant. apud *Buxt. de Punct. vocal. p. 55. 352.* *Schikh. bechin. happen. p. 51. Cun. de Repub. Heb. p. 159.* Quid libri fuerit, *Hebraicis, Salmanticensis in Juch. p. 132. f. a. verbis exprimere* lu-
 bet : לֵיאָן הַזִּיאָן סְפַר הַאֲרַבָּה וּשְׁאַשְׁר נִקְרָא הַבִּכְלִיאָן : שכתב אותם ר' הילל ומשם היו מגניהם כל הספרים ואני ראייתי
 חלק מהם שנמכרו באפריקה ובזמנינו היה ט' מאות שנה שנכתבו והקמחי אמר בחלק הדיקוד בפסק למן תוכרו שהחומר היה בטולטלוא *In Provincia Lion produxerunt Codicem xxiv. librorum, qui vocatur Biblia, quos scripsit R. Hillel, ex quib. emendarunt omnia exemplaria. Vidi ego partem eorum, cum renderentur in Africa. A tempore enim meo effluxerant anni noningenti, ex quo scripti erant. Kimchius parte altera Grammaticae sue ad versum ; ut memorares sitis ; ait, Pentateuchum affervari Toleta. Vide etiam Zemach David part. i. p. 56.a. Codex hic Hillelis, aut Hillelianu*, *שׁוֹמֵן חֶזְקְלָה*, appellatur. Quis vero Hillel, cum plures hoc tulerint nomen, operis tam accurati & admiratione digni auctor sit, variant Scriptores. Alij existimant deberi hoc diligenter specimen Hilleli Babylonio, qui centum circiter annis, ante Templi secundi destructionem floruit. *Cun. de Rep. Heb. p. 159. & Schikh. de jure Regio p. 39.* Alij rectius existimant suis alterum illum Hillelem, *הַנְשִׁיא*, seu *Principem*, qui in *Judaea* anno 340. aut prater propter celebris fuit : nepos R. *Jude Sancti. Sic Zem. Dav. f. 56. & Buxt. de punct. vocal. p. 353.* Atque

que hunc ipsum suspicatur Hillelem illum fuisse, eius me-
minit Epiphanius in Panario suo lib. 1. tom. 2. quique, cum πα-
τέρων Χρήστος i.e. הנשׁיא seu Princeps inter suos esset, postea baptiza-
tus Christianorum suscepit sacra. Joh. Morinus, hostis veri-
tatis Hebrææ infensissimus, ut omnia prorsus antiquitatis
encomio digna Bibliorum exemplaria è mundo tolleret, sine
ratione & authoritate ait, Codicem hunc esse Hillelis cuiusdam
recentis Hispani scriptum, juxta cuius exemplarū Judæi Hispani
Libros sacros, annis ab hinc quingentis emendare soleant: de Græc.
& Heb. text. Sinc. p. 29.

II.

Codex Bibliorum celebris in Aegypto. De hoc
ספר ידוע במצרים Majm. in Hil. Seph. Thora. c. 8. S. 4.
אלו הוא הספר הידוע במצרים שהוא כולל ארבעה ועשרים ספרים
שהיה בירושלים מכמה שנים להניה ממנה הספרים ועליו היו הכל
סומכים לפיהם שהגינו בן אשר ורקרק בו שנים הרבה והגינו פעים
רבוות כמו שהעתיקו ועליו סמכתי בספר התורה שכתבי ההלכתו
hoc est, Liber autem, cui innixi sumus in rebus istis (signandis se-
ctionibus clausis & apertis) est Liber celeberrimus in Aegypto,
comprehendens omnes viginti quatuor libros, (Biblicos) qui à plu-
rimis annis fuerat Hierosolymis, ut ex eo corrigerentur libri (qui
nempe describebantur): Et huic libro omnes innitebantur, eà
quòd eum correxisset Ben Ascher, & multos annos diligentem in
eo operam navâsse, multotiesque eum recensuisset, cum eum tran-
stulit. Iustum itaque librum secutus sum & ego in libro Legis, quem
descripsi juxta ipsius normam & formam.

III.

Libri Babylonij. Buxte de punct. vocal. p. 55. Ex Nach-
man, i.e. codices Bibliorum ad lectionem & κείσιν R. Mosis, filij
Davidis de tribu Nephtali, doctoris Babylonij, qui vixit circa
annum 1034. Schalsch. Hakkabb. fol. 37. col. 1. examinati &
correxi. Kimch. lib. Scharasch. R. לתקה me minit Codi-
ספר בבל

cis Babylonici: sine dubio exemplar intelligit hujus Ben Nephtali: sicut per *ספר ירושלמי Librum Hierosolymitanum*, *Elias* in tabul.fra&t;. Exemplar Ben Ascher.

IV.

לִבְרֵי יִשְׂרָאֵל *Libri Israël*, id est, Judæorum Palæstinorum, qui sequebantur lectionem Aaronis, filii R. Mosis, de tribu Ascher, qui vulgo Ben Ascher. Doctor is fuit Tiberiensis, coetaneus & æmulus superioris Ben Nephtali, de quibus nota I. Utrumque, & *Ben Nephtali*, & *Ben Ascher*, in conferendis antiquissimis Bibliorum Hebræorum exemplaribus, ijsdémque à corruptione vindicandis, præclararam navâsse operam.

II. Diversitatem tamen aliquam, non quidem in Prophe-tis aut Hagiographis, (*Eli*, tab. fra&t;. Voc.) sed in Lege, ex accurato isto omnium vocum, literarum & vocalium examine natam: quæ tamen integritati Contextus Sacri nihil derogat, sed eam potius defendit. Vide *Buxt.* de punct.vocal. p.263. *El. Maf. Hammaf.* præfat.3.

III. Judæos Palæstinos olim, Europæos nunc, lectionem Ben Ascher sequi. Vide *Buxt.* lib. citato ex *Elia*, & *Kimchio*.

V.

סִינַי *Sinai*. Nomen Pentateuchi emendati, de quo sic *El.* in tab. fra&t;. סִנְי שֶׁם חֻמֶשׁ מְרוּיֵק מִדְבָר מִתְהֻלֹּקַת הַתְּعִטְמָם כְּנָנוֹ וַיְשִׁמְעֵנָה תְּרוּ בְגַרְשִׁים וְכִסְיָן הוּא בְּרַכְיָע וְעוֹד שֶׁם אֶל מֹשֶׁה אֶל המִדְבָר בְּזַקְפָּה וְכִסְיָן בְּזַקְפָּה נְרוֹל וְלֹא יְרֻעַתִּי מֵהוּא המִחְבָּר *Pentateuchi corretti, tractantis diversitatem accentuum: Ver.gr. ad illud merito quod Gereschaim habet, in libro Sinai notatur cum Rebbia. Sic ibidem ad verba ubi Zakef occurrit, in Sinai habetur Zakef Gadol: nescio autem quis sit author.*

VI.

חוֹמֶשׁ יְרִיחָוִן *Pentateuchus Jerichuntinus*, de quo *Elias* ibid. יְרִיחָוִן

יריחו מסתמא הוא חומש אחד מונה בא מיריחו מדבר מעין חסר ומכל
בגון כי כל התועבות האל בחומר יריחו חסר וו השנinya וכן יליידי הענק
id est, Chumasch Jericho est exemplar Legis correctissimum Jerichunte allatum,
agens de vocibus defellitivis & plenis. Citatur ad locum (Levit. 18.
v. 27.) ב' בעניין ובחומר יריחו הראש ו' מלא והשני חסר
In Chumasch Jerechuntino deficit Vau posterius. Sic (Num. 13. 22.) ad יlein הענק bis in ea historia occurrit, & in exemplari Jerichuntino prius plenum est, posterius defel-

VII.

ירושלם Hierosolymitanum. De hoc superius jam verba fecimus.
Operæ pretium tamen existimo plenius audire loquentem
הוא הספר אשר סמק עליו רבי יונה המפרק כמו
שהעיר עליו הרק ואולי הוא הספר שהגיה בן אשר שהיה בירושלים
ימי' רבים כטו שכתבתי בהCRM השלשית בשם רמנבך id est, Liber est, cui innitur R. Jonas Grammaticus, sicut testatur
R. David Kimchi. Et fortassis ipse ille liber est, quem emendavit
Ben Ascher, qui longo tempore Hierosolymis vixit, sicut scripsi
prefat. 3. ex R. Majmonide.

VIII.

ספר אספמיאpropriè liber Hispaniæ: Synecdochicè verò pro omnibus libris Hispanicis, qui præ ceteris emendati sunt, sumitur. Elias ib.

IX.

נוסח שומרוני Exemplar Samaritanum. Commodius de hoc Samaritanorum Pentateuchodifferetur loco de Lege.

Sunt & alia emendata satis, & antiqua Bibliorum Exemplaria, ut videre est, tum ex præfat. R. Chaiim in Biblia Veneta, Danielis Bombergi, tum etiam ex Philol. sac. Glasij l. i. tract. i. p. 29. & 86. & Anti-Mori nostris Exercitat. S. 64. Sic Arias Montanus præfat de varia in libris Hebraicis lectione. Sunt nobis integræ Biblia Hebr. manuscripta ante annos, ut Scriptura docet, quadrin-

gentos: sunt in Complutensi Bibliotheca nostris antiquiora: elegantiissima vidimus Bononiae in Prædicatorum monasterio, & in Canonicorum cœnobio; vidimus Mediolani apud Dominicanos optima & antiquissima exemplaria. Quibus addimus, quæ non ita pridem, vir incomparabilis, D. Johannes Buxtorfius familia-ri epistola nobiscum communicavit. Habet & Marchio Baden-sis antiquissimum exemplar, ex Reuchlini Bibliotheca, quod Mac-chabæorum temporibus scriptum afferant.

Atque ex prolixo hoc vetustorum Codicum catalogo patet, falsissimum esse, quod Morinus ad elevandam authorita-tem contextus Hebræi garrit: *Apud Judeos codices Msc. an-nis quingentis vetustiores non reperiri; nec vetustiores referre Ju-dæos, qui nostro seculo restituendis libris suis operam navârunt,* Exerc.Bibl.p.7.

Q U A S T I O I.

A quo, quâ ratione libri V.T. Canonici in unum collecti sint codicem?

Responso. Eruditè, & appositè Comicus: *Injusta ab iustis im-petrari non decet. Justa autem ab injustis petere insipientia est.* Quippe iniqui jus ignorant neque tenent. Etsi enim inter eos, qui-bus non pro cerebro fungus est, bene satis conveniat, Esrä & virorum Synedrij Magni nunquam satis laudatâ operâ V.T. Canonem in 22.volumina esse distinctum; Genebrard. tamen, ut in historia corrumpenda audacissimus est, &, ubicunque potest, ad suæ religionis placita inflextenda impudens magis quam callidus, alias quidem in constitutione Canonis tribuit Esrä partes; operis interim ab eodem perfecti coroni-dem derogat. Triplicem enim is comminiscitur constitutio-nem librorum V.T. test. Canonicorum, à totidem Synodis edi-tam. Primam refert ad Esrä tempora, qui etiam ejus Scriba fue-rit, & ex decreto in ordinem reduxerit V.T. Libros, quomodo ha-ben-

bentur hodie, circa annum mundi ter millesimum sexcentesimum decimum. Secundam notat accidisse tempore Eleazarī, fratri Simeonis ejus, qui post Oniam priscum Faddi fratrem funditus est sacerdotio, circa annos mundi ter mille octingentos sexaginta. Hanc Hierosolymis coactam proposito negotio vertendarum Scripturarum. In ea videri, ait, editum secundum Canonem Hebraeorum; ac praeter illos 22. primi Canonis, additos Tobiam & Ecclesiasticum. Tertiam ad Joannis Hyrcani tempora, circa annos mundi ter mille nongentos quinquaginta, ad probandos Pharisæos. In ea confirmatos libros Judith, Tobiae atque alios; Macchabæorum vero, cum primum in Canonem illatos: atque ita conditum tertium Hebraeorum Canonem. Has quidem cerebri Genebrardi fasces pauci haec tenus sorpserunt: siquidem hac impudentia, ut recte loquitur Rivet. Isagog. c. 7. p. 24. obtinuit, ut ne apud suos quidem fides ipsi habeatur. Unum; quod sciam; reperit, Gulielmum Bailium Jesuitam, cui commentum hoc, non nihil tamen incrustatum, placuit. Sic enim ille in Catechis. controv. appendice quest. 13. tract. 1. Respondeo, inter Hebraeos esse duos Canones; unum vetustiorem, quem Esdras concinnavit, usus consilio Seniorum Synagogæ, qui juxta numerum xxii. literarum Alphabeti Hebraici, numeravit xxii. libros Canonicos Veteris Testamenti. In hoc Canone non inseruntur Macchabæi; quia Esdras juxta probabilissimam supputationem vivebat circa annum mundi 3838. Nondum igitur meminisse poterat historia, qua cuncta non extiterat. Cum autem sancti Patres loquuntur de Canone Judæorum, in quo Macchabæi non recensent, intelligunt primum illum Canonem ab Esdra limitatum. Sed alter Canon compositus fuit à posteris Judæis, non multo tempore ante Josephum: qui alios agnoverunt libros Canonicos; qualis est Ecclesiasticus. Cujus rei nullam probationem volo, praeter ipsum Josephi testimonium, qui lib. 20. contra Apionem, tanquam Scripturam, & velut sententiam ex legem mutatam citat, quod legitur cap. 42. Ecclesiastici, Iniquitas viri melior est quam mulier benefaciens. Ecclesiasticus ab Esdra non

erat in Canonem relatus, quia post Esdram scripsisset, quemadmodum & Macchab. autor. Peto igitur à Reformato nostris, ut ostendat mihi Macchab. fuisse rejectos in hoc postremo Canone. Quamvis verò importunum hoc ἐρώτημα, simplici auctoritate refutari posset, quando, quibusve arbitris, secundus hic Canon cusus esset? quod ne ad ipsas quidem Græcas Calendas præstabant figmenti hujus fabri; non pigrabimur tamen suo loco hoc Genebrardi commentum manifestius explodere, præsertim c.3. ubi, quid de singulis libris Apocryphis etiamnum sentiat Synagoga Judaica peculiari examine, expediemus. Interim pro certo teneas, utrumq; & Genebrardi & Bailij, quos mendacij magis oportebat esse me mores, conatur esse irritum, & calcē absq; arena. Inconcussum enim hactenus, & tam apud Christianos, quam Judæos αὐτοφιλεῖσθαι fuit principium, simul & semel Canonem V.T. authoritate prorsus divina constitutum esse ab Esdra & נָשִׁי כְּנַסֶּהviris Synagogæ magna, de quibus Buxt. comment. Masor. c.10. R. Isagog. p.71. Vide etiam sup. S.3.n.8. Quomodo verò opus tam præclarum tamque insigne fuerit adornatum, judicia quā Veterum, quā recentiorum variant.

Alij, sequuti authoritatem *Pseud. Esdræ* lib.4.c.14. existimant, tempore direptionis urbis & incensi Templi Hierosolymitani, omnia sacrorum Librorum exemplaria in favillas fuisse redacta, eadē inque, post captivitatem Babyloniam, ab Esra miraculosè restituta. Sic ex Veteribus sentiunt, *Iren.* lib.3. c.25. *Tertul.* de habit. mul. *Clem. Alex. Stroin.* lib.1. *Hieron.* contra Hevid. *August.* de mirac. Sac. Script. lib.2. circa finem, *Chrysoft.* hom.8. in Epist. ad Hebræ. *Theodores.* in præf. comment. in Cant. Quibus additum Elmacinum, Historiographum Arabicum Christianum (verè enim Christianum fuisse, nulli amplius dubitamus) cuius verba p. m. 141. haec sunt: קָאֵל אלמנבגִּי אֶן עֹרָא הַדָּה דָוָא לְקָאֵחַן אַלְרָאַבָּע עַשְׂרָה הַרְוָן וְאַנְהָה כַּתָּב לְבָנֵי אֲסְרָאֵל אַלְתוֹרָה וְכַתָּב אַלְאַנְבָּיאָמָן חַפְטָה קָלְבָה בְּעַד עֲוֹתָהָם

מן אלסבי לאן כתובם אהתרקט ועדמת ענד בראב אורשלים וכאלה
עירה מן אלמורבן אין ישוע ابن צדוק אלבאהן הוא אלדי גורד להם
id est, *inquit Manbegheus*: *Fuit Esra iste Sa-*
cerdos (Magnus) numero 14. ab Aharone, scriptisque filijs Israël
legem & monumenta Prophetarum ex scrinio pectoris sui à redi-
tu ipsorum ex captivitate, quoniam libri ipsorum combusi & con-
sumti erant, tempore devastacionis Hierosolymitanæ. Refert ta-
mamen aliis Chronologus Jesum, filium Zadok sacerdotis, libros me-
moratos restaurasse. Quod Manbegheus (celebris dubio procul
in oriente Scriptor, cuius Elmacinus crebrò meminit) ex αὐτῷ
tribuit Jesu filio Zadok, id ipsum Ferdin. de Escal. clyp.
conc. p. 6 14. adductus autoritate lib. Macchab. adscribit Ne-
hemia, ac si illi primas in repurgandis codicibus sacris deferre
deberemus, quod eadem facilitate à nobis rejicitur, qua à Fer-
dinando, gravi alias & candido auctore, affertur.

Hoc ipsum quoque commentum ex lacunis Judaicis hau-
sit insignis ille Arabum impostor Muhammed, sed ita omnia
densis involvit tenebris, ut ne Oedipus quidem, quid velit, fa-
cile assequatur. Ad nauseam ferè inculcat ignotam Esræ אֵשָׂרֶת
שְׁמֹוּאֵל אֱלֹהִים עַזְרָה אֶבֶן אֱלֹהִים dicunt Judæi Ozair (sic
suo more truncat nomen Esræ) est filius Dei. Nodus est vindic-
e non Christiano, sed fabulatore Alcoranista dignus. Arrige
igitur aures, & qua occasione Eldras in Deorum numerum à
Judæis relatus sit verbis, Arab. percipe:
אליהו קתולא אלאנבייא
בֶּגְדָּמָה עַלְיָה אַלְסָלָטָם פְּרַטָּע אֱלֹהִים עַנְהָטָם אֶל תּוֹרָה וּמוֹחָהָה עַזְרָה
קְלֹנוֹהָטָם פְּכָרְגָּעָזְרָה וּזְרָעָם יְסִיחָה פִּי אֱלֹאָרֶן פָּאָתָהָה גְּבָרִיל פְּקָאָל
לְהָאֵלִי אֵין תּוֹהֵב קָאָל אֲטָלָב אַלְעָלָטָם פְּחַפְתָּה אֶל תּוֹרָה פָּאָמָלָהָה
עַלְיָהָטָם עַזְרָה לְסָאָנָה, לֹא יְנַרְמֵץ חֲרָפָא פְּקָאָלוֹא מָא גְּמֻעָא אַלְלָא
אַלְתּוֹרִיהָ פִּי צְרָהָה פְּחָוּ עַלְאָטָם אַלְאָ אַבְנָרָה
id est, *Judæi occi-*
derunt Prophetas post Mosen p.m. unde Deus legem illis abstulit,
et amque ex cordibus eorum delevit. Tum prodiit Esras juvenis,
P qui

qui hinc inde in terra oberravit, ad quem veniens Gabriel dixit,
quo vadis? Scientiam quæ situm, inquit ille: & tradidit ei Legem,
quam lingua suâ ita exinde exponeret, ut ne quidem vocula decesserent.
Hinc dixerant, quomodo Deus congesit Legem in pectori ejus,
cum sit famulus? Utique est Filius Dei. Prolixius hanc recenset
fabulam Ahmed ben Edrus, p.m. 197. & 257.

Ex intermediis, & recentissimis Scriptoribus non pauci suffragio suo hanc probârunt sententiam, ut Lyra sup. Escl. I. c. 7.
Antonin. I. part. hist. tit. 4. S. 17. Abul. 2. Paralip. c. 8. quæst. ult.
Pet. Galat. de arc. verit. Cath. p. 11. apud Ferdin. de Escalant. p.
611. Middendorp. de Acad. p. 231. aliisque, cum primis Pontificij, qui propterea pluribus machinis hoc propugnant
figmentum, ut inde eruant, absque Scripturis conservatam
fuisse Ecclesiam, sola traditionis ope, toto tempore captivitatis Babylonicæ.

Verum, nugas esse, & febricitantis Talmudistæ insomnium,
quie quid Scriptor ille *κρεοχυτεράπων* Θ de amissione Scripturæ S. fingit, rationibus solidissimis probant Andr. Riv. Isa-
gog. in Script. S. p. 69. & deinceps. Et in Cathol. Orth. p. 253. Daniel
Chamier. in Panstrat. p. 426. Hen. Alting. Theol. loc. 2. probl. 11.
& Theol. histor. loc. 2. period. 3. art. 1. & 2. Quod si parvi hæc
pendant morosiores Pontificij, & uni Pseud Esdrae plus adhibere
veint fidei, quam tot rationum ponderibus, virorūmq;
præclarorum suffragijs, suis illi credant fidei consecraneis Ba-
ronio A.M. 3447. num. 4. & 3610. Bellarm. de Verbo Dei lib. 2.
c. 1. Ferdinand. de Escalant. clyp. concionat. lib. 5. c. 23. aliisque
pluribus (quotquot non habent pīva κρεοχυτεράπων) qui, fabulâ
hac longe valere jussâ, concedere nunquam voluerunt, Scri-
pturam S. tempore captivitatis finaliter periisse, & per Esram
ex ruderibus erutam fuisse.

Etsi igitur à vero prorsus abhorreat, vel omnes in captivi-
tate libros Canonicos interisse, vel eosdem miraculosè Esram
restituisse; certum tamen esse putamus,

I. Mosis & Prophetarum autographa, unà cum ipsa arca, cæterisque Templi ornamentis, in Sanctuario deposita periisse.

II. Apographa verò, in plebis præcipue usum transcripta, varijs modis, tum temporis injuriā, tum etiam Amanuensium injuriā corrupta, vitiisque pluribus defædata.

III. Inter ipsos Judæos irreplisse paulatim scripta Pseud-epigrapha, quæ cum Religionis non contemnendo periculo in Israëlitarum manibus versabantur.

IV. Atque his tandem malis omnibus, post captivitatem Babylonicam, medicam manum admovisse Esram eum Sy nedrio magno. Huic enim universus eruditorum, & veterum & recentiorum, chorus unanimi consensu tribuit, quod Codices sacros ab adnatis erroribus emuscârit; Scripta Apocrypha à Canonicis segregârit; ipsa Canonica vel in ordinem redegerit, vel de novo collegerit; Atque sic tandem operi tam præclaro ultimam manum admoverit. Videatur *El. Levit.* præf. 3. in Mas. Hammas. R. Chajim. præfat. in Biblia Veneta. *Alting. histor. Eccles. loc. cit.* Buxt. comment. Masor. pag. 10. R. D. Kimch. præfat. comment. in Jof. Ferd. de Eseal. p. 650. qui iisdem tribuit תקון סופרין correctionem scribarum.

QUESTIO II.

*Quid de Exemplari authentico Esrae factum sit,
num & illud hodie inter Judæos superfit?*

Finus Adrianus Ferrarensis, operis quod inscripsit, flagellum Judæorum lib. 9. c. 2. ait: *Ipsamet Biblia ab Esra restau rata custodiri in civitate Bononiae, in Ecclesia S. Dominici, tamen in multis locis ab Hebreis vitiata fuisse, quoniam per communita tem Bononiae loco pignoris data sunt Hebreis mutuantibus pecu niā ipsi communitati.* Videatur & Angel. Rocca, Biblia Vatic.

p.394. *Magnum operæ pretium* (utimur verbis Joh. Morini de Hebr. Græcique textus sincerit. p.27.) fecisset, si quibus in locis scelus commissum erat, annotasset. Sed author marte suo præstare id non poterat. Est nempe fatum quoddam veritatis Hebraicæ, convitijs proscindi, corruptionis insimulari ab ijs etiam, quibus de tantis rebus judicandi nulla est facultas. Contextum Hebræum corruptum claimant plerique Papicolæ, at, ut corruptelas monstrarent, rogatis aqua ubique hæret. Exemplum elegans habes in Jesuita illo, nimium sibi suffeno, & arroganti, apud Melch. Adam. vit. Theol. p.845. Fuit Pater quidam, inquit, de Societate, uti vocant, Jesu; is ut erat impudens, & perfida frontis homo, ad Graserum venit, collaturus cum ipso de Bibliorum textu Hebraico, quem depravatum esse, nec authenticum posse baberi, contendebat. Graserus libenter collationem illam amplexus, voluit audire; quidnam pomposus pater in medium esset prolatus; petentique Biblicum textum, porrexit Biblia Hebraica non punctata, ut vocant. Pater ille codicem ita accepit, & in evolutando occupatus fuit: ut summa imis commutaret, in versamque Scripturam Hebraicam, quia forte ejus aut rudis, aut leviter saltem peritus fuit à recta dignoscere non posset. Spectator istius arrogantis impudentiæ fuit quidam discipulus Graseri, qui adhuc in vivis: is risum tenere non potuit, sicut & Graserus vix suppressit. Nobilis, quocum pater ille venerat, hoc animadverso, patrem monuit, ut abiret. Videbat quippe eum ludibrio ob arrogantem imperitiam Hebraicæ linguæ haberet. Eandem audaciæ, & γλωσαλγίας importunæ poenam dederunt sacrificuli quidam alij, qui laxis habenis in ἀδετιαι Contextus Hebrei, aut ex Hebræo translati, incurserunt, Hebra cè interim ne quidem mediocriter docti. Sed hæc ē παρεγδω. Redimus ad Codicem nostrum, Esra nomine venditatum. Ejus etiam meminit Arias Montanus præfat. de varia in Libris Hebraicis lectione, eumque ut antiquum & elegantem commendat. Quibus adde fabulam illam R. Asaria in Meor En. p.53.b. quæ & ipsa, Majmonidis tem-

tempore, autographum Esrae salvum adhuc & incolume fuisse tradit. Verum, facta haec omnia esse, & ex Christianorum malè intellectis scriptis apocryphis desumpta, dubitamus nulli, id quod ne ipsi quidem displicere potuit Morino, Exercit. Bibl. lib. I. p. 29.

Existimamus itaque, ipsum Esrae Codicem nec hodie uspiam apparere, neque à devastatione Templi secundi in cuius quam manibus fuisse, idque ob rationes sequentes. 1. Quia antiqui Judæi in scriptis suis ejus non meminerunt. 2. Quia loca publica, in quibus ejusmodi ~~κειμένα~~ erant asservata, aliquoties diruta, solo adæ quata, & incendio devastata. 3. Quia Patres Syri, Ægyptii & Palæstini admiratione illius duci, vel ipsi eum oculis usurparâssent, vel ab alijs usurpatum commendâssent. 4. Quia ipsi illi, qui mentionem hujus codicis inveniunt, falsis, ineptis & insulsis laciniis, anachronismis, fabulis, &c. fidem suam suspectam reddunt. Exemplo sit ipsa illa (cujus supra meminimus) apud R. Asariā fabula, quam hac occasione in apicū proferre non pigebit.

Exemplum sit ipsa illa (cujus supra meminimus) apud R. Asariā fabula, quam hac occasione in apicū proferre non pigebit. Exemplo sit ipsa illa (cujus supra meminimus) apud R. Asariā fabula, quam hac occasione in apicū proferre non pigebit.

אני משה אבן מימון קנא קנא ספרי תורה במצרים שפרשיותיהם מתחותיהם וסתומותיהם וסודותיהם אשר לא בודת וזרשת על עמי עת לעשות לי ובטלתי מלמודי לכתוב ספר תורה אלהינו חמשה חמשים קשרים יחד בקונטראים כדי להגיים ולהעתיק מהם שאר ספריים והספר שהעתתקתי מבנו הוא הירוש במצרים שהזוא נולך ספרים שהיה בירושלים מימרות תנאים ואמוראים וכשנכלדה ירושלים על ידי המלך קרלון לוקח משם הספר וביא שבי הארץ מצוים; עליו אנו סומכין; ובעת גמרתי ספרי ביד אלהי הטעוב עלי נשא לבבatti לлечת ממצרים למלכות בורגוניה אשר בצרפת למדנית יילון היושבת על נהר שאונה; כי דרשת וחקרתי ושאלתי ריבט כאשר נמצא שם ספר תורה אלקיינו מכתב יד קרש עירא הכתן הונROLL ספר מהיר והבאתי עמי תקון ספריים פתוחות וסתומות וסתורות שהעתתקתי מספר העשרים וארכבע אשר הובא מירושלים וממצרים בגויל כל פתוחות וסתומות מכוננות יחד עם הספר אשר הבאתי עמי ושמחתי.

שׁמְחוּתִי עַד כָּאֵר וּכְבָלִתִי עַל לְעֹשֶׂת יוֹם מִשְׁתָּה וְשִׁמְחָה בָּאוֹתוֹ הַיּוֹם
בְּכָל שָׁנָה וְשָׁנָה הוּא כָּה לִירָחָ וְזֶה
Id est, *Ego Moses, filius Maimon, emulando emulatus sum pro Domino Israëlis, cùm viderem libros Legis in Aegypto, quòd Paraschæ eorum Petucha (apertæ) & Sethumæ (clausæ) & Sidræ (ordines) eorum, non secundum Legem scriptæ essent. Proinde sollicitè quæsi vi tempus, operandi Deo, abstinui etiam à studijs meis, ut scriborem librum Legis, Domini nostri, Pentateuchum nempe unà, in certis folijs colligatum, ut inde corrigi & transcribi possem libri cæteri. Liber autem ille, ex quo meum transcripsi, celebris cum primis est in Aegypto, continens omnes viginti quatuor libros, fuitque Hierosolymis à diebus Tanaorū & Amuræorum, cùmque Hierosolyma capti a esset per Carolum (fabula est decantata in libellis quibusdain antiquo idiomate Gallicano scriptis, nec non Italicis poëmatibus celebrata, quæ tale quid de Carolo Magno nugatur,) inde desumptus est liber iste, capti vísque delatus in Agyptum: atque hic ipse est, cui nos innitimur. Posteaquam verò librum meum, manu Dei benignè mihi favente, ipse me meus impulit animus ad proficisciendum ex Aegypto in Regnum Burgundie, quod in Gallia est, ad urbem Chalons sitam ad fluvium Saone (Ararim) Quæsi vi enim, diligenter investigavi, omnique studio perij, ubi inveniretur Liber Legis Dei nostri, exaratus manus sancta Esra, Sacerdotis magni, Scribae que expediti. Attuli autem mecum correctionem Scribarum, Petuchas, Sethumas, Sidras, quas transcripsi ex Biblijs Sacris, Hierosolymis deportatis, invenique in membrana omnes Petuchas, Sethumas respondere libro, quem attuli mecum, valdeq; ga visus sum: constitui etiam quotannis diem illum ducere hilarem convivioque solennem: fuitque annus viceimus octavus mensis Z iv. Vides quām hic suprema misceantur imis, & tanquam synchroa confundantur, quæ longis temporum spatijs distant! unde ne quidem ipse R. Asarias fragmentum hoc vetusto Pentateucho adscriptum Majmonidi tribuere voluit,*

Quæ-

QUESTIO III.

Cum Prophetarum & Synedrij magni virorum autographa perierint, unde de nostrorum Codicis fide Ecclesiæ constet?

Impius & Christiano homine prorsus indignus est Alberti Pighii, Campensis Theologi, sarcasimus: *Explicitur Scripturarij isti* (sic Reformatos alloquitur Quæstionarius seu potius TRADITOR ille) *unde nobis certum est, hæc esse Mosis scripta, quæ sub ejus nomine legimus; Et si videremus, quis certos redderet, Moysis, eam multis seculis mortui, esse scripta manu? Et Bail. Jesuita lumen. contr. quæst. 4. tract. 1. Quæro ab eis, an habeant originalem textum Veteris & Novi Testamenti, scriptum manu Mosis, aut Esdræ, aut Prophetarum, vel Evangelistarum? Si habeant, malè faciunt, quod sacras illas tabulas non proferunt in Lucem, scriptas vel in membranis, vel in charta, aut in corticibus arborum; vel ari aut lapidi insculptas. Si careant, cur igitur ad hoc ementitum originale configunt; & ex eadem officina ementitam religionem cudent & fabricant? Faceantur necesse est, apud se tantum esse Ænigmata, id est, ex scripta exemplaria. Nunquam; fatemur; sic nostris cum ratione insanire libuit, ut reclamante historia, & omnium cordatorum consensu, vel Mosis vel Esræ autographa jactare fuerint ausi: vestras est, Joh. Morinus, qui non ita pridem, sibi purum putum Mosis Pentateuchum eruisse videbatur. Est hodie, inquit Sim. de Muis de Ver. Heb. p. 30., qui si Deo placet Codicem Samaritanum pri Pentateuchi archetypo venditare audeat, in quo est fronte, nihil hastans affirmet, nescio quem Samaritanum codicem, quem in manu habet, purum putem eff. Mosis Pentateuchum. Sic unus ille est alba gallina filius, cæteri omnes quarta luna nati. Quod haecenius ipsa Bibliotheca vacuana negavit, Morini compensat supplex.*

lex. Vides, quid in Controversijs istis Morinum ita contra Reformatos armāit, ut elatis crīstis eandēm nobis cum Bailio & ceteris Jesuitis, Scripturarum lucifugis, cantilenam occineret? Plura dico (sic loquitur inconstans apostata de *Heb. Græc. text. Sincer. l. i. c. i.*) apud neotericos Hæreticos verba Scripturarum non esse integra, non superficiem, non folia; nedum sensum, medullam, & radicem rationis. De originario & authentico textu gloriantur, Græcos Hebreosque codices ostentant, istos solos ut sinceros apud gregales venditant; Latinos verò nihil pensi habent, ut puidum fungum aversantur, & convitijs quibuslibet onerant. Jam verò gloriose ostentationis rationem si postulenur, nihil aliud quod ostentent, occurrit, præter originarij & authentici textus gloriationem. Fateor equidem, & à me dissentiet opinor nemo, Apostolorum & Prophetarum ἀπόγεω regulam esse, & amissim ad quam versiones omnes exigendæ sunt. Representetur ipsissimus liber Moys, qui jussu Dei in arca conservabatur. Et pag. 78. Iterum repetam. Si penes aliquem deprehenderentur ipsa exemplaria Prophetarum & Apostolorum manibus exarata, vel ipsa exemplaria è quibus S. Hieronymus vetus Testamentum transtulit, aut novum emendavit, quin ad ea vulgata versio merito exigeretur, nemo opinor ambigit. Sic Atlantes illi Olympi Papistici in rebus serijs nugari amant. De scriptis profanis Ciceronis, Livij, Vergili, Plinij, aliorūque sanus dubitat nemo. Quis verò tam perficitæ frontis, aut præfractæ mentis est, qui ullum unquam vel citatorum,, vel aliorum veterum Auctorum vidisse se jaçtare ausit autographum? Sola Scriptura S. de cuius divina origine & autoritate vel ipsum Christiani nomen dubitare nos prohibeat, per quorundam impias & profanas quæstiones in discrimen adducitur. Putant nempe, multum se præstantiæ & certitudini verbi Dei derogaturos, contextum Græcum & Hebræum ex magnifico ἀδριανac solio deturbaturos, Ecclesiam Romanam Judicem & Indicem scripturæ unum & solum obtrusuros, omnem nobis elabendi, & contextus sacri integrat-

tem defendendi rimam obstructuros, si obtinuerint, actum esse de ipsis Bibliorum originalibus. Verum turpiter falluntur Planetæ isti Romani, falluntque alios. Etsi enim larga manus concedamus, autographa Prophetarum & virorum Syndri Magni exemplaria intercidisse, dubitamus tamen nulli de certa & immota fide Codicū nostrorum, idque tum ex testimonio divino, tum etiam ex humano.

De divino testimonio sic loquitur *Augustinus Confess. lib. 6. c. 5.* Persuasti mibi, ô Domine Deus, non eos qui crederent libris tuis, quos tanta in omnibus ferè gentibus autoritate fundasti, esse culpandos; sed eos qui non crederent: Nec AUDIENDOS esse, si qui forte mihi dicerent, UNDE SCIS illos libros, unius veracissimi Dei Spiritu, esse humano generi ministratos? Id ipsum enim maximè credendum erat. Deus igitur est, qui non tantum intus per inspirationem Spiritus sui S., sed etiam foris per Verbum suum nos certos esse jubet, de Codicū Hebraeorum certitudine & infallibilitate, amissis licet ipsis originalibus. Moysen & Prophetas habebant Judæi, ex testimonio Abrahāmī, *Luc. 16. v. 29.* id est, Scripta Moysis & Prophetarum: non certè autographa, jam antè perdita, sed apographa, pari tamen autoritate & reverentia cum ipsis digna. Memorabilia sunt verba *Justini Martyr. part. ad Græc. p. 14.* Εἰ δὲ πις φάσοντες τὴν αρχέαν αὐτούς εἰπούμενον μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταῦτας, ἀλλὰ Γεράσαιοις αρεσκόντειν, οὐχὶ τὸ ἐπικράτην εἰ ταῖς σωματικαῖς ἀντὶ σώζεσθαι, καὶ μάτια ἡμᾶς εἰ τέπον φάσουν τῷ θεοσέβειαν μεμφικέναι λέγοι, γκάτῳ ἀπ' ἀντὶ τὴν εἰ ταῖς βίβλοις γεγραμμένων, όπις εἰ τοις, ἀλλὰ ἡμῖν εἰ εἰ τέπον διαφέρει διδασκαλία. Τὸ δὲ παρ' Γεράσαιοις ἐπικράτην εἰ ταῖς τῇ ἡμετέρᾳ θεοσέβεια, διαφέρεται σώζεσθαι βίβλους, Θείας αρεγούσας ἔργον ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν. Ήντα δὲ μὴ εἰ τῆς ἐκκλησίας αρεγούσας αρεγομίζοντες, αρέφασιν ῥαδιγρύλας τοῖς βιβλομήροις βλασφημεῖν ἡμᾶς παράχωμεν, διὸ τῆς τὴν Γεράσαιων σωματικαῖς ταῦτας ἀξιεύμενα αρεγομίζεσθαι, οὐα ἀπ' ἀντὶ τὴν ἐπιπαρ' ἀντίσις σωζόμενων βιβλίων ὡς ἡμῖν τὰ αρέψις διδασκαλίαν τῶν

τῷ ἀγίῳ αὐτῷ γεράσια δίκαια σαφῶς καὶ φανερῶς περοῦνται,
φανῇ. Id est, *At si quis eorum qui temere contradicere consueverunt*,
nobis objiciat, non nostros hos esse, sed Judæorum libros, eo
quod ad hoc usque tempus in synagogis eorum assertantur: & per
vanitatem nos ostendere religionem ex eis hausisse dicat: is scire de-
bet, ex rebus ipsis quae in libros hosce sunt relatæ, non ad Judæos,
verum ad nos Christianos doctrinam eorum pertinere. Nam quod
etiam nunc apud Judæos, pietatis nostræ libri assertantur, divine
id de nobis opus est prouidentiæ, ne enim ex Ecclesia eos proferen-
tes, occasionem, quasi suppositi à nobis aut corrupti sint, maledictis
nos incessere volentibus præbeamus, ex illorum Synagoga produci-
mus; ut ex ipsis hucusq; apud eos conservatis libris ad nos nostramq;
doctrinam à sanctis viris edituram liquido & manifesto pertinere
apparet. Neq; ineptior hoc loco Bellarm.de Verbo Dei lib. I.
c. 11. At Sacris Scripturis, quæ Propheticis & Apostolicis literis
continentur, NIHIL EST NOTIUS, NIHIL CERTIUS, ut STUL-
TISSIMUM esse necesse sit, qui illis fidem esse habendam neget.

Testimonij humani robur nititur certo & immoto histo-
riæ Judaicæ fundamento, cuius ductu Ecclesia Christiana cer-
tissima esse potest, eosdem nunc in manibus nostris Codices
esse, qui fuerunt tempore Hieronymi, Augustini, imò ipsius
Christi: id quod patet

1. Ex religione illa singulari, quâ Judæi Contextum He-
bræum studiosè à corruptelis conservarunt: qua de repōst.

2. Ex consensu Codicum impressorum & manu-scripto-
rum, qui, diversissimis licet temporibus exarati, per omnia
tamen suavissimâ harmoniâ convenient. Vide *Benedict. Ar.*
Montan. commentatio. de varia Hebraicorum librorum scri-
ptione & lectione, quam Biblijs Xantis Pagnini premisit. Adeò
*ut quod *Augustinus* 400. post Christum natum annis de Ju-*
dæis dixit, gentem esse Christianorum scrinariam, bajulantem Le-
gem & Prophetas, in testimonium assertionis Ecclesiæ, contra
Faust. Manich. lib. I 2.c. 23. idem etiamnum cum Bellarm. de
verb.

verb. Dei lib. 2. c 2. repetere nobis liceat, quod per religionem noluerunt unquam (Judæi) textum corrumpere (quām verò enormis & notoria illa esset corruptio, si pro concreditis sibi oraculis Rom. 3. v. 2. id est, certis & indubitatis Prophetarum monumentis, alia quædam scripta χριστιανæ nata supposuissent?) sed hodie quoque sexcenties mori patientur potius, quām Legem Dei in aliquo immutari. Teneamus (cum Simeone de Muis lib. de verit. Hebr. p. 18) illud D. Augustini, in Psalm. 40. Nobis serviunt Judæi, tanquam capsarij nostri sunt, studentibus nobis codices portant: nec non illud ejusdem in Psalm. 56. Librarij nostri facti sunt, quomodo solent servi post dominos codices ferre, ut illi portando deficiant, illi legendō proficiant. Quod igitur Sextus Senensis Bibl. Sanct. lib. 7. de codicibus Græcis sibi auffus est polliceri: Eum codicem, qui nunc in Ecclesia legitur, eundem illum esse, quo Ecclesia Græca temporibus Hieronymi, & longè antea, usque ad tempora Apostolorum, usa est, verum, sincerum, fidelem, & nullo falsitatis vitio contaminatum, idem disertè de Codicibus Mosis & Prophetarum, Vet. Test. asserimus.

QUESTIO IV.

Nonne injuriâ temporis, Judæorumque malitiâ, sic moderni codices sint corrupti, ut projudicibus controversiarum vix amplius possint haberi?

Reff. Ut expeditior sit responsio, sciendum est nos non loqui

I. De quorundam tantum exemplarium corruptione: V. G. Judæi & Muhammedani insimulant Samaritanos Legis Mosaicæ profanè corruptæ. Vide Exercitationes nostras Samaritanas S. 32. 34. & 35. Sic Iudæi quoque de Achabo referunt, quàd חותם הוכרכות וכותב תחתיהם שם הבעל בראשית החשובים להשכית את שמי, id est,

deleverit nomina Dei, illorūmque loco scriperit nomen Baal, hoc modo: *Initio creavit Baal, &c. Atque hoc est, quod loquitur Scriptura: Cogitantes exterminare nomen meum.* R. D. Kimchi 1. Reg. 21. v. 20. Huc referri debet impia illa Jesuitarum quorundam fraus, qui ut versionem vulgatam cum veritate Hebræa in loco illo Gen. 3. v. 16. conciliarent, anno 1572. Antuerpiæ in Bibliis interlinearibus pro genuina lectione נִתְבַּח posuerunt נִתְבַּח: addito circulo varia lectionis notâ, ac si esset anti-stoichia pro Iod. Quam profanam audaciam, qui secundæ ejusdem operis editioni præfuerunt detestati, veram Spiritus S. lectionem pristinæ integritati restituerunt. Vide *Francisci Gomari*, honorand. Præcept. nostri Anticost. p. 27. *Rainol.* contr. Hart. p. 135. *Anton. VVale.* Loc. Commun. p. 75. cuius cum primis verba digna sunt, quæ hoc loco inferantur. *Raphelengius* verò ipse, inquit, adhuc vivens retulit, qui editioni Regiorum Bibliorum præfuit, hoc fraude quorundam Jesuitarum, sine ullo simili codicis exemplo fuisse imperatum. *Sixt. Ama.* censur. in vulgat. p. 10. Et in Anti-Barb. lib. 2. p. 335.

II. Neque sermonem esse de leviusculis quibusdam erroribus, qui, injuriâ temporum, tum ante absolutam Masoram in pluria, tum post ejus editionem in pauciora exemplaria, irrepererunt: quod ipsum tamen dum Reformati concedunt, authentiæ veritatis Hebrææ nihil prouersus derogant. Videantur *Andr. Rivet.* Isagog. ad Script. S. p. 106. *Sixt. Amam.* Anti-Barb. Bibl. lib. 1. c. 1. & prolog. in cens. vulgat. c. 6. *Salomon Glashus* Philolog. Sacr. part. 1. lib. 1. p. 3. & deinceps: *Haksp.* p. 257. quibus *Joh. Morin.* in exerc. Bibl. p. 62. non paucos adjicit alios, *Druſium* puta, *Mercerum*, *Bertramum*, *Pagetium*, *Cappellum*, *Piscatorem*, *Buxtorfium*, *Funium*, qui, semel atque iterum vulgato Hebræorum codice valere jussò, aliam Codicis Heidelbergensis antiquissimi lectionem fuit secutus, ut vide re est in 2 Chron. 26. v. 5. & c. 35. v. 3. 1. Sam. 17. v. 34. *Scaligerum*, in notis ejus ad Elench. Chronolog. p. 26. 27.

Nec

Nec aliter Judæi, qui non tantum varias *Orientalium & Occidentalium* lectiones קרי וכותב *lectum & scriptum*; sed & aliorum post Masoretas scriptorum exemplarium diversitatem, vel ad marginem Bibliorum, vel in commentarijs ostendunt. Vide Bibl. Basil. *Genes.* 19.v.13. *Genes.* 25.v.3. & alibi, quam tamen differentiam veritati Hebraicæ nihil prorsus officere, ipse *Simeon de Muis*, homo Pontificius, censura in exercit. Morin. c. 5 p. 17. & c. 8 p. 162. & deinceps, it probatum. Vide etiam Cl. *Buxt.* de punct. antiq. & orig. p. 20. 22. 351. 353. 274. 275. præsertim verò p. 281. *Hakspan.* lib. cit. p. 305. Sic *Danielis* c. 2.v.11. pro אַחֲרֵן *alius*, R. Saadias legit אהרן *Aaron*, ut ex comment. in hunc locum patet.

De his, inquit, aliisque hujus commatis mendis hoc loco non agimus, quæ si contextum Hebræum dignitate sua, & judicis in controversiis fidei officio spoliare deberent, quid quæso de codicibus *Samaritanis*, *Græcis*, *Latinis* cum primis, qui manifestis ubiq; nævis scatent, ut aliquoties emaculati sint & depurgati, fieret? Id verò est, quod hic loci controvertitur, an vel studiosè, ut loquitur Bellarminus, id est, studio & de industria, contextus Hebræus à gente Judaica, sit corruptus; vel edaci rerum tempore sic paulatim consumptus, ut facie pristina amissa, norma reliquarum versionum, judex controversiarum amplius esse nequeat?

Qui studiosè, seu malitiosè potius à Iudæis V.T. libros corruptos, mutilatos, & miserè dilaceratos clamitant, sunt duorum generum, *Muhamedani* nempe & *Christiani*.

Muhamedani, Pseudo-Prophetæ sui blasphemis incocti, ne dubitant quidē, quin scelestis unguibus in scripta Moysis & Prophetarum Iudæi involârint. *Sur.* IV. hæc inter alia leguntur verba מִן אֶלְרִין הָאָרוֹן יָחֻרְפּוּן אֶלְכְּלָס עַז מְאַצְעָה וַיּוּלְוּן סְמֻנָּא נְצִינָא id est, *Ex illis*, qui *Judæi* sunt, quidam corruperunt verba de locis suis, dixeruntque, audimus quidem, sed repugnamus. En pudentiam Agyrtæ ignorantiam! Iudæi *Exod.* 19.v.8. dicebant:

בְּלֹא שָׁרֶבֶר quodcunque locutus est Dominus, נָשַׁׂעֲנָה faciemus : ex pronuntiationis autem similitudine Muhammed verbum הַשְׁׂעָנָה fecit, transformat in verbum Arab. עַזְׂרָבָלָה rebellavit. Sed & alibi Iudæis corruptionem Scripturæ impingit, Suratâ cum primis s.p.m.63. & Sur.3.p.m.97. ubi tamen certi duntaxat apellæ criminis hujus rei aguntur, Malekus nempe, Kaabus & Hajus de quibus, sine dubio, & hoc intelligendum : אליהוּ אֶלְיָהוּ אֶלְיָהוּ קָרְמָא עַלִּי בָּעֵבָן אֶלְאַשְׁרָף עִירָאָה Judei, qui acceſſerunt Caabum, filium Aschraphi, mutarunt legem. Eandem cantilenam canit tum Ahmed Ibn Edris. p.266. quem locum in exercitationibus Anti-Morin. S.35. citavimus, tum Ibn Hazem, qui peculiare scripsit librum, cui titulus אהָמָר תַּבְדֵּיל אֶלְיָהוּ אֶלְיָהוּ אֶלְיָהוּ אֶלְיָהוּ id est, Demonstratio Judeos & Christianos Legem & Evangelium corrupſe. Hinc Beidavici comment. suor. p.m.144. nugatur, integrum coelitus Surata in delapsam, quâ Iudæorum tam nefarium scelus detegatur. Quod ipsum etiam haud obſcurè innuit p.m. 153. Sic inter cætera Muhammedis & asseclarum ejus apophthegmata de אֶלְכָתָאָב populo libri (sic Christiani vocantur) refertur & hoc : quod Scripturas suas corruperint. Rationes & exempla, quibus integritatem Contextus S. impugnant ex Ahmed Ibn Edris alias, οὐώ Θεού, profereimus: Sufficiat nunc, Amplissimi Iurisconsulti, Alberti Vidmenſtadii verbis, calumniam hanc simpliciter abſtersiſſe. Ita ille, not. 23. ad Epit. Alcor. Mahometus fidem ſibi adhiberi poſtulat ſine teſte, ratione & miraculis. Quâ imprudentia etiam Judeos falſi inſimulat, vocatque librorum ſuorum depravatores. Sed imposſibile eſt, eos omnium gentium & linguarum codices sacros corrumpere potuisse, quorum ſenſus aptiſſime congruunt, etiamſi gens illa contra Christianos conjuſata, tanquam ſcelus edere unquam decreviſſet. Adde Guadagnolum prolixè contra Perſam quendam pro Iudæis disputantem Traſt. 1. Apolog. cap. 5. & Georgium Monachum, qui itidem maſculé contra Turcas Scripturæ Sacrae authoritatem & illibatam ſinceritatē alſeruit.

seruit. Sic nempe solent rerum suarum sagere Pontificij, ubi cum infidelibus Muhammedanis lis intercedit : at ubi Orthodoxos aggrediuntur, ne ipsam quidem veritate in luce meridiana clariorem co^mmunem cum ijs habere volunt. Id quod præsens materia clarissimè docet. Ecce enim, vix receperunt canitur, & trophæa contra Muhammedanos, Scripturam S.corruptionis insimulantes, eriguntur : ipsa illa tela, quæ à Turcis contra Judæos vibrata fortiter repulerunt, in Reformatos jam retorquent, & ποσὶ τε χρηστὶ doctores Pontificiorum primi obtinere adnituntur, *Veteris Test. fontes Hebraeos, Judæorum malitiā sic esse corruptos, ut rivulus ipsis Latinis & Gracis turbidiores fluant.*

Omnium nunc eorum, qui, Christiano nomine gaudentes, Judæis Scripturæ corruptionem tribuunt, exactū numerum inire vix licet, commodissimè autem ad duas referuntur illi classes. *Pontificiorum & Socinianorum.* Inter Pontificios agmen dicit glossat. in cap. ut veterum dist. 9. Sequuntur *Nicol. de Lira* Hof. 9. v. 12. *Paulus* ex Iudæo Christianus, deinde Episcopus Burgensis ad comment. Nicolai de Lira. Et in addition. ad Psal. 21. *Porcher. de Sylvaticis Genuensis Carthusianus*, victoria adversus impios Iudæos part. I. cap. 2. & c. 15. *Jacob. de Valentia*, Episcopus Christopolitanus tract. 6. prolog. in Psalm. ut Iudæorūm codicibus majore in conflaret invidiam, lepidam confingit fabulam, qua, cum rudioribus persuadere vellet, Rabbinos simul convenisse, ut S. textum falsarent, suis etiam nauseam movit. Vide *Sixti, Sen. Bibl. p. 153.* *Hac*, inquit, iniquitate commoti, congregata fuit apud Babylonem Aegypti, quæ dicitur Cayre, ubi quanto magis caute potuerunt conati sunt falsificare, & perverttere scripturas à vero sensu & significatione, &c. *Isto modo deduxerunt omnia vocabula Sacrae Scripturæ Vt. Testamenti ad sonos & significationes prout eis libuit, & ad intentum suum, ubi erant manifesta mysteria de Christo, & Ecclesia, perverzendo ad eorum intentum.* Et sic dixerunt quod translatio ipsorum

70. in multis deficiebat. Paulò aliter alij , ut videre est apud *Rivet. Isagog. in S.Sc. p. 108.* *Guilielmus Lindanus*, Episcopus Dordracenus, de optimo genere interpret. pref. c. 2 l. i. *Melch. Canus Loc. Theol. lib. 2.c. 13.* *Leo Castrius*, Theologorum Salmanticensium Decanus tractat: de translat. Script. *Dominicus Garsias*, lingua Hebraicæ Professor Compluti, proœm. propugnac. relig. Christ. *Augustinus Steuchus*, Bibliothecarius Romanus, recognit. Vet. Test. ad verit. Hebr. *Franciscus Titelmannus Minorita*, in collat. super Epist. ad Rom. & in Apolög. pro Veteri Interpretate. Sic Iesuitæ *Alphonfus Salmer.* proleg. 4. *Gregorius de Valentia* lib. 8. analys. fid. Cath. c. 5. *Nicol. Serar.* in proleg. Bibl. p. 74. & 75. *Johannes Mariana* in tract. pro edit. Vulg. *Jacobus Gordonus* controv. 1. c. 9. *Petrus Cotonus* in Geneve plagiaire. *Pintus* in Dan. c. 7. *Sacrobucus* defens. decret. Trident. part. 1. c. 3. Et omnium novissimè *Joh. Morin.* in exercit. suis Bibl. qui omnem movet lapidem, ut cum caeteris fervidioribus Papicolis Iudeos nefandi sacrilegii, corruptorum videlicet ex Christianissimi odio fontium postulet. Timent nempe boni illi viri, multum Papisticis decessurum superstitionibus, si ad amissim & normam fontium Hebræorum sua exigere deberent dogmata, quibus in multis Latina vulgata versio patrocinatur.

Pontificijs succedunt *Sociniani* (ijs accenset *Sixt. Senens.* Bibl. 5. libr. 8. pag. 627. Servetanos & Anabaptistas) quibus tamen præter nomen Christianorum nihil prorsus ex veri Christianismi fundamentis inconcussum relinquitur aut intactum. *Socinus* enim in respons. advers. Bellarim. & VVieck. pertractans argumentum, petitum è *Zachar. XII. 10.* putat additum fuisse à recutitis vocem 'לְךָ ad me, sc. respicient, quem confixerunt. Erat, inquit, hic locus insignis de Jesu Nazareno clavis confixa, & lancea perfoſo, predictio, & propterea Iudeos illum ab ipso Evangelij initio corrupſisse, est admodum verisimile: sicut similem locum corruperunt Psalm. XXII. 17. ita ut, quamvis

veræ lectionis, etiam in quibusdam Hebraicis codicibus, testimonia
appareant: tamen vulgò apud eos pro, Foderunt manus meas &
pedes meos, legatur, sicut leo manus meas & pedes meos. Cujus
lectionis ineptitudo, similiter ut hic, ejus falsitatem prodit. Oster-
odus in Institut. German. cap. XXVII. putat in V. Test seu lege
Molis, verba, odio habebis inimicum tuum, extare potuisse, adeo-
que excidisse, ut illa Matth. II. 25. Nazarenus vocabitur. Smalc.
contra Doct. Franz. quasi id durius dictum fuisset, censeret, ex-
tare potuisse scripta in libro, qui postea (negligentia Judæo-
rum) perierit. Sic nimis Judæi eloquia divina, sibi concre-
dita, curârunt, ut libros integros deperderent: vide *Hakſpa.*
p. 253. 295. & *Respons. VVitebergenium* ad Catech. Racov. p. 8.

Quod Pontificij (Morin. cum primis in Exercit. Bibl. p.
30.) & Sociniani in suas partes trahere conantur Patres, qua-
si & illi Iudeos ejusdem criminis postulassent, solida ratione
caret. Loquuntur enim Patres (ut Salmeroni lesuitæ respon-
det Iesuita Serarius apud *Ama.* Antib. Bibl. p. 46.) de Græcis
aut translatoribus, qui judaizant, aut etiam translationibus
ipsorum LXX. Interpretum. Quod verò S. Hieron. inter S. Au-
gustini Epistolas undecima c. 6. ait, se Biblia vertisse, ut ea te-
stimonia, quæ à Judæis prætermissa sunt vel corrupta in medium
preferret: Judæos appellat Græcos Interpretes Aquilam, Symma-
chum, Theodotionem, ut ex præfatione priore in Job, & ex illa i-
psa Epistola c. 5. perspicuum est. Ita quoq; Bellarminus lib. 2. de Sc.
c. 2. respondet, & Ludov. de Tenal. 1. de script. diff. 3. Sect. 4. Vi-
de Rivet. Isagog. p. 110. Simeon de Mus lib. cit. p. 34. Glaff. Phil.
p. 40. Cham. panst. p. 441. Afferimus igitur Iudeos S. Sc. nec
corrupisse, nec corrumpere potuisse, nec corrumpere voluisse.

Iudeos in odium Christianorum Scripturas S. non adul-
terasse testantur

I. Patres. Primo *Origenes*, cùmque secutus *Hieronymus*
in cap. 6. Iesaj. Quod si aliquis dixerit, inquit, *Hebreos* libros à
Judæis esse falsatos: audiat *Origenem*, quid in octavo volumine

explanationum Jesu jæ huic respondeat quæstiunculae: quod nūnquam Dominus, & Apostoli, qui cætera crima arguunt in Scribis & Pharisæis, de hoc crimine, quod erat maximum, reticuissent. Sin autem dixerint post adventum Domini Salvatoris & prædicacionem Apostolorum, libros Hebræos fuisse falsatos: cachinnum tene-re non potero: ut Salvator, & Evangelistæ, & Apostoli ita testi-monia protulerint, ut Judæi postea falsaturi erant. Secundò, Au-gustinus, qui lib. 15. de civit. Dei c. 13. hoc affert argumentum: Incredibile esse Judæorum gentem, tam longè latèque diffusam, uno consilio conspirare potuisse in conscribendo mendacio, & dum alijs in videant authoritatem, sibi abstulisse veritatem. Et conclu-dit, Absit ut prudens quispiam vel Judæos cuiuslibet perverstatis atque malitia, tantum potuisse credat in codicibus tam muliis, & tam longè latèque dispersis. Ubi notat Lud. Vives; Hoc idem re-sponderi posse his, qui falsatos corruptosque, ab Ebraicis codices, ve-teris Instrumenti, & à Græcis Novi objiciunt, ne veritas sacro-rum librorum ex illis fontibus percatur.

II. Theologi & Philologi Reformati, quorum non pauci argumentis solidissimis tum veritatis Hebraicæ integritatem asseruerunt, tum eandem à varijs exceptionibus vindicarunt, quos inter præclaram cumprimis hac in parte navârunt ope-ram Andreas Rivetus Isagog, in Script. S.p. 106. & deinceps. Et in Cathol. Orthod. p. 253. Sixt. Ama. in Anti-Barb. Bibl. l. 1. c. 1. & deinceps. Nicol. Full. Misc. fac. l. 3. c. 13. Daniel Chamier, Pan-strat. tom. 1. c. 11. & deinceps. Henr. Alting. Theol. Elencht. loc. 2. Frid. Spanhem. Dub. Evang. dub. 23. p. 149. Anton. VVa-læus Loc. Com. p. 74. Solom. Glasius Philolog. Sacræ l. 1. tract. 1. Theodor. Hakspan. lib. sæpe citat. c. 2. S. 1.

III. Accedit ipsorum Judæorum, tum veterum, tum recen-tiorum testimonium. Ex veteribus unum audire placet, Flav. Josephum, cuius verba lib. 3. c. 9. Histor. Eccles. Euseb. ex 1. An-tiquit. Iudaic. volumine excerpta, hujusmodi sunt: Δῆλον οὐ κατιστέοντα, πῶς ημεῖς περιτύπως τοῖς ιδίοις γεγενημέσοι. ποστέτος οὐ
αιώνιος

וונח נסכן שיוכלו עשוזו הלא הוא רוחוק לחשוג כי בקנאותם סבורים
זיופו לעצםם ספריהם קדושים כהמלה וכן אמר בן יוח' פ' מג' כי
אחרי הנוסח העברי אשר כבورو לעולם נשמר העתקת השבעים
משובחת מכל זולתה: וכן מזמור מ' מכנה אותן ארנו הספרים
i.e. וכשה כתב החכם אקינו בפירושו לאגרת הרומיים פט
*inter Gentes (Christianos) murmur est & strepitus contra Ju-
daeos, dum dicunt, Majores nostros corruptisse quædam verba ex
Prophetis, &c. propterea constitui nota tibi facere verba Princi-
pis Sapientum & Sanctorum ipsorum, qui vocatur Sanctus Augu-
stinus: refert is tractatu suo, cui nomen Civitas Dei, libro 15. c. 13.
sequentia verba: Incredibile est Judæorum gentem, tam longè la-
tēque diffusam, uno consilio conspirare potuisse in conscribendo men-
dacio. Posito autem hoc, illos facere potuisse, annon vel cogitare ne-
fas est, quod invidiā agitari contra alios, fibimet ipsis Libros suos
Sacros corruperint? Atque sic etiam ait libro 18. c. 43. Quod post
exemplar Hebreum, (verba hæc ijsdem syllabis in Augustino
loco cit. non reperiuntur) cuius gloriam æternū custodimus,
versio LXX. Interpretum cæteris omnibus debeat anteponi. Et
commentar. in Psal. 40. appellat nos capsarios. Eundem in mo-
dum scriptit sapiens ille Aquinas, comment. in Epist. ad Rom. c. 9.
Vide etiam Meor En. p. 49. b. S. בַּיָּשׁ מְאַשִׁים*

Usq; adeò verò Judæi Sc. depravatae rei esse nolunt, ut ipsum
hoc scelus in Christianos, sed sine ratione, conferre & retor-
quere studeant. *Superstitionis Hebreorum* (verba sunt August.
Justiniani Episc. Neb. com. in Psal. 18.) incessanter carpunt in-
vehunturque in authores novi Testamenti, quod non allegent testi-
monia veteris sacrae Scripturae ea verborum serie eoque ordine, quo
leguntur in libris Prophetarum, insimulantque eos corruptionis
Scripturarum, & cum dicetur ad excusandos authores nostros, sa-
tis fuisse quod viri Dei Spiritu atti inseruerint suis scriptis, sensa
Legis & Prophetarum, non etiam verba, non admittunt hoc per-
vicaces & duræ cervicis Hebræi, minimè animadvertisentes idem
fecis-

fecisse autores Veteris Instrumenti, quod tamen male à nostris factum prædicant. Quæ res maximè ex hoc Psal. XVIII. patet. Si enim diligenter legatur hic Psalmus apud Samuelem Prophetam, 2. Regum 22. capite, deprehendetur Hebream Samuelis literam in locis novem & quadraginta à litera Davidis differre. Possimus itaq; Hebrais respondere ubi in nostros insurgunt, ea quæ à Scriptoribus nostrae legis edita sunt, non solum divina instigatione & magna sapientia elucubrata fuisse. Sed etiam data opera ita edita ad imitationem eorum, qui veterem scripserunt legem.

IV. Neque desunt Pontificiorum suffragia, corum cum primis, quibus, per linguarum orientalium exactam notitiam, de tam difficiili quæstione judicium ferre licuit. *Dieghus Payva ab Andrada Lusitanus*, graviter carpit eos, qui Hebraicum V.T. textum, tanquam à Judæis corruptum, accusant. Demonstrabo, inquit, *V ALDE INCONSIDERATE*, à quibusdam fuisse existimatum, Latinae editioni idè plus esse fidei, quam Hebrais voluminibus habendam, quod hæc Judæorum fuerint perfidia corrupta & adulterata, illa vero integra & incorrupta in Ecclesia Catholica permanerit. Quod si tempus illi notare, autores atrocissimi sceleris describere, locum designare, ceteraque definire potuerint, que Judæos tam capitalis flagitiis convincerent, magna nos profecto curâ & solitudine liberâsent. Verum si tota causa nuda suspicione, & ex Judæorum singulari dementia, perfidia & contumacia, & in Christi sanctissimum nomen in veterato odio pendet, LEVIORA sane sunt, quam ut sacris Hebraeorum voluminibus, ANTIQUITATE ILLUSTRISSIMIS, majorum commendatione egregijs, & OMNIUM seculorum testimonijs AMPLISSIMIS, insignem turpitudinis notam, ad ignominiam sempiternam inurere débeamus. Defensione Concil. Trident.lib.4.f.247.

Sic Laurent. à Villav. August. eremit. lib. 1. de ratio stud. Theol. p.40. quæ penè verbotim ex Hyperio Theolog. Marpurgensi, transcripsit: *Quod si ne sic quidem dubitationem omnem ex animo revellunt, postremum refugium habes ad veritatem Hebraicam,*

cam, tanquam ad sacram anchoram, quam Deus mirabili providentia per tot secula incorrupta servavit. Itaque ex limpidissimo hoc fonte suavem, & siti sedanda accommodum gustum hauries, quem ex procul inde deductis rivulis nunquam eras percepturus. Qua quidem ratione & D. Augustinus in obscuris locis Veteris Testamenti adire libros Hebreos, in Novo autem Testamento Graecos monuit, cuius verba relata sunt in Canonibus distinct. 8. Can. ut veterum. Nec verò credemus absque gravi causa factum, quòd totum vetus Test. Hebraicè, Novum autem Graecè, voluerit Deus evulgarī. Idcirco nimirum id factum, ut harum linguarum discendarum cura perpetua teneremur. Nec dubium, quin ideo plura Hebraicè, quàm Graecè, ut illi linguae candidati Theologiae & quæ studiosè atque huic intenderent.

Bannes in primam partem Thomæ quæst. I. artic. 8. p. 56. Et quidem ego ipse, inquit, postquam abhinc annos 8. Hebraicæ Lingue operam dedi, quantum satis est, ut Rabbinorum sectatores non me fallant, aut quasi ignorantem spernant, quamvis olim opinatus fuerim, Hebraea exemplaria non minus quàm Graeca esse corrupta, jam tamen experientia ipsa convictus ea incorrupta esse, nisi in locis quibusdam paucis, negligentiâ potius, quàm Judeorum malitiâ, judico.

Et Joh. Driedol lib. 2. de dogmat. Conservantur, inquit, in hunc usque diem apud Ecclesiam Christi vetustissimi Ebraeorum & Graecorum codices, quibus reperiimus esse conformes, eos quibus Ebræi & Graeci nunc utuntur. Deinde in recentioribus Ebraeorum libris castigatis & emendatis, reperiuntur testimonia sic scripta, quemadmodum fuerunt ab antiquis Ecclesiæ nostræ patribus recitata. Conferentes recentium Ebraeorum codices & Graecorum, ad veterum Catholicorum commentaria, in his præsertim locis quibus significantur fidei nostræ mysteria, reperiemus eos cum vetustissimis suis ipsorum exemplaribus consentire. Si quæ potissimum infideles depravâsent, manserunt illibata, nec de corruptione ulla ha-

habentur suspecta, consequens est & cætera, in sua origine integræ esse servata.

Atque hic magnam, præ cæteris, merentur laudem, qui ex doctoribus Pontificijs patrocinium veritatis Hebraicæ suscepérunt ex professō, cuiusmodi superiori seculo fuit *Johan. Isaacus*, ex Judæo Christianus, contra libros Lindani de optimo genere interp. *Sixtus Senens.* Bib. S. lib. 8. p. 627. &c deinc. Et hoc noltro ævo *Simeon de Muis* assertione veritatis Hebraicæ, adversus Exercitationes Ecclesiasticas in utrumque Samaritanorum Pentateuchum, Johannis Morini, Blesensis. *Arias Montanus* in præfat. ad Bibl. Hebr. His accenseri potest *Ferdinand. de Escal.* Clyp. Concil. 6. c. 3. pag. præser. 624. ad quartum pronuntiatum. Quod verò author, *Codices Hebræos, quoad vocales, post Hieronymi tempora in odium Christi, & fidei nostræ depravatos fuisse existimat*, dicitur quidem ab eo, sed non probatur. Neque etiam tanti hæc ipsius conjectura est, ut propter eam in eorum numerum sit referendus, qui fontes Hebræos ita infectos & turbatos esse docent, ut omnes in judicandis fidei controversijs partes amiserint.

Quid? Quod nonnulli decretum Concilij Tridentini de editione authentica, quo plerique Contextum Hebræum Editioni vulgatae post habitum volunt, ita explicit, ut nihil per illud contextui Hebræo, tanquam fonti, derogatum aut detractum autument. *August. Barbosa* collect. in Concil. Trident. ad verba Sessionis IV. Si quis autem libros &c. ex *Azorio* notat. Quod appellatione vulgatae, & Latinæ editionis non damnantur exemplaria Hebraica, vel Graeca, ex quibus tanquam ex fontibus Latina editio fluxit, quæ quidem retinent suam fidem & autoritatem, ubi incorrupta, & integra fuerint. Ita etiam *Forer. Jesuita Antiquit. Pap. t. 1. p. 148. & 706. Simeon de Muis* de Hebr. edit. p. 41. S. 8. Neque verò, inquit, *Hebraicæ editioni derogat Sacrosancta Synodus Trident. S. 4. dum Veterem & Vulgam*

ram editionem pro authentica habendam esse decernit: ibi enim editionem *Vulgatam* cum alijs Latinis, non cum *Hebraica* editione confert. Quod ipsum gemino testimonio, *Alphonsi Salmeronis*, qui Concilio Tridentino interfuit, & *Philippi Gamachæi*, doctoris Sorbonici, confirmat. Ita multi mordicus fontes *Hebreos* in ipso Papatu defendunt, ut etiam in explicatione tam recepti decreti ab alijs abeant, qua de re *Sixt. Ama.* in Anti-Barb. Bibl. c.6.

Hæc de primo membro, *Judæos* nempe nunquam malitiosè aut sacrilegè fontes *Hebreos* turbâsse vel corrupisse: accedimus ad secundum, probaturi, *Judæos*, si vel maximè voluissent, nunquam tamen sacrilegas manus *Scripturis S.* injicere, eas truncare, pervertere, lacerare, ad impia sua dogmata inflectere, aliove modo falsare potuisse. Obstat enim

A. Αἴοιμπτος ille Θεός ὁ φθαλμὸς, & providentia divinæ sedula cura, quâ cautum fuit, ut ne vel *Judæorum*, vel gentilium, vel quorūmque prædonum, aut harpyiarum (de quibus Poëta: *Omnia contingunt, contactūque omnia fædant, immundo*) unguibus, Sacro sancta Prophetarum Instrumenta discerrentur. Non potuit enim non esse verum, quod ipse veritatis fons Christus, *Matth. 5.v.18.* fuit effatus: Αὐτὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἔως ἂν παρέλθῃ ὁ βεργὸς τοῦτο οὐκέτι γὰρ, ἵνα τὰ ἔντελα, ημία περάσαι εἰς μὲν παρέλθῃ διποτὲ νόμος, ἔως ἂν πάντα γνῶσται. Ad quem locum videantur *Glossa Philol. sac. pag. 25.* *Cappell. in spicil.* & *Drus. in Præt. p. 109.* Hinc etiam *Joseph. à Costa de Christ. revel. lib. 2.* c. 16. *Hanc* (*Hebraicam editionem*) *esse authenticam*, dubitare non possumus. Et quamvis *Judaica perfidia atque inuidia*, conata sit tantum nobis bonum eripere, Fontem ipsum, sermonem Dei, inficere; tamen NULLO MODO credendum est, licuisse eis quicquid libuit. Neque defuere in Ecclesia docti viri, quorum studio conservati sunt codices *Hebraici* sacri.

B. Ipsorum quoque Christianorum studium & improbus in conservandis codicibus sacris labor. Etsi enim *Petrus Cuneus*

næus de Repub. Hebr. lib. 2. p. 187. conqueratur de exiguo illo-
rum numero, qui animum ad literas Hebræas appulerunt;
proclive tamen nobis facileque esset ostendere, vix seculum
fuisse, adeò barbarum & à Linguis Hebrææ notitia alienum,
quo non aliqui saltē, tam nefarios Judæorum conatus, vel
detegere, vel prorsus reprimere potuissent. Vidi hoc ipse Bel-
larminus. *Adversus illos*, inquit, qui Scripturas ajunt malitiosè à
Judæis depravatas, pugnant gravissima argumenta ex Origene,
August. Hieron. & Eusebio allata, quibus facile demonstratur, Ju-
dæos, nec per diligentiam Christianorum ipsis adversantem po-
tuisse: nec per religionem suam VOLUISSE textum corrumpere:
nam non defuere Christiani, qui eum integrum servassent. Sic
Simeon de Muis de Hebr. verit. p. 17. Verum ut dem, sua Judæos
exemplaria omnia adulterasse, nego ac pernego in ea, quæ in Christianorū
Bibliothecis extarent, neque ideo ipsorum juris essent, quic-
quam potuisse. Omnes autem mihi videntur concessuri, Hebraica
Bibliorum exemplarianunquam Christianis defuisse. Et Sixt. Se-
nens. Biblioth. Sanct. lib. 3. p. 627. His accedunt tot labores ac vi-
giliae vetustissimorum Ecclesiae patrum, qui indecessis studiis adnisi
sunt, ut nobis Hebraicas Scripturas ab omni falsationis, ac vitij su-
spitione liberas relinquerent, emptis hac de causa magno sumptu an-
tiquissimis, ac emendatissimis codicibus, cum quibus nostra exem-
plaria conferrent, & collata vererent, emendarent, exponerent, ne
deinceps infideles & heretici possent nos de veterum Scripturarum
falsatione reprehendere.

C. Stupenda Masoretharum diligentia, non tantum circa
versus & voces, sed & circa singulas literas, quas, unâ cum o-
mnibus variationibus punctuationis & scriptionis, non modò
in numerato habuere, sed & scripto consignavere, ne falsariis
manibus vel locus, vel suspicio saltē daretur. Quâ etiam
scrupulosâ & superstitionâ Criticorum illorum curâ effectum
est, ut ne literâ ferè truncari textus sacer possit, (in iis nempe
exemplaribus, quæ Masorethicâ curam & emendationem se-

quuntur, cuiusmodi Judæorū plerunq; erant) quin statim deprehendatur vel fraus, vel error. Quâ verò diligētiâ, quo studio Masorethæ Tiberienses in recensendis Bibliis fuerint versati, sequentibus percipe *Aben Esrae* in *Exod. cap. 25. v. 31.*, verbis רָאִיתִי סְפָרִים שְׁבָרוֹתָם חֲכָמִי טְבֵרִיא וְנַשְׁבָּעוּ חָמְשָׁה עַשֶּׂר מִזְקִינָהֶם שלוש פֻּמִּים הַסְתַּכְלָוּ כָּל מֶלֶת וְכָל נְקוֹרָה וְכָל מְלָא וְכָל חָסָר וְהָנָה בותוב יָוָר בְּמַלְתָּת תִּיעַשׂ וְלֹא מַצְאָתִי כִּכְחָה בְּסֶפֶרְיוּ סְפָרְד וְגַרְפָּתִי וְמַעֲבָר לִסְט id est, *Vidi libros, quos explorârunt Sapientes Tyberiadis,* ubi jurejurando confirmant 15. Seniores ipsorum, quod tribus vici- bus attente considerârunt singulas dictiones & singula puncta, omne plenum (*Chirek vel Cholem*) atque omne defectivum; Et ecce semper a scriptum fuit *Jod* voci textus, *Thease*, et si am si non sic invenirem in libris *Hispanicis & Gallicanis & Transmarinis*. Qua de re plura Cl. *Buxtorf.* in Comment. & *Schikhard.* bechin. p. 45. Unde non sine causa Rabbini Masoram suam vocârunt סיג ל תורה, *septum legis.* Quod & *Elias Levita* præfat. 3. libri Ma- for. Hammasor. notat, & inquit, post laborem Masoretarum im- possibile esse, vel cecidisse vel cadere potuisse שְׁנִי vel חָלָק muta- tionem aut depravationem in ullos libros sacros, cum illi numerâ- rint non sicutem *versus & voces*; sed הַאותִיּוֹת literas. Sic *Marcus Marinus*, *Canonicus Sancti Salvatoris Romæ*, edidit Venetiis Lexicon Ebraicum, in cuius præfatione Masoram his verbis commendat. Ne plura, inquit, errata in lege irreperent, provi- sum est ab *Ebreis Esdræ* tempore, opere illo admirabili, quod Ma- soret appellârunt, in quo, ordine & modo propè divino, omnia que in Bibliis sunt, enumerârunt, & quot, quoque modo scribantur, edi- xerunt. Eadem habet *Benedictus Arias*, in præfatione in Pen- tateuch. Bibl. Regior. In illo, inquit, *Thesauro*, quem *Masorez* appellant, tanquam in sacra & fideli quadam custodia, summâ dili- gentiâ & magno studio, constituta, antiquâ lectionis reliquæ, mo- numenta, indicia, vestigia, exemplâque omnia continentur, & ratio conferenda veteris & nova lectionis ostenditur: ex quibus quidem simul.

simul collatis, certa quædam via extat, ad cuius præscriptam normam, sacra mysteria indicari possunt. Adeatur etiam libell. Sim. de Muis de edit. verit. Heb.c.7. Sic Johannes Reuchlinus in speculo oculari: Non scio ullam nationem, quæ plus curæ & attentionis habet sacram Scripturam purè & verè conservandi, quam Iudeos. Sic enim ipsorum Biblia ad regulam sunt examinata, ut constet, quorū versūs sive cola, quæ בְּרִיאָה illi vocant, quilibet liber Biblicus in se contineat. Scitur etiam quoties & quo loco unaquaq; dictio in Bibliis extet: certa de illis in Bibliis melioribus est Masoreth, quæ sunt scholia quædam, ex quibus constat, num vel litera aliqua redundet, aut deficiat. Simile illi in nulla alia lingua unquam legi, nec ab ullo unquam homine audi vi, &c. Et Nicol. Fuller. Miscell. fac. lib. 3. c. 13. Quo consilio (veritatem Hebraicam intemeratam custodiendi) excogitata est à peritisimis Iudaorum magistris, subtilis quædam ars & curiosa, quam Masoreth dixerunt, hoc est, traditionem, vel rationem accuratissimam, tradendi per manus posteriorum Scripturæ Sanctæ Canonem, purum semper integrumque. Cujus beneficio non vocabula duntaxat, sed ipsas etiam literas in numerato habent: adeò ut nulla, ne minima quidem mutatio inveni queat ab hominibus, aut indoctis, aut oscitantibus, aut temerariis, quin è vestigio facile deprehendatur. Unde non inepte ab ipsis dicitur סֵג לְתֹורָה quasi septum veteris instrumenti, ad omnem inde labem metumque depravationis submovendum & propulsandum. Vide Schikhar. bechin. happ. p. 51. & Guadagnol. apud Haksp. p. 332. Desinat igitur Morinus præfat. in Bibl. Græc. mirari, qui fieri potuerit, ut tot viri docti crediderint, Iudeos codices suos illatos & incorruptos conservasse, Christianorum verò editionem, quam ab Apostolis acceperant, quam Canonicam credebant, statim violasse & adulterasse. Christianos codices suos Græcos aut Latinos adulterasse, nemo fatus dixerit: interim tamen ignorantiam linguarum originalium, temporis injuriam, Amanuensium ἀβλεψίαν non paucos in codices istos invexisse errores, jam suo tempore viderunt Patres. Quod ve-

10 Contextus Hebreus his non laborarit incommodis, ex singulari quadam Masoretharum factum industria. Vix certe negari potest, quod magnus ille Jurisconsultus, *Petrus Cunæus* de Rep. Heb.p. 157. monuit. Sed tamem ad hæc sera tempora quod attinet, sanè, si bene rationem putamus, haud exiguum est, quod illi genti nostra debet religio. Quinam sunt enim illi, qui nobis Biblica volumina sarta teata servavere, nisi Judæi? Quot menda scriptiorum in sacrum codicem irrepissent, si illius custodia solis Lactantius, Augustinus, Gregorius, Chrysostomus, viris sanctissimis, sed imperitis Hebraismi, mandata fuisset? Inter Græcos omnes Latinosque, qui veterem Ecclesiam rexeré, unus Origenes cum Hieronymo Hebraicè scivit, & fermè nimium dixi. Ceterinec elementa (paucis alijs exceptis, de quibus Melch. Canus in Loc.comm.p. 59.b.) quidem didicerant. Quare, si quid collapsum incuria librariorum esset, non tali auxilio, nec defensoribus istis tempora tunc egebant. At Judæis unum studium unâque omnibus cura fuit, libros Mosis, Variumque, & ea, qua Hagiographa appellantur, à temporum injuriis vindicare. Hæc laus eorum propria est. Nulla alia gens in illius gloriae societatem se offert. Vide etiam Fuller. Misc. Sac. p. 354. Nos potius miremur, quod idem ille Morinus Samaritanis adjudicet, cuius impossibilitatem agnoscit in Judæis.

D. His addi potest argumentum Augustini, & R. Gedaliae: petitum à codicibus passim diffusis atque dispersis. Absit, inquit libr. 15. de civit. Dei c. 13: ut prudens quispiam, vel Judæos: cuiuslibet per veritatis atque malitiæ, tantum potuisse credat in Codicibus tam multis, & tam longè latèque dispersis. Quod Ludovicus Vives, ejus commentator, hodièque illis opponi posse docet, qui falsatos & corruptos Codices veteris instrumenti ab Hebreis, & Novi à Græcis objiciunt. Id ipsum quoque urget Sixtus Senensis. Biblioth. Sanct. lib. 3. qui itidem absurdum esse putat Judæos, quantumlibet malos & perversos, in codicibus tam multis, & tam longè latèque dispersis in unum convenisse, & odio Christianorum, in corruptionem suorum volumi-

rūm conspirasse: ut scilicet, dum aliis inviderent scripturā veritatem, ipsi se ipsos veritate privarent. Atque hoc ipso argumento Codicūm N. Test. integratatem defendit aliquando *Georgius Monachus*, disputatione cum Abusalāma aliisque Ifmāelitis de religione habita.

Restat tertium assertionis nostræ membrum, Judæos nempe ne voluisse quidem fontes Hebræos turbare aut corrumperē, id quod probat:

I. Religio illa singularis, quā circa Codices sacros versantur, quorum integritati & fortunas suas, & vitam semper posthabuere, quod *Eusebius* lib. 7. Euas. τερτιον. ex *Philone* docet: πλέω δ' ἐν, inquit, οὐδὲ γίγινε τὸν μὴ φύμα γε ἀντές μόνον τῷ οὐπ' ἀντές γεγενηθέων πάντας, αλλὰ καὶ μυεῖνις ἀντές ἀποθανεῖν, ταύταις διατέλει, τοις οὐκέτι νόμοις ηγέτεον εραστία πειθαλεῖαι. Id est, per spatiū amplius, quām bis mille annorum ne verbum quidem eorum, quæ ab ipso scripta sunt mutasse, & quemlibet Judæum millies potius moriturum, quām quidquam legibus & moribus ejus contrarium suscepturnum. Imò eò usque ridiculè superstitioni comprehenduntur Judæi circa corticem externum Scripturæ, ut tradant, indicenda esse jejunia, & metuendum, ne totus mundus in pristinum Chaos, & in בָּהֵן primum redigatur, si quidem librum legis aliquando in terram decidere contingat, tantum abest, ut fraudē facere sacrō Codici studio sustineant.

II. Usque adeò vero codices vitiōsi Judæis non placuerunt, ut ne quidem exemplar Pentateuchi recens descriptum (nisi forte interea exactissima correctionis lima adhiberetur) ultra mensem domini suæ retinere potuerint. Ita enim expressè *Alpheus* אלpheus מונה א' ר' אמי ערך שלשים יומם מותר לשזהו: מכאן ואילך אסור לשזהו משות שנ אל תשבן באלהלך עללה. i.e. De libro legis nondum correcto ait R. Ammi, ad trigesimum diem licet eum retinere, sed ulterius & deinceps procrastinare nefas est, secundum illud (Job. 11. 14.) ne habitare finas in tabernaculo eius.

pravitatem. Majm.addit.7.12. אלא יתקן או יגנו sed corrigatur, aut removeatur. Quod si vero codex aliquis vel quatuor erroribus infamis fuit, prorsus, ab usu sacro removebatur, ne aliis fraudi esset. Ita enim idem Alphesius תניא ספר שיש בו שלש טעויותTraditio, si quis liber tria tantum errata continet singulis paginis, corrigibilis est, fin 4. rejiciatur. Id vero limitat Majmonides, & de erroribus omissio-

nis, non commissionis, vult intellectum, in Tephil.7, S.13. ברא שכתב המלא הscr שנמצא תולה האותיות ששכח בין השיטות אבל אם כתב החסר מלא אפלו יש בכל דף ורף כמה טויות הרי זה מתקן מפני שהוא גורר ואני תולח: dictum puta de eo, qui scripsit pro pleno defectivum, & suspendere cogitur literas, quarum oblitus est, inter lineas: at si contraria, redundans aliquid posuerit, quamvis in singulis paginis plura commiserit errata, tamen ea corrigeret licet; ratio, quia tantum eredit superfluum, nihil suspendit. Pro insana-

bilibus habentur sphalmata spaciorum & carminum c. 8.S.3. אבל אם טעה בריווח הפרשיות וכותב פתוחה סתוםה או ספ' או ששינה צורת השיר' הרי אין לו תקנה אלא לסלק את כל הרף שטענה בו Erratum si aberravit in spaciis Parash, aut scripsit Apertam pro Clau- sa, vel contra, item si canticorum formas pervertit, ecce non habet aliam correctionem, nisi ut prorsus tollatur universa columna talis. Quid vero de reprobatis fiat exemplaribus Majmonides accipe verbis. Ea aut in usum Scholasticum transferunt, juxta illud Hil.Tephil.c.7. S.11. אם כתב פ' פתוחה סתוםה או שירה כשר

הכתב אין בו קדושת סת' כלל אלא כחומר שמלמדין בה התינוקות i.est. Si paragraphum apertum pro clauso scripsit, vel carmen instar prosae, nulla prorsus in eo sanditas est, sed habetur ut Pentateuchus, è quo parvulos instituunt. Aut sepeliunt cum hominibus probis c. 10.v.3. שבלה אז שנספס נותנן אותו בכלי חרש וקוברין. אצל תלמידי חכמים וזה הינו גינויו מטבחות שבלו עושין תבריכין למת Libros in veteratos vel profanatos includunt yasi testaceo & sepeliunt juxta studiosum sapientiae. Et hæc ipsa est illorum remissio, vel

vel occultatio. Et in teaminibus autem senio aeternis faciunt involuera mortuo praecepti.

III. Si Judæi falsare voluissent, inquit, Bellarm. de verbo Dei lib. 2. c. 2. Divinas Scripturas, in odium Christianorum, sine dubio precipua vaticinia sustulissent. Id autem minimè fecerunt; siquidem ea, in quibus discrepant Hebræa à Græcis & Latinis, sæpe nullius momenti sunt, quantum attinet ad fidem, & religionem, & sæpe codices Hebræi magis Judæos vexant, quam Græci aut Latini. Certè in 2. Psal. Latini & Græci habent: Apprehendite disciplinam, ne irascatur Dominus. Ex quo nihil aperte contra Judæos deduci potest: at in Hebræo est נְשָׁקֵן־בָּר osculamini filium, ne irascatur, id est, reverentiam exhibete filio Dei, ne ipse irascatur, &c. qui locus est invictissimus contra Judæos. Anne igitur credibile erit, Judæos mutasse Scriptaram, ut luculentius Dei filio testimonium perhiberet? Vide & Ferd. de Escal. l. 6. c. 3. p. 356.

Inferimus tandem ex iis, quæ diximus

I. Judæos fontes Hebraicos malitiosè nec corrupisse, nec corrumpere potuisse, nec corrumpere voluisse.

II. Neque etiam, incuria amanuensium, aut temporis injuria, sic à prima sua origine degenerasse, ut aut fontium nomen amiserint; aut rivulis Latinis & Græcis turbidiores fluant. Non dicam quidem, (verba sunt Cl. Buxtorfi de punct. antiqu. & orig. part. I. p. 281.) quod Santes Pagninus olim in Praefat. Grammaticæ sue scripsit & dixit: Hebræa verò volumina nec in una dictione corrupta reperies. Neque enim existimo tales esse, ut in nullo planè punctulo, apiculo, aut literula, à primis Mosis & Prophetarum autographis, apographa unquam discesserint, aut nullū omnino virtutē vel levissimū in eos irrepererit. Nam ne ipsi quidem Judæi hoc asserunt, qui & antiquitus jam exemplaria corrupta, sed ab Esra iterum correcta & restituta fuisse; & posterioribus temporibus, cum inter celebres Authores, tum inter exemplaria varia, dissensiones & discrepantes quasdam lectiones notant. Tales sunt præter Notas τε Κερι ukeſſ, dissensiones de quarundam

vocum lectione inter Judæos Orientales & Occidentales, & inter Ben Ascher & Ben Naphtali. Sic memorant aliquando, nec disimulant, varietates nonnullas ex libris quibusdam Manuscriptis celeberrimis & magna authoritatis; ut E.G. Librorum Hierosolymitanorum, Babylonicorum, Hispaniensum, Exemplaris Hillelianij, Pentateuchi cuiusdam Hierichuntini, Sinaitici, &c. Mentionem faciunt Punctatorum, cum in genere, cum nominatim quorundam in specie, R. Moses Londinatus, Rabbenu Gerson Parisiensis, &c. & dicunt, quod unus seu Liber seu Punctator, vocem hanc sic, aliud aliter punctet: Meminerunt etiam librorum correctorum, & per consequens tacite etiam minus correctorum: Redarguunt etiam sape exemplaria quedam diserte erroris. Sed an propter istas varietates in dubium vocant autoritatem totius codicis Hebraici, & omnium Apographorum? Nequaquam. Vide alia testimonia apud Morin. p. 37. & deinceps.

III. Proinde (quod Bellarminus inscitè vellicat) nec *Calvinum* in Antidoto Concilij Tridentini, nec *Chemnitium* in examine ejusdem Concilii, nec *Georgium Majorem* præfat. in *Psalmos*, nec quoscunque alios Reformatos incongruè fuisse locutos, quotiescumque ad *Hebræum* contextum, quem purissimum fontem, ad *νοέτως νόμοντος* Pontificiorum exemplum, non semel tantum appellant, omnia examinari & emendari voluerunt. Sic enim senserunt & illi, ad quorum auctoritatem Pontificij, tanquam ad anchoram, alias confundunt. *Ut enim*, inquit Hieronym. epist. ad Lucinium (vide & ad Marcellam & præfat. in Josuam) *veterum librorum fides de Hebreis voluminibus examinanda est*, ita *novorum Græci sermonis normam desiderat*. Quæ ipsa verba in Decreto quoque *Gratiani*, distinct. 9. Canon. *Ut veterum, &c.* leguntur. Et in c. 8. *Zachar.* Cogimus ad *Hebræos* recurrere, & scientia veritatem de fonte magis quam de rivulis querere. Sic epist. ad Suniam & Fretellam: *Sicut autem in Novo Testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci*

Græci sermonis, quo Novum scriptum est instrumentum: ita in Veteri Testamento, si quando inter Græcos & Latinos diversitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, ut quicquid de fonte proficiatur, hoc queramus in rivulis. Ita etiam Augustinus de doct. Christ. lib. 2. c. 11. Et Latinæ quidem linguae homines, quos nunc instruendos suscepimus, duabus alis ad scripturarum divinarum cognitionem habent opus, Hebræa scilicet & Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas.

IV. Eam demum regiam esse viam (loquimur hic tantum de V.T.) ad decidendas fidei controversias, affectos & afflictos hominum erigendos animos, exorbitantes ad æqui & honesti tramitem reducendos, quam originalis monstrat textus Hebræus, cuius dulcedine, ἔργεια, & mellifluo dicendi genere mirum quantum Auditorum mulceri possunt aures, & fleti corda. Nunquam enim vel Ecclesiastes, vel Doctor publicus de mente & sensu Spiritus Sancti, Hebraicè loquentis, certus erit, nisi eum ex fontibus Hebræis vel fideliter eruerit ipse, vel ab aliis erutum proposuerit. Temeraria enim nimis vox eorum est, qui, cum linguas sacras ne à limine quidem salutarunt, multa tamen apud imperitam plebem de abstrusioribus Scriptaræ locis garriunt. Contrà verò, ubi diligentius quis ad verba Hebræa V. T. attenderit, emphasis eorum enucleaverit, ad usum vulgarem applicuerit, reapse comperiet, verissimum esse πολυθρύλλων illud:

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Dico (verba sunt Alphonsi Mendozæ, Monachi Hispani in quæst. posit. quæst. 10.) non posse verè dici Theologum, qui in Hebraicis literis non mediocriter fuerit institutus. Hoc quām vere, quāmque appositè sit dictum, animadvertiscunt illi, qui Linguae sanctæ præsidio muniti, felicissimè contra quoslibet adversarios, Pontificios præsertim, pugnârunt. Campanella (ait Sixt. Amama in paræn. p. m. 201.) querebatur, hæreticos Bel-

gas, totumque adeo Arctoum orbem, adversus Papatum Grammaticale bellum gerere, ideoque questiones Grammaticas cum hereticis abrumpendas, eosque à studiis istis abducendos suadebas. Ita truerunt arma hæc Grammaticalia Secretarium illum Pontificis, ut Julio IV. de abrumpendo Concilio author fuerit. Ego vero, scribit actione prima oper. Verg.t. i.p. 12. contrà Beatisime Pater, planè affirmo, nihil posse à nobis fieri periculosis & pernitiosius, quam si finantur in Concilio, quæ voluerint loqui. Negare enim non possumus, quin inter ipsos multi sint solidè docti, & disversati atque exercitati in ipsis Bibliorum fontibus, & in veteribus scripторibus: nōrunt etiam linguis, Graciam atque Hebraeam. Itaque si hi congregiantur cum nostris, multa certè imminebunt pericula. Scis enim tuos Episcopos esse ferè literarum rudes, volupptati autem ac deliciis deditos. In summa, mallem ego quidem congressum, & pugnam illam prudenter declinari. Quid putas? illi rectâ in vaderent & impeterent tuum primatum, rectâ Missas, rectâ purgatorium. Huc facit ingenua illa confessio Turriani adversus Sadeelem p.m. 132. Ego, Antoni, ut tu dicis, non veni ad autographum Hebraicum, quia nec Hebraicè scio, nec mihi hoc loco Hebraicè scire opus erat. Contemnere LXX. & Hebraicum præferre, nihil aliud est, quam absentari Judæis. Ipsam hanc in Scholasticis ignorantiam per annos 400. fatetur Canus Loc.C.p. 59. Viden' quibus adversarii feriendi sint telis! Exemplis variis, nī calamus intra brevitatis cancellos esset coercendus, porfimatis hujus veritas illustrari posset: fiet autem, ἵνα μὴ Ελάπηρόθεται, alias. Studioso interim lectori satisfacent, quæ diligenter collegit Sol. Glæsius in Philologia sacra, Illyricus in Clavi Scripturæ. Generales etiam aliquot hic pertinentes præceptiones dedimus in Erotemat. nostris Gramm. p. 74. 75.

V. Insulsam igitur & planè ἀλογον illorum esse argumentationem, qui contextum Hebraeum corruptum statim & depravatum calumniantur, quando vel latum unguem à rivulis, Translationibus aut etiam transcriptionibus, discedit. Nam, quod

quod opportunè hoc loco moneri putamus, non alio nomine corruptus Hebræus, sciolis quibusdam, contextus est, quam quod in nonnullis aliter legatur in editione *Samaritana*, aliter in *Latina*, aliter in *Græca*, aliter in *Chaldaica*: pauci notantur errores, quos vel Judæorum malitia, vel superstitiosa quedam curiositas, vel temporis pepererit injuria.

*Vindicia locorum V. T. quos corruptos
volunt Pontificii,*

A. Quia aliter leguntur in Samaritano Cod.

I. Genes. 4 v. 8. Hebræus habet וַיֹּאמֶר קִין אֶל־הָבֵל אֲחֵיךְ & *locus* est *Kain cum Abele fratre suo*. Samaritanus verò addit נַכְרַת הַשְׁדָּה, quæ verba necessaria omnino, & sensum, alioquin hiunc, experimentia, ex codicibus Hebræis eraſa esse existimat. *Morinus* in *Exercit. Samarit.* p. 219. & præfat. ad *Bibl. Græc.*

Verùm non necessariò locum hunc ex codice Samaritano ita restitui, prolixè probavimus in *Exercit. Anti-Morin.* p. 45. Totius rei summa hoc redit, *alios* quidem in præsenti Genes. loco manifestam observare ellipsis; *alios* non item.

Qui Ellipticè textum exponunt, sua quique libertate & judicio fruuntur. *Quidam* lacunam simpliciter indigitant, parùm solliciti, qua ratione commodissimè suppleatur. Tales erant *Masorethæ*, *Liranus*, &c. *Alii* ulteriùs progressi, non tantum quod, sed & quid hic loci desit, conjicere conantur. Unde codex *Samaritanus*, editio *Græca* (in qua ejusmodi locutionum Ellipticarum supplementa & alibi reperias: vide 1. Reg. 2. 32.) *Latina*, *Syriaca* & *Arabica* *Ibn-Sinæ* addunt: *Examus in agrum: Paraphrastes* verò *Hierosolymitanus* prolixum satis, inter Kainum & Abelem, de vita æterna, de extremo judicio & providentia divina, introducit colloquium. Anne verb propterea jam contextum Hebræum tanquam mutilatum, & imperfectum convitiabimur, quod alii paraphrasticae liberta-

ti, aut mori gentis sua (prout frequens est Judæis, qualibet arrepta occasione, talia comminisci colloquia, ut exemplis probat *Hakspan*. lib. cit. p. 408;) indulgentes, de suo aliquid addiderunt? Minime verò Non ideo Ecclesiæ sunt concessæ versiones, ut per eas contextui authentico quicquam derogetur; sed potius ut, ubi in rivulis aliquid desideras, illud ex fontibus emendes. Et quamvis verba illa, *Exeamus in agrum*, illustrationis ergo (cui tamen tantum quantum quisque velit, tribuere potest) inserta, orthodoxi non statim, tanquam impia, *neq; morosa* condemnant, aut nigro theta prorsus noctent, iis tamen nemo vitio vertet, si ea, cum Cyrillo, *apocrypha*, & cum Hieron. quæst. in Genes. *superflua* dixerint. Reliqui, qui Ellipsis nullam hoc loco admittunt, quomodo Phrasin Hebræam explicitent, loco citato fusiùs à nobis dictum est.

II. *Exod.* 12. v. 40. ita habet יְשֻׁבֹּו אֶשְׁר יָשַׁבְוּ בְּמִצְרָיִם שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וְאֶרְبַּע מֵאוֹת שָׁנָה. *Habitatio autem filiorum Israël, quā manserunt in Aegypto, annorum fuit quadringentorum & triginta. Samaritanus vero & Græcus contextus: Habitatio autem filiorum Israël, & Patrum eorum, quā habitaverunt in terra Chanaan, & in terra Aegypti, annorum fuit quadringentorum & triginta.* Cūm itaque certum sit, & ex genealogiarum serie luce meridiana clarius constet, non tam diu hæsisse vexatos Israëlitas apud Ægyptios, *Morinus* existimat, siquidem ex lectione textus Samaritani, immane quantum à veritate Hebræa diversa, omnis difficultas statim evanescat, non Hebræos, vel hic maximè falsatos, sed Samaritanos Codices esse audiendos. Verum, gratis hunc locum accenseri corruptelis textus Hebræi, probamus 1. Ex constanti Codicum Hebræorum consensi. 2. Ex Paraphrasi Chaldaea, vulgata Latina, Saadiæ Arabica, aliisque versionibus probatis, quæ contextum Hebræum *υπό τρόπῳ* sequuntur. 3. Ex antiquissimis scriptoribus, Judæis & Christianis, qui quidem in explicatione hujus loci utut

ut ut multum se torserint, in ea tamen quicquam mutare religioni duxissent, utpote qui nodos ejusmodi non intempestivè, cum periculo authoritatis scripturæ, secandos, sed modestè solvendos, aut tanquam imperfectionis nostre testes, intactos relinquendos esse, & didicerunt ipsi, & suo exemplo docuerunt alios.

Nec obstat, plausibiliorem esse lectioem Codicis Samaritani, quam Hebræi. I. Enim, temerariū est, stylum Spiritus S. nostro metiri velle modulo, neque is statim appositissimus est Sc. S. sensus, qui examini humano optimè convenit, sed in illo potius hominum ingenio acquiescendum, quem sacra sancta V. & N. T. monumenta authentica referunt, sive capiat mens nostra, sive non capiat. Si enim semel hæc ruimperentur repagula, & limites S. Sc. *αὐτοὶ τελεῖν τοις* mutarentur, quæ statim insequeretur malorum *ἱλιας*? si cuiuslibet arbitrio commissum esset, loca Scripturæ *ἐν τῷ οφελῷ* pro lubitu suo emendare, quam bone Deus, tandem Biblia ab hominibus, ad *καυνημάτων* pronis, cuderentur profana! Sentimus igitur cum Augustino. *Distincta est*, inquit, à posteriorum libris excellentia Canonicae authoritatis. *Ibi* siquid velut absurdum moverit, non licet dicere, auctor hujus libri non tenuit veritatem: sed aut codex mendosus est, aut interpres erravit, aut tu non intelligis. Cont. Faust. Lib. XI. c. 5. Diu sane est, ex quo lectio hæc in Codices Græcos & Samaritanos irrepit, at ut Judæi eam contextui Hebræo, superficie tenus haud contemnēda difficultate laboranti, preferrent, adduci nunquam potuerunt. Etiam illi, qui pro translationis Græcæ authoritate, tanquam pro aris & focis, decerant, hunc tamen locum, tanquam studio *παρεργονός* d'ira, obelo transfixerunt. Vide Meor Enajim p. 47.

II. Ut ut locus in contextu Hebræo, propter geminam Ellipsis, intricatus videatur & *δυσρόνιθ*, non tamen sic perplexus est, quin placidis ingenij in explicatione ejus possit satisfieri. Quin imò non aliter haec tenus eruditæ in hoc enodando

loco fuerint versati, quam ipsi illi, qui contextui Samaritano
 & Græco id inseruerunt, quod commentariis reservandum erat.
 Nec modestia Christiana suadet, nec infirmitas humana per-
 mittit, sic statim in ipsam textus seriem, tanquam authenti-
 cum infercire, quod cujuslibet allubescit ingenio. Non Sama-
 ritani, non Græci, non ullis aliis ademtiam volumus liber-
 tam longa consuetudine in translationibus usurpatam, mo-
 dò alii nobis eam in legem immo tyrrnidem convertere, &
 conjecturas suas, ut molissimum loquamur, pro verbo Dei ob-
 trudere desinant. Consule ex Theologis reformatis *Pellicanum*,
Calvinum, *Tremelium*, *Osiandrum*, alias. Ex Pontificiis *Hiero-*
nymum ab Oleastro. Ex Judæis librum *Chin.* in proleg. pag. 11. b.
Zemach David part. 1. p. 6 fol. b. & p. 18. fol. 2. *Juchas*. p. 9. fol. b.
R. Salom. & *Aben Esr.* comment. in Exod. R. *Isaac Karo*, qui
 omnes eodem ferè modo, (sanctius tamen & religiosius mo-
 destiæ observatis limitibus, utpote qui non tanquam contex-
 tus authentici verba, sed meditationes tantum & conjecturas,
 vero maximè similes, exhibent) quo Samaritanus & Græcus,
 locum explicant de habitatione Abrahaim, Isaaci, & Jacobi
 in Ægypto & aliis locis per Synecd. in scripturis usitatam:
 sed ipsa nunc R. *Levi* afferre placet verba
 שהו מירדי מצרים ואם אתה מונה כל ימי חייו ושני חי' עמר בני
 ושננו' שנה של משה שהו בן שמנים בעומדו לפנינו פרעה לדבר אליו
 להוציא את בני ישראל ממצרים לא יעלו נולט כי אם שנ שנה אלה
 שבאה הפירוש על זה רמשעה שנאמר לאברהם כי גור יהיה ורעד מתחילה
 החבון הטל שנה ופירוש הפסוק כן ומושב בני ישראל אשר ישבו
 במצרים ובשאר ארץות כלומר שהתחילה לגלות ה' טנה רמשעה
 שנאמ' לו לאברהם כי גור יהודת ודעך התחילה עליו הצער ופשם
 התחלה החבון: ואל יקשה עלייך אמרו בני ישראל שהרו אמרו
 במדרשי אברהם נקרא ישראל שנ' ומושב בני ישראל: ומזה אמר בנו
 ישראל לך בני ישראל וישראל אבל מפני שהתחילה הצער לא בלבבות
 בלוט הבנים והציאו הבתוב בלשון זה ומה שאם' במצרים ים כן
 לאו

לא רוקא אלא כלומר בגולות ; ומה שהוציא הכל בלשון מזרים לפה
 שם היה עיקר הגולות ואחר העיקר הכל הולך ועליו נקרא לעולם
 Id est: Reperimus de kahato, filio Levi, quod fuerit ex descendenti-
 bus in Aegyptum: quod si vero numeraveris omnes dies vita ejus,
 & annos vita Amrami, filii ipsius, adjeceris etiam annos 80. Mosis
 (tot enim annos natus erat, cum staret coram Pharaone, eumque
 compellaret, pro educendis Israëlitis ex Aegypto) non superabunt
 omnes illi nisi annos 350. Proinde explicatio hujus loci petenda est
 ex hora illa (Genes. 15.) ubi dictum est Abrahamo: Peregrinum
 erit semen tuum: hic enim incepit afflictio, atque hinc initium nu-
 merandi faciendum est, &c. Neq; vero te moretur, quod mentio fiat
 filiorum Israël, ecce enim dicunt in Midrasch Abrahamum voca-
 ri Israëlem, q.d. Et habitatio filiorum Israël. Quid vero sibi vo-
 lunt verba filiorum Israël? Intelligi nempe debent filii Israël, &
 ipse Israël (id est, Abraham & posteri ejus) quia vero afflictio
 patris originem trahit ex ipsa annuntiatione exilii filiorum, Scrip-
 tura ita haec efferre amat. Quid vero est, quod Scriptura Aegypti
 tantum faciat mentionem? Neque id ita præcisè intelligi debet, sed
 quodlibet exilium. At quæ causa quod nomine Aegypti potissimum
 utatur? Propterea quod ibi præcipuum (Israëlitarum) fuerit exi-
 lium, ab eo vero, seu potiori, semper fit denominatio.

III. Deuter. 27. versus ultimus ita habet אַתָּה אֲשֶׁר לֹא יִקְרֵב אֶת רְבָרִי הַתּוֹרָה הַזֹּאת לְעַשׂוֹת אֹתוֹת וְאָמַר בְּלַדְבִּיעַ אַתָּה אֲמֹן: id est,
Maledictus, qui non præstiterit verba Legis hujus, faciendo ea: &
dicito totus populus Amen. In Samaritano vero: Maledictus o-
mnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Le-
gis, ut faciat ea, planè prout in codice Græco & ab Apostolo ad
Gal. 3. v. 10. citantur. Ad quæ verba ita commentatus est B. Hie-
ronymus: Hunc morem habeo: ut quotiescumque ab Apostolis de
veteri instrumento aliquid sumitur, recurram ad originales libros:
& diligenter inspiciam, quomodo in suis locis scripta sint. Inveni
itaque in Deuteronomio hoc ipsum apud LXX. Interpretes ita po-
situm:

fitum: Maledictus omnis homo, qui non permanserit in omnibus sermonibus legis hujus, ut faciat illos: & dicet omnis populus, verē. *Symmachus*: Maledictus, qui non firmaverit sermones legis istius, ut faciat eos: & dicet omnis populus, amen. *Porrò Theodotio sic transtulit*: Maledictus, qui non suscitaverit sermones legis hujus facere eos: & dicet omnis populus, amen. *Ex quo intelligimus Apostolum, ut in cæteris, sensum magis testimonii posuisse, quam verba: & incertum habemus, utrum LXX. interpretes addiderint, omnis homo & in omnibus: an in veteri Hebraico ita fuerit, & postea à Judæis deletum sit.* In hanc me autem suspicionem illa res stimulat: quod verbum omnis & in omnibus, quasi sensui sit necessarium ad probandum illud, quod quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sint: *Apostolus, vir Hebraea peritiae, & in lege doctissimus, nunquam protulisset: nisi in Hebreis voluminibus haberetur: quam ob causam Samaritanorum Hebraea volumina relegens, inveni* לְבָבֶן: *quod interpretatur, omnis siue omnibus, scriptum esse: & cum LXX. interpretibus concordare. Frustra igitur illud tulerunt Judæi: ne viderentur esse sub maledicto, si non possent omnia complere quæ scripta sunt: cum antiquiores alterius quoque gentis literæ id positum fuisse testentur.* In quem etiam sensum habetur in catena Patrum Msc. Tὸ ἐν πᾶσι κείμενον δὲ τοῖς εἰδομένοντα, πυρετῷ δὲ τῇ σαμαρειτικῇ ἀπηγόρευσεν δὲ τὸ χόλον (לְבָבֶן) διπερ βεβίον πάντα, οὐ πάντα. Atque hinc Morinus contra codicum Hebraeorum integritatem pugnat; *Præfat.Bibl.Græc.S.15. Et in Exerc.Bibl.p.313.*

R. Neg. vel umbram corruptionis comparere I. quia Propositio indefinita, universali equipollent. Maledictus, pro maledictus omnis, &c. quæ loquèdi ratio recurrit *Jer.11.v.3. Maledictus vir, qui nō audierit verba pacti hujus.* II. Quia si Judæi sponte, ut meliori potirentur conditione, aut legis maledictione se eximerent, hunc falsè assent locum, utique in commentariis suis de præfigenda universalitatis nota tam strenuè non laborescent. Monet quidem *Aben Esra* comment. in hunc locum.

non deesset, (vide *Toled. Iizhak* p. 107. b.) qui anathematissimum hunc restringant ad eas tantum transgressionum species, quarum catalogus sub finem capitum hujus pertexitur; quin & ipse ad praecpta duntaxat negativa refert; moneta tamen, esse, qui fulmen hoc vibratum contendant super tota lege i.e. contra transgressores quorum cunque legis praecptorum. Ex quorum numero est R. *Bechaj*, cuius verba ad hunc locum hujuscemodi sunt: *וְהַכְלֵל הַמְצֻוֹת שֶׁבָּתוֹרָה* *Summatim* hoc intelligi debet, de omnibus praecptis legis. Et R. *Sol. Jarchi*: *כִּאן כָּל לְאַת כָּל הַתּוֹרָה כָּלָה וּכְבוֹדָה* *וְלִיהְתֵּן בָּאַלְהָה וּבְשָׁבּוּעָה* *comprehendit hic* (*Moses*) *universam legem, quam suscepérunt iuramento & exsecratione.* III. Quia nulla ejus apparent vestigia in antiquissimis versionibus, non in Chaldaica *Onkelosi*; neque in Graeca *Theodotionis, Symmachi*; neque in Latina vulgata; neque in Arabica *Erpenii*, aut R. *Sadiae*. Habet quidem codex *Syrus Maledictus omnis*, in ceteris verò sequitur veritatem Hebraicam. *Græcos LXX*, notam universalitatis addidisse, non diffitemur: non quòd (ut Hieronymus *suspicatur*) *in veteri Hebraico ita olim fuerit, & postea à Judæis deletum sit*; sed quia ipsi interpres de suo illam addiderunt, majoris perspicuitatis ergò, quam ipsam libertatem, Samaritanis non invidemus, imò presso pollice approbamus: non quòd assensum hunc per se mereatur codex Samaritanus, tanquam authenticus, sed quia propositionis hujus universalitatem, tum circumstantiae evincunt, tum *αὐτούς οὐδεὶς θέως* S. Pauli authoritas *Gal. cap. 3. confirmat.* IV. Nimis verò confidenter Morinum Hieron. verba in suas pertrahere partes, monet *Maius Cens.* in Exerc. III. c. I. *Ac ut Samariticus tuus codex neotericus legat OMNIBUS, non tamen omnis, quod tamen S. Hieronymus affirmat, se reperiisse in Samaritanorum Hebræorum voluminibus. Igitur aliquid nunc Samaritico exemplari deest, quod olim habuit.* Et sancè; sive nostra factum sit *ἀβλεψία*, sive codicum varietate; nullam in collatione textus Hebræi cum Samaritano ali-

quando hic deprehendimus differentiam. V. Ecqui tandem locum hunc credent mutilatum, cùm, ut ipse fatetur *Morinus* in Exercit.Bibl.p.313. *Hieronymus illum ex Hebræo verbum è verbo verterit, nulla additione aut correctione facta. Ecclesia quoque hunc locum juxta ipsius versionem nobis legendum exhibeat?*

V I. Ad *Hieronymi* conjecturas respondet *Glossius Philol.* Sacr.lib.1.p.81.& *Muisius lib.cit.contr.Morin.p.78.*

IV. Quartum locum *Morinus* affert ex *Num.24.v.7.* quem corruptum propterea vult, quod habeat נָאשׁ, pro quo in Samaritano legitur נָאשׁ. Verum ita frivola & jejuna haec est *Morini* exceptio, perpetuam petitionis principii fallaciâ laborans, ut ei diluenda diutius immorari opera preium non sit. Si enim omnia ista loca situm aliquem aut squalorem contraxerunt, quæ aliter extant in codicibus Samaritanis quam Hebraicis, aliis longè arietare possemus veritatis Hebraicæ authentiam diversitatibus, quibus semel admissis, nova prorsus Veteris T.nobis fingenda esset facies. Vide *Exercit.* nostras Sect. 47.& deinc.

B. Quia discrepant ab Editione vulgata.

Patroni *Editionis vulgatae* ita ejus auctoritatem pertinaciter defendunt, ut & illis corruptū sit & mutilatum, quicquid vel transversum unguem ab ea recedit. Ut igitur & his satisfaciamus, atque per illorum insultus immota persistat veritas, speciale præcipuorum locorum examen instituemus.

I. Primus est *Genes.3.v.15.* רַאשׁ *Ipse* (Messias: vide Mylleri Rabbin.cap.2.p.99.) conteret tibi caput. Vulgata vero, nominatimque *Sixti V. Clementis VIII. Latinæ; Dietenbergeri Germanica*, imò omnes penè, *Rainold. contr. Hartum p. 135.* editiones, *Ipse* (Maria) conteret tibi caput, quam quidem lectionem non tantum defendunt Pontificii plerique, sed etiam magna inde religionis suæ exculpunt mysteria, vide censur. *Sixtini Amam.* in *Genes.* p.9.& *nostri oðnyz part.* I.p.258. & deinc.

deinceps & part. 2. p. 36. & p. 139. Neque verò hæc iis falsâsse sufficit: *Canisius, Dietenbergerus*, aliquem magni nominis Pontifici ipsos fontes Hebræos hoc loco corruptos censeri malunt, quām ab illicita sua desistere Mariolatria, cuius fundamen-tum ferè in hac *trahere puluaria* ostendunt, fatente *Francisco Georgio Minorita: Ex falsa traductione*, inquit tom. 1. probl. 55. quā habetur, ipsa conteret tibi caput. *Latini communiter tribuunt hanc victoriam Reginæ celorum. Quæ licet sublimior sit, quām dici queat, tamen dabimus victori triumphum hunc, cui ex veritate literæ debetur.*

Textum autem Hebræum hic loci integrum esse & salvum, contra *Bellarminum, Canisium, Gretserum, Gordonum, Carbonarium*, aliósque Pontificios defendimus

A. Exemplo veteris Ecclesiæ Judaicæ, quæ constantissime legit *Ipse*. Neque etiam in paraphrasibus suis, cuiuscunque Linguae sint, aliter Judæi verterunt.

B. Ecclesiæ Græcæ, quæ editionem LXX. viralem secuta, masculinum retinuit, ἀντὸς τηρίσει (pro יְשׁוּרָק leg. שׁוּרָק à τηρεῖν, σει τηρεῖν significante) *Ipse observabit.*

C. Ecclesiæ priscæ Latinæ, teste *Petro Picherello* opuscul. Theolog. p. 323. Porro, inquit, *vulgata apud multos lectio*, *Ipse* conteret caput tuum, fidem & auctoritatem obtinuit: sed nec Græcorum, nec plurimorum Latinorum veterum Bibliorum, culpa. *Integrali* etiam intellexerunt, conservârunt & retinuerunt multi quoque ex Latinis patribus. Irenæus, ut habemus, *Latinus lib. 3. cap. 38. lib. 4. c. 78. & lib. 5. sectione*, Omnia ergo recapitulans. Cyprianus *Testim. advers. Judæos lib. 2. c. 9.* postquam dixisset, Hoc semen prædixerat Deus de muliere procedere, quod calcaret caput Diaboli, in Genesi, citat locum hunc juxta Græcos, qui habent, *Ipse* (εἰτε) ut, sicut dictum est, & veteres Latini quidam codices: & *Leo Papa sub initium Sermonis 2. in nativit. Domini. Denuntians*, inquit, serpenti futurum semen mulieris, quod noxiis capitum elationem sua virtute contereret. *Facilis autem*

(quod ipsum etiam monent de prima loci hujus mutatione *Calvin.* & *Sixt.Ama*. ille comment.hic censur.in Genes.) fuit lapsus ab Ipse, ad, Ipsa, maximè quum intuitu primo non apparet quo referendum esset masculini generis relativum, Ipse: contraria autem præcessisset antecedens fæmininum, Mulier: cum quo conveniret ipsi relativio fæminino Ipsa.

D. Neque aliter legunt Arabes, ut *Erpen.* & *Saad.* Paraphrases testantur.

E. Accedit Doctorum Pontificiorum confessio, quâ candidè fatentur, rectius legere Hebreos *Ipse*, quam Latinos *Ipsa*. Vide *Lindan.* de optimo genere interpr.lib.3.fol.127. *Consenserunt*, inquit, (cum contextu Hebreo) *D.Hieronymus*, quæst. *Hebraicis*. *Roberti codices*, vet. *Ger.O.S.* hoc est vetus *D.Germani*: oblongū & sorbonicum correctorium: suffragantur 4. *Lovanenses*. Adde *Hartum* colloq.cum *Rainold.p.134.* *Vatablum* in Notis: *Canum*, *Cajetanum*, *Steuchum*, *Pagninum*, *Ariam Montanum*, *Felisium*, *Riberam*, *Pererium*, quos citant *VVitrik.* & *Lubbertus* disput. advers. *Bellarum.* Controv. i. *Sixt.Am.* censur.in vulg. vers. *Chamier.* panstrat. tom.1.p.516.& tom.3.p.113. *Gomar.* contr. *Corster.* p.27.

F. Tandem etiam *scopus Spiritus S. & ratio Grammatica*: Pronomen fœmininum respuunt. Sive enim cum *Eucherio*, *Procopio*, *Augustino*, *Chrysost.* *Calvin.* (comment.in hunc locum) al.ijsq;, per semen mulieris genus intelligas humanum; sive semen illud benedictum, Christum mundi Servatorem, cum veteribus multis, recentioribus item *Zwinglio*, *Pellicano*, *Martyre*, cæterisque Theologis Reformatis, quorum sententiam doctissimis non ita pridem (post *Pareum* comment. in Gen.p.129.) solidavit rationibus *Joh. Myller.* Rabb.sui cap.2: non potest non locum habere pronomen *nisi Ipse*. *Ratio vero Grammatica*, verbum nempe futuri Masculinum, contradicentes ita refutat, ut nullum eis sit tergiversationis refugium, ait *Lindan.* loc.jam cit.

II. Genes. 6.v.3. לֹא יָדוּן רֹוחַ בְּאָדָם Non contendet Spiritus meus cum homine. Vulgatus verò Non permanebit. Unde *Lindanus*, *Cornelius à Lapide*, aliique inferunt, codices Hebræos vitium hoc loco contraxisse. Sed respondemus, nihil prorsus obstande, quò minùs lectio Hebræa possit contra vulgatum defendi. Confirmatur enim ea 1. Ex constantissimo codicum Hebræorum & Samaritanorum consensu. 2. Ex circumstantiis & intentione Spiritus S. quæ satis clare in textu ponuntur. Innuit nempe Moses, Deum; per αὐτῷ πάντας; litem cum genere humano abrupturum, nec diutius contentionis ferram cum eo reciprocaturum. Diu satis se connivisse, nunc tandem, nisi ad præstitutum 120. annorum (ita enim *Targum Hierosol.* & ex Patribus non pauci, quos refert *Tirinus* in comment. explicant) tempus resipuerint, pœnam se iis gravissimam irrogaturum. 3. Ex translationibus veterum, tum *Hieronymi*, quæst. in Gen. In *Hebræo*, inquit, scriptum est: Non judicabit Spiritus meus homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt, &c. tum aliorum: vide R. Salom. *Farch. comment.* 4. Imo nec ipsa nobis hoc loco contraria est editio Vulgata, si audiendi sint, qui permanendi significationem ex voce Hebraica, variis interim sententiarum distracti divortiis, exculpunt.

Alii existimant verbum יָדוּן (unde futur. יָדוּן) & *judicare*, & manere, seu *veluti judicem sedere*, significare. Sensum igitur versionis vulgatæ esse: Non permanebit vel sedebit, ut *judex*, Spiritus meus in homine, quod perinde est, ac si dicas: Non judicabit Spiritus meus in homine. Sic *Sint. Senenf. Bibl. S. p. 676.*

Alii statuunt, Interpretem vocem istam, cùm vocalibus careret, punctionasse יָדוּן eamque à יָדוּן vaginam norante derivasse. Unde *Pagninus* in prima editione: Non erit ut in vagina Spiritus meus in homine: & *Cajetanus*, Non vaginabit Spiritus meus in homine. Vide *Calvin.* in Genes. & *Polan.* in Syntag. Theolog. p.m. 245. Verum, recte jam multi observarunt, vi-

lentam hanc, & fidiculis quasi extortam esse explicationem, cui nec ratio Grammatica, nec ullum exemplum patrocinatur. Consule Notas *Vatabli*, censur. *Sixt. Am. & Chami.* panstr. p.469. Quid Pagninum & Cajetanum, ut sic verterent, impulerit, facile est conjicere, studium nempe conciliandi contextum vulgatum cum veritate Hebraea, & authoritas *Aben Efræ*, qui ita in hunc locum commentatus est: **שׁ אָמַרְתִּים שָׁהֹא כִּמוֹ וַיֵּשֶׁב חֲרָבוֹ אֶל נְדֻנָּה כִּי הַגָּפָר לְרוֹחַ בְּנֵרָן** *Sunt qui dicant, idem esse cum illo (1. Paral. 21.27.)* Et restituit gladium suum in vaginam suam: *Est enim* (vide *Aben Efr. ad Daniel. 7.15.*) *corpus spiritus vagina.* Mutuavit explicationem hanc *Aben Efra* (quem & *R. D. K.* in rad. יְדוֹ sequitur) dubio procul, ex versione *R. Saadiæ* Arabica: eam enim subinde, magis ut vellicet, quam comprehendet; ut suo loco videbimus; citat. Quemadmodum igitur *R. Saadias* in plurimis simia fuit *Onkelosi* paraphrastæ, ita cum hic pro יְדוֹ Chaldaicè verteret **תְּקִיָּה** permanebit, persistet, in omnes ille se vertit partes, ut quam proxime ad ejus accederet sententiam, non observans, *Onkelosum* paraphrasticè hunc locum magis, quam metaphrasticè, verbum ex verbo, dedisse. 5. Sed, ut ne in scirpo nodum quæramus, tutissimum est fateri, vulgatum, ut alibi, sic etiam hoc loco sequi versionem LXX. viralem, quæ habet ψὺν γετανεῖν. Unde vero, inquis, verbum γετανεῖν in codices Græcos irrepit, aut quid in animo Interpretes habuerunt, cum ita transferrent? Resp. Sunt qui putant, legisse illos יְלוֹ pernoctabit (*ল* sumpto pro 7) à verbo יְלוֹ pernoctavit, permanxit. Cui conjecturæ non parum patrocinatur, quod & *Judic. 19.v.9.* ipsum hoc verbum in contextu Græco per verbum simplex μένει exprimitur. Sic sentit *Glossius* Philolog. Sacr. p.67.

Alii malunt, illos legisse **לֹא יָדוֹר non habitabit**: ita *Francisc. Gomarrus*, referente *Sixt. Am.* in Gen. p.17. At *Nicol. Fuller. Miscell. Sac. libr. 5. c. 5.* longius abit: conjicit is, interpretationem hanc promanasse ex verbo Syriaco **نَجَّ, نَجَّرْتَهُ**, وَعَدَ

απαρτεῖν, Durare, Perdurare, Perseverare sonat, ut liquet *Ἄτ.*
10. v. 7. 2. Cor. 11. v. 20. Sed nimis magno cum dispendio ἀνε-
βεῖς Grammaticæ hæc conjuncta videtur explicatio.

Nostra conjectura est, legisse illos (יְרֻמָּה pro יְרֻמָּה) quod fu-
turum est verbi יְרֻמָּה, Orientalibus, Arabibus præsertim, & pro-
priè quidem *permanere* significantis: idq; ob rationes sequen-
tes. 1. Quia non insolens est interpretibus Græcis, sequi signi-
ficationes verborum Arabicas, id quod pluribus exemplis ali-
bi à nobis comprobatum est. Cùm igitur verbum יְרֻמָּה, quod
in futuro habet יְרֻמָּה, usitatissimè Arabibus sit *Manere, Per-*
manere, vix dubitandum puto, quin & hic loci eadem obtineat
interpretum consuetudo. 2. Quia verbum Hebraicum יְרֻמָּה iis-
dem ferè, vel planè synonymis exprimitur vocibus, quibus
verbum יְרֻמָּה, cujusmodi sunt παύω *Jerem. 48.2. αὐταπάύω Jerem.*
47.6. ἐσημι. Josue. 10.12.13.

III. Genes. 8. v. 7. veritas Hebræa habet וַיְשַׁלֵּח אֶת הַעֲרָב וַיִּצְאֵנָה שׂוֹבֵד & dimisit corvum, qui egressus est exeundo & revertendo. Vulgata verò, *Qui egrediebatur & non revertebatur.* Hinc Melchior Canus Locor. Commun. p. 61. b. corruptionem in-
fert contextus Hebraici, propterea quod ex veteribus non
pauci, quà Graeci, quà Latini, negationem in citatione hujus
loci retinent. Unde nec correctores Romani negationis no-
tam omittendam judicarunt, teste Luca Brugensi. At quid que-
so Judæorum intererat, contextum Hebræum hoc loco ca-
strasse, particulâmq; negativam defalcâsse? Opponimus
igitur 1. Editioni vulgatæ Codices Hebræos, Chaldæos, Arabi-
cos, manu-scriptos Latinos, eosque, ut ipse Christophorus à Sa-
croboſco, Jesuita, concedit, magna auctoratis, qui sine negatione
legunt, ut in Hebræis habetur.

II. Cum Melchiore Cano committimus, Theologos Pon-
tificios celeberrimos, *Sixtum Senensem* Biblioth. S. lib. 5. p. 357.
Augustinum Steuchum recognit. Pent. p. 180. *Santem Pagninum*
epist.

epist. versioni suæ præfix. Job. Benedictum in margine Bibliorum suorum, *Bellarminum lib. 2. de verb. D.c. 2.* Ferdinand. de *Escalant*, clyp. concion. p. 658. *Andradium*, *Pererium* & alios, qui negant, ullum hic corruptionis in editione Hebræa apparet vestigium. Et alii quidem candidè errorem vulgatæ translationis agnoscunt, qui fecerit, ut fabulofissimas quæstiones hic invexerint expositores, querentes, quo loco abfuerit corvus per tot dies extra arcam; & ubi resederit, cum aquæ siccata nondum escent, & an reversus sit corvus ad Nœ in arcam, post aquarum exsiccationem: quia Moyses juxta depravatam scripturam dicit. Et non reversus est, donec siccarentur aquæ, suberhenda est igitur tam à nostris, quam Græcis codicibus negatio: & juxta Hebraicam veritatem, & Josephi interpretationem legendum est, corvum rediisse in arcam. Alii verò lectionem Hebraicam cum vulgato ita conciliare student, ac si idem utrobique esset sensus, negatio eadem, in Latino quidem expressa, in Hebreo verò subintellecta, ut sensus sit, *corvum, avium more, circa arcam eundo & redeundo volitâsse, propriè autem, antequam siccarentur aquæ, nunquam rediisse*. Atque hinc, sine dubio, proverbium illud Arabicum **אָבְנָה מִן־עֲרָבָן** cunctantior corvo Noachi. Ita Aloysius Veronæ Episcopus in catena Genesew, *Liranus*, *Escalant*, *Bellarum locis cit. &c.* Quam tamen conciliationem hoc loco discutere nihil attinet, præstitit hanc operam Daniel Cham. panstr. tom. I. p. 472. Sufficiat, Pontificiorum auctoritate evicisse, *Huntlaeum Scotum*, & *Melchiorem Canum* nihil contra integritatem contextus Hebraici hoc loco proficere.

¶. Ad Patrum auctoritatem optimè respondet *Cham.* in panstr. non esse mirandum veteres ita legisse, qui neque Hebraicè scirent, neq; alia uterentur versione. Hieronymum verò; nisi, ut *Lucæ* & *Steucho* subolet, mendum lateat; non isto tantum loco, sed aliis innumeris tantum tribuere consuetudini, ut ipse etiam utatur Editione Græca, ex qua primæ versio-

nes Latinæ translatæ, quæ certissima causa est, cur vulgatus Interpres lectionem Græcam in plerisque exprimat.

IV. Genes. 49. v. 10. inter alia habetur עד פִּיבָא שִׁילָה usque quod venerit Schilo. Vulgatus. Donec veniat, qui mittendus est. Unde Steuchus & Huntlaus controv. i. c. 10. quin & Flaccius Illyricus in clave Scripturæ, ex istmant, locum esse corruptum, olim enim lectum fuisse וְלֹתֶשׁ vel וְלֹתֶשׁ mittendus, quod nomen, si Cornelio à Lapide adhibenda est fides, commune olim Messiæ fuit.

Reff. Nihil planè locus iste zelotas & veritatis Hebraicæ hostes juvat.

I. Primò enim lectio hæc שִׁילָה inde ab ultima antiquitate in omnibus, sine controversia, reperitur Judæorum codicibus: nam quod aliter legit interpres Latinus, vel codicis viatio, vel ipsius interpretis dandum est oscitantia.

II. Major longè ad officium Christi mediatorum designandum, tam secundum literam, quam secundum Cabbalam seu Gematriam, inest emphasis voci שלוחה, quam שלוחה. Grammaticè enim considerata vox שלוחה Sofpitatem, vel tranquillatorem, vel principem pacis, significat; et si aliter longè per multas ambages ab aliis (ut videre est in Philol. Sac. Glæß. p. 73. Anti-Barb. Sixt. Amam. p. 448. & censur. in Gen. p. 74. Galat. de arcan. verit. Cathol. libr. 4. c. 4. Martin. in Lex. Philol. voce Silo. Fagi. comment. in Paraph. Chald. Buxtorf. Lexic. Hebræ. R. שלוחה. Chami. panstr. tom. 1. p. 449. Spanhem. part. 1. Dubior. p. 132.) explicetur; quod quidem epitheton soli Messiæ competit. Alterum verò vocabulum שלוחה, ut ut maximè mittendum (cui tamen ratio Grammatica contradicit) notet, generale tamen est, adeoque Judæorum exceptionibus quaqua versum obnoxium, ut non ineptè Porchetus victor. contr. Heb. part. i. c. 2. & ex eo Galatinus de arcan. lib. 4. c. 4. p. 105. observant. Judæi, inquit hic, nostri temporis latam habent viam fugi-

endi negandæque veritatis, (si scil. legatur **שָׁלֵשׁ** missus vel mitterendus:) objicere enim facile posunt, Prophetiam hanc non de Mefisia, sed de aliquo alio intelligendam esse. Et præsertim de Nabuchodonosor, Babylonis Rege, qui ad innumera eorum, Patriumque peccata punienda, & ad urbem Jerusalem, Templumque destruendum, atque ad populum captivandum, mittendus erat, &c.

Sed & Gematrica seu Cabbalistica observatione à viris doctis, ex nomine **מֶלֶךְ** mysterium exsculptum est, quod sola litera **מ** in participio **שָׁלֹשׁ** respuit, planèque tollit. Verba enim **בְּאַשִׁילָה** venient Schilo, quæ in numeris 358 habent, per **מֶשִׁים** Messiam, quod tantumdem continet, et si non demonstrative, scitè & eleganter exponuntur.

III. Insanum est, & planè ineptum, cogitare, Judæos fraudulenter hunc locum tractasse, atque mutatione unius literæ **מ** in **נ**, luculentum de Messia testimonium obscurasse, qui, cum multa satis **מְרֻפְעָלָה** effugia habuissent, ipsum tamen Messiae nomen heic expresserunt. Hujuscemodi ex **veralibus** Hebræis fuerunt tum Paraphraſtæ tres Onkelos, Jonathan & Hierosolymitanus, tum Talmudici cod. Pesachim c.4. cod. Nedarim cap. eod. Codice Sanhed. c. 11. tum etiam commentatores in Beresch. Rabb. & Echa Rabbati apud Buxtorf. & Galat. loc cit. p. 107. Ex recentioribus plurimi id approbârunt, Kimchius in Rad. **לְשׁוֹן**. R. Sol. Jarchi in hunc versum, R. Bechai, & R. Moses Alshechus in comment. qui omnes per vocem **שִׁילָה** Messiam intelligendū sponte concedunt, quamvis mirè se torserint, tam in explicatione totius vaticinii (ut videre est in R. Bech. p. 63. Tholed. Jiz. p. 44. b. lib. Nizzach. p. 28) quam in vocis Etymo. Sunt enim nonnulli, quibus **שִׁילָה** idem est quod **נְשָׁלֵחַ**, ut Samaritanus codex habet, vel **לְשׁוֹן**. Unde LXX. ὡς τὰ δύο οὐρανά ἀντασθεῖσαν, vel aliter, ὡς ἐλθόντας τὰ δύο οὐρανά, h.e. donec veniat, cui reposita sunt. Et ita legunt Cyprianus adversus Judæos, Augustinus contra Faustum aliis.

que Patres. Alii è priscis ἔτεσι, ἀνέλθη, φύλακόνεσται, Donec veniat, cui repositum est. Sic Gennadius & Irenæus, cui repositum est. Scaliger in Eusebium animadiv. illud φύλακόνεται exponit, in quo res abstrusa & recondita sunt. Justinus apol. i. Silo, inquit, ἀπέγειρε τὸν οὐρανὸν σημασίαν, id est, continet significationem rerum absconditarum. Onkelos in Paraph. & Auctor libri Tanchuma, Haretus item Ibn-Sina (quorum quisque suā lingua, LXX. Interpretum exemplo, vocem שָׁלוֹ agnoscit compositam ex pronomine præfixo, & affixo) ad regnum referunt. Interpres verò Arabicus, quo usus est Ahmed Ibn-Idris, ad universale omnium rerum imperium: habet enim, אֶלְדִּי לְהַ אֲלָכֵל, cuius sunt omnia. R. Saadias simpliciter vertit אֶלְדִּי הוּא לְהַ אֲלָכֵל, בְּאֶתְנָה, אֲלָכֵל φύλακόνεσται. Eodem ferè modo Thargum Hierosol.

Nequeverò Judæi tantum, sed & Arabes, probaturi Christum verum esse Messiam, in prima locum hunc collocant acie. Ita enim Ahmed Ibn-Idris p. 248. נָזֵן אֶל תּוֹרָה תְּקַתֵּץ נְבוֹתָה. עליה אלסלאם והוא פיה לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבן גוריון עד כי יבא שליח ותפסירה לא יואיל אלמלך מן אליהוד ואלאסלאם בין טהראינהם אליו אין יאתי אלmessiah וכברך כאן מא זאלת להם מלך וدول אליו זמן אלmessiah עליה אלסלאם צארוא רמה מהקורות ורעהה מסורה והדא שי לא ניכרונה והוא דليل קاطע עלי נבואה עמי עליה אלסלאם ואן מוסי עליה אלסלאם אכבר أنهاם יוכנון פי דלק אלוקרת עלי, באטול ואן אלחק יאתי מעם אלmessiah פירחן אלבטול: id est, Textus Legis confirmat Prophetiam (Jesu) super quo pax, quando dicit: Non recedet sceptrum à Juda, neque legislator à pedibus ejus, usque quod venerit Messias. Id quod evenit: nec enim deerant Reges (Judæis) & imperium ad Messiae usque tempus, super quo pax. Tunc enim facti sunt opprobrium vile, & populus captivus, quod quidem tam verum est, ut negare non possint. Atq; hoc argumentum evidens est pro prophetia Isa (Jesu) super quo pax. Prædixit enim Moses, p.m. futuros illos tunc temporis

vanitati additos, veritatem autem, quæ pulsura esset vanitatem seu mendacium, allaturum Messiam: Insigne profectò hominis, à fide Christiana alieni, pro Servatore nostro testimonium, quod ipsa nobis commendare debet raritas. Tale etiam refert Philippus Guadagnolus contra Ahmed, filium Zin, Persam ex Kamus (Lexicon est Arabicum, Mare, ^{νηστός} ἔχοχλω, ab absoluta perfectione, appellatum, Gig. thes. Arab. cuius auctor Muhamed. fil. Muhammedis, fil. Jacobi, Fairuzabadæus) ad vocem וְמִנָּה קֹל אֱלֹהָה עַז וְגָל לְעֵיטִים צָלִיל אֱלֹהָה וְלֹר. Verba ejus sic habent: Atque hinc dictum illud Dei Optimi Maximi, ad Isa (Jesum) pro quo sint orationes Dei & pax: Filius es meus tu, ego te genui, i. e. educavi, auxi, ad summam perfectionem deduxi. Memini tamen, cum in locum hunc, Arabizantium seculi nostri Princeps, D. Golius diligentius aliquando inquireret, eum ab exemplari ipsius absuisse, quod codicum sine dubio imputandum varietati. Sed haec alio pertinet.

V. 2. Sam. 5. 8. Hebreus contextus sic habet וַיֹּאמֶר דָּוִד בַּיּוֹם id est, Et dixit David in die illo, quicunque percusserit, &c. Vulgata verò: Proposuerat enim David in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum. Unde etiam Hunlæus contextus Hebraici imperfectionem arguit. At nugas vendit Jesuita, qui ex editione Latina non modò cæteras omnes, sed ipsos fontes quoque restituendos existimat. Hoc sanè loco, toto intricato, & ut Alschechus loquitur מושלְלַת הבָנָה sensu aut intelligentia destituto, id est, συστοντω, veritatem Hebraeam à corruptione satis vindicant. 1. Interpretes Græci & Chaldæus, qui καὶ ποστ verba Hebraica sequuntur. 2. Liranus, quem ipsum audire placet. Dixit, inquit, Cain ad Abel fratrem suum. Quid autem sibi dixerit, non exprimitur in Hebraico textu. Nam illud quod subditur in translatione nostra, egrediamur foras, non est de textu; & ideo dicunt Hebrei, quæd Cain dixit Abel fratri suo.

suo verba injuriosa, quærens occasiones occidendi eum, licet non sunt expressa in textu illa verba. Et simile habetur, secundi Regum quinto; ubi Translatio nostra habet, Proposuerat enim David illa die præmium ei, qui percussisset Jebusæum. Et non exprimitur ibi aliquid de præmio, nec in particulari, nec in generali. Est enim, ut loqui amant Rabbini, קצְר lectio Elliptica, conditionem omittens, sicut in Bibl. Tigurinis observatur, cujusmodi alibi quoque reperias, monente R. *Davide*, R. *Salomone*, R. *Ezaja* in comment. Junius orationem ἀναγενόδοτον vocat, & ad Hebræorum exemplum ita ex 1. Chron. 11. 8. supplet: *Quis quis pertingens ad illud emissarium, cæperit percutere Jebusæum, primarius & princeps futurus est.* Sic R. *David Kimchi*: אמר כל מכה ולא אמר מה יעשה לו וכומוון כל הורג קין וברבורי הימין מפרש כל מכה יבוסי בראשונה היה לראש ולשר ועל בראשונה והיה לראש dixit autem: Quicunque percusserit: neque addit, quid illi faturus sit, cui simile est illud (Gen. 4. v. 15) Percutiens Cainum (vul- gata tamen & versio Græca, primi versiculi membrum ellip- ticum eo supplent, quod particulam *לִכְנָה* vere, propterea, di- spescant in duas voces *לִכְנָה* & *לְאַבְנָה*, non sic: Alioquin si ve- stigii Codicum Hebræorum insistamus, aliis planè, isque in- teger emergat sensus, reclamantibus licet Rabbinis, præsertim Solom. *Jarchio*; qui expreße monet זה אחר מן המקראות שקדמו רבריהם ורמו ולא פירשו id est, est hic locus ex illorum numero, qui elliptice res proponunt, innuendo magis, quam explicando) & in lib. *Paraleip. explicatur*: Quicunque percusserit Jebusæum, primùm, futurus est primarius & princeps, &c.

V I. 2. Paral. 21. v. 2. *מלך ירושפט מלך ישראל Josaphat Rex Israël.* Vulgata: *Josaphat Rex Iuda.* Talis autem revera erat. Colli- git hinc *Huntilaus*, pueriliter planè, contextum Hebræum es- se vitiatum. Quis enim ignorat, usitatum satis esse in S. Literis, hoc præsertim libro, ut ad marginem Bibliorum Tigurinorum notatur, reciprocum loquendi modum, ubi, etiam post schis-

ma Jeroboami, *Israël* ponitur pro *Juda*, & vice versa. Sichoc ipso libro c. 28. v. 19. *Achaz* dicitur Rex *Israël*, cùm solius *Juda* Rex esset, & c. 21. v. 4. Principes *Israëlis* ponuntur pro Principibus *Juda*, in ipsa quoque editione Græca & Latina: Ita 2. *Paraleip.* i 2. v. 6. & *Mich.* i. v. 14. expressè *Israëlis* nomen habetur pro *Juda*. Rationem reciprocationis reddit R. D. *Kimch.* comment. ad *Hose.* c. 5. v. 1. וּקְרָא שֵׁבֶט יְהוָה בֵּית יִשְׂרָאֵל כִּי הַמָּן עִקָּר בֵּית יִשְׂרָאֵל appellat tribum *Juda* domum *Israël*, quia ipsi sunt fundamentum filiorum *Israël*. Vide suprà p. 6.

VII. *Psal.* 32. v. 4. legitur in contextu Hebræo נְחַפֵּךְ לְשֹׁרֵן id est, *versus est succus meus in siccitates aestivas*: vulgata verò: *Conversus sum in ærumna mea*, dum configitur spina: ob quam differentiam *Bellarminus* de verbo Dei l. 2. c. 13. puritati fontium Hebræorum dicam impingit, scribarūmque errorrem in codice Hebræo agnoscit. Sed respondemus, Jesuitam chordâ semper oberrare eadēm, & τὸν ἀρχὴν, λαβεῖν. Fateimur, ita hæc verba reperiri in Psalterio Gallico, Romano (nisi quòd per errorem pro configitur, irreplit confringitur) Conciliato (de qua nomenclatura adeundus & audiendus *Jacob Faber Stapulensis* præfat. in quintuplex Psalterium) quin & ipse Hieronymus primam versiculi partem ad modum versionis veteris transtulit. Sed quid tum postea? Anne propterea Codices Hebræi sunt vitiati? Candidius longè, & *Bellarminus*, & alii Pontificii, dubio procul, de contextu authentico loquerentur, nisi oculos illorum purpura versionis vulgaritæ, & pertinacia, quidlibet in ea defendendi, prestrinxisset. Sanè, si hoc nobis persuadere velint adversarii, corrupta esse illa apud Hebræos, quæ Latinis codicibus per omnia non consentiant, causæ suæ jugulum imprudenter petunt, & per latus nostrum in propria atrociter sœviant viscera. Quid? quòd omnis certitudo verbi Dei in præsentissimum discrimen adducatur. Exemplum sit ipse hic locus. Veritas Hebræa quomodo habeat, suprà monuimus.

nuius. Unus autem est (si à Symm. Aq. & versionib. Reformatorum discesseris) *Paraphrastes Chaldaeus*, qui genium verborum Hebraicorum reddit אַתְּ חָפֵד רֹטֶבֶת שְׁרָבֵת דָקִיטָן id est, *Conversa est humiditas mea, perinde ut siccitate aestiva in seculum*. Cæteri omnes, quos quidem nobis videre contigit, alii magis, alii minus, vestigia Hebraismi deserunt.

1. LXX. vertunt ἐσεργόλις εἰς ταλαιπωρίαν, εἰς τὸ ἐμπαγματικὸν ἀγνοθέαν. Hos verbotim sequitur, ut alibi saepius, *Editio vulgata*, & *Hieronymus*, quoad primum hemistichion, secundum enim planè ad normam veritatis Hebraicæ, *cum exaresceret aestas*, exposuit.

2. *Syriaca*, si consulueris exemplaria, neque cum textu authenticō, neque cum translationibus, *Græca* & *Latina*, facere deprehendes. Ita enim editio habet *Gabrielis Sionitæ*, & *Erpen*. אַתְּ חָפֵד בַּחֲדֵי כָּבָא לְמַקְתָּלָנִי & *volutus est in pectore meo dolor ad occidendum me*.

3. Variant & *Arabica*. *Nubiensis* sic reddidit: וְתַדְרֹרַת אלמְקַתָּלה פִי קְלָבִי *Et reversæ sunt occidentes me, in cor meum*. Nec aliter *Romana*, nisi quod pro particip. conjug. 3. מְקַתָּלה maluerit particip. Kal קְאַתָּלה: Ecce quām acriter in uno hoc loco inter se digladiantur interpretes? Nonne verò jam de genuina ejus lectione & sensu, parum nobis constabit, nisi exploratē perspectum sit, ταῦ λόγια τὰ θεῖα πεποιηθέα τοῖς Ιερωνύμοις, & quidquid factum sit de rivis; legitimam atque nativam interpretationem hauriendam ex fontibus? Nonne, si integrum sit à diversitate Translationū ad fontium argumentari infectionem, & Syris & Arabibus, & aliis quoque, qui dum versiculi hujus sensum non sunt assūcti, eum aliter prorsus, quām nunc extat, in suis codicibus legiſſe sē, haud obscurē videntur testari, eodem jure, non tam fontes, quām ipsos Interpretes Græcos, & Latinam editionem insimulabunt errorum? Nunquam deerunt, qui (ubi fontium authoritas semel de ponte-

ponte est præcipitata) suarum versionum patrocinium ita sunt suscepturni, ut ipsa hinc periclitari debeat Editio Latina. Nec sine ratione. Cur enim, si obthuratis & obstructis fontibus Israëlis, cuique pro rivulorum, id est, Translationum suarum certare concessum sit puritate, versioni Latinæ major adhibetur fides, quam Syriacæ, Armenicæ aut Arabicæ? Scapham igitur, in locis ejusmodi intricatis & perplexis, appellare scapham, errores in translationibus agnoscere, fontium integratati cavere, & hic, & alibi tutissimum est, præsertim cum certum, & ne ipsis quidem Pontificiis controversum sit, plurimis versionem Græcam, quos ἀντλεξει retinuit interpres Latinus, scatere erroribus. Vides, quam sit periculosem causæ Pontificiæ à limpidis fontibus ad turbidos provocare rivulos!

Sed ipsam nunc παρεργωσίας ostendere originem operæ erit pretium. 1. Græci & Interpres Latinus, non, ut existimat *Bellarminus*, leg. נחפכתי, sed pro *præterit*. 3. pers. sumperunt *participium*, idque reddiderunt εἰς ἄρχοντα conversus sum. 2. Major difficultas est, in qua tollenda non parum sudarunt Pontificii, *Lorinus* & alii, unde videlicet illud εἰς ἐμπαγῆναι μοι. Hujus translationis ex Hebrœo solidam eruere velle rationem, inanis est labor. Nihil enim appareret in Hebraismo, quod propriè verbo Græco respondeat, nisi; sed valde ἀνεγλόγως; legisse illos dicas, vel רְבָנוֹן, mutuata significatione à nomine קָרְבָּן gladium, ferrum, cultrum, lanceam, aut tale quid linguis Hebræâ, Chaldæâ, Syrâ & Arabicâ notante: vel חַרְפּוֹן, ascita, ut aliás, significatione Syriaca, acuendi: id enim verbum קָרְבָּן Syris esse, nōrunt linguæ illius periti. Una certè hæc versionem modernam Græcam, ex Hebrœo eliciendi suppetit ratio. 3. לְשִׁיר, LXX. verterunt Ταλαιπωρίας, Symmachus διερθοεῖν, Aquila τεργουλώ, & hinc Vulgata, ærumnam. Legerunt nempe לְשִׁיר, à nomine יְשִׁיר, quod & alibi, Psal. 11. v. 5. per Ταλαιπωρίας reddiderunt, sicut R. יְשִׁיר usitatissimè & frequentissimè per Ταλαιπωρίων. Atque hoc sensu R. Menachemum vocem hanc expli-

explicuisse, monet R. Sol. Jarchi in comment. *Kimchius* quidem in radicibus, R. שֶׁר illorum ad stipulatur sententia, qui ל servile esse volunt, & ipsum nomen idem significare, quod שֶׁר *uber*, dual. שְׁרִים *ubera*, quæ ita denominantur, שֵׁש בָּהַם *להות* ו *רשות* quod in iis succus sit & tremor: quam expositionem à R. *Jona* accepisse se fatetur. Cui tamen analogia & constructio Grammatica aperte reclamat. Si enim ל fuerit servile, quis verborum נָהָפֵך erit sensus? Nihil certè dices, ubi transtuleris, *versus est in succum meum*; vel; *versus sum in succum meum*. Malunt proinde alii esse à R. שֶׁר, unde nomen שֶׁר, quod hic & Num. 11. occurrit. De cuius significatione & origine sic loquitur *Aben Esra* וְהַטְעָמָן וְלֹשֶׁן מְגֻרָת לְשֶׁר הַשְׁמָן, i.e. *est formæ*, (vide Num. 11.) הלִיחָה הַחֲמָה שָׂה חַי הָאָדָם succus olei: significarque humorem illum callidum, in quo consistit hominis vita. Vide etiam *Kimch.* in Radic. & R. Solo. *Jarch.* in comment. 4. Tandem pro οὐκ εἴστας, (vel, ut *Symmach.* habet, καὶ οὐδὲ τίς οὐδὲν, *Aquil.* ἐρημώτεις θερέτρος) legerunt οὐδὲν, quod ubique Græcè exprimunt per vocein ἀναρθρα. Atque hoc infirmo tibicine suffulta est integritas editionis Vulgatae: neque enim ceterarum hujus loci translationum examen afferri nostrâ quicquam interest.

VIII. *Psal. 37. v. 28.* c. זְהִקִּים יְרֽוֹשָׁ אָרֶן וַיְשִׁבּוּ לְעָלָיו. *justi hereditario possidebunt terram, & habitabunt super eam in seculum.* Quibus verbis in Vulgata hæc præmittuntur: *Injusti punientur, &c.* Ubi iterum desultoria Jesuitarum levitas, & infensus in codices Hebræos animus se prodit: *Hunilæns* enim hoc quoque editionis Latinae supplemento, contra integratem veritatis Hebraicæ, abuti conatur. Quo argumento? Nullo profectò, vel, si quod sit, teltis contritis magis frivolo. Alterni *versus* (viden' speciosum tectorium, quo conjecturam suam incrustat?) sequuntur ordinem Alphabeti, unâ exceptâ litterâ V, quam exigitse aliquando, editionem Latinam, Graciamque

LXX. *viralem documento esse, quæ dubio procul, vocem injustorum per פָּלִילְיָה, Job. 19.v.18. hoc sensu usitatam, expreſſerunt.*

Resp. En audaciam giganteam! Meritò Aristarchos istos harum tandem pudere deberet nugarum. Nōrunt quippe fabri, non amissim ad materiam, aut perpendicularum ad columnam, sed columnam ad perpendicularum, exigi debere: at **Gordonius**, polyplusion illud οὐεγας ἀμολθέας, aliquie de Societate, ordinem naturæ pervertentes, pertinaciter normam & cynosuram omnium versionum ad Editionem vulgataim examinandam, indéque corrigendam persuadere nobis fata-
gunt. Recte hoc loco habere codices Hebraeos unaniimi consensu testantur.

I. Versiones antiquissimæ, Chaldaea, & Syriaca Erpenii. Unde verò Græca aliter habeat Genebrardi, hominis Pontificii, percipe verbis: *Aliqui conjiciunt (inquit) dimidium hunc versum à Judæis detractum.* Et pòst: *Sed jam respondimus, Septuaginta addidisse sàpe de suo, quæ ad sententiam perficiendam desiderari existimabant: ut hoc loco, quò apertior esset antithesis, ista interjecerunt, quæ videbant à Davide prætermissa, per εὐ. πν. ον., quòd nolle contaminare suum ordinem literarium, mentione פָּלִילְיָה siue פָּלִילְיָה injistorum, pravorum.* Et ad Psalm. 145.v. 14. ubi deest versiculus: *Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis*, ait, Prophetam non scripsisse: *sed Septuaginta versum puta verim propheticè restituisse, ut pleraque alia: de quibus proinde recte Hieronymus.* Septuaginta addiderunt aliqua, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus Sancti autoritatem. Versionem Arabicam & Syriacam Gabrielis Sionitæ stare ab editio-
ne Latina contra veritatem Hebraicam non mirabitur, qui novit illam ex Græco, non ex Hebræo, ut asserit Sim. de Muis de verit. Heb.p. 146: adornatam; hanc ad vulgatam editionem tuendam ap̄tissimam esse.

II. Ratio verò, quam in necessitate seriei Alphabeticæ Je-
suita sibi fugit, imaginaria est, & planè απερσιόνα. Me-
mine-

minerunt quidem Masorethæ, **אַלְפָא בִּתְהָא**, *Alphabethi* i.e. Psal-
morum Alphabeticorum, ut cùm Psalmum 119. qui juxta
ordinem literarum Alphabethi scriptus est, modo **אַלְפָא בִּתְהָא**
Alphabethum, modo **אַלְפָא בִּתְהָא רְבָתָה** *Alphabethum magnum*
nuncupant: non quòd curæ fuerit Spiritui S. Abecedariis ex-
actam Alphabethi normam in ijs præscribere, sed quia critici
illi ingeniosè observârunt, magno memoriæ subsídio Psalmos
quosdam à Vate Regio ita conscriptos, ut vel omnes, vel ple-
ræque literæ Alphabeticæ, & ab initio, & in medio versuum
ponantur: est enim hic summa Spiritus S. libertas, quâ pleniùs
probatâ, adversarii objectio sponte sua in fumum abit. Sic V.
G. *Psalmo 25.* qui ordine inter Alphabeticos primus est, de-
siderabis **ב**, **א** & **ק**, nisi quæras in medio versiculo, & tamen ne-
mo hactenus tam perfictæ fuit frontis, tamq; præfractæ men-
tis, qui propterea in jus vocaret contextum Hebræum. Idem
etiam *Psal. 34.* accidit literæ **א**, & *Psal. 37.* literæ **י**, que v. 28. et si
non ab initio, quater occurrit, planè ut suprà *Psal. 25.* v. 17. li-
tera **פ**. Sic *Psal. 112.* eadem series alphabeticæ initialis inter-
ruptitur: Nam literas **ב**, **ד**, **ח**, **א**, **ל**, **ג**, **ע**, **צ**, **ק**, **ש**, **ת**, nunquam ini-
tio versus, sed semper in posteriori hemistichio habebis. Abso-
lutissimus autem & verè Alphabeticus est Psalmus 119. qui
integrum servat ordinem, & numerum Elementorum He-
braicorum; sine ulla interruptione aut defectu, literis initiali-
bus, per distincta membra, exhibit: cui proximè accedit *Psal.*
145. nisi quòd versu 14. præcedat **ס** Samech, **נ** Nun sequatur.
Vides his locis mangonio Jesuitarū, suprà memorato, aut sup-
plemento opus non esse. Sibi habeant, quibus magis placet, in-
tegram ostendere seriem Alphabeticam, aliunde licet emen-
dicatam, quâm Scripturæ perfectionem adorare. Froh nefas!
Itâne verò **ωθίστεια** Patrum Societatis occupavit animos, ut
censoriâ virgulâ in S.S.V. Testamenti textu digna statim aſti-
ment, quæ Editioni vulgatæ non assentiuntur? Quasi ancil-
lari, non dominari; subesse, non præesse debeat mater filiæ?

Aut quasi nostrum sit, modum & normam loquendi scribendive Sp.S.præscribere: ἵνας ἵνας εἴτε βέβηλοι. Itane libertatem, quam sibi Scripturæ Sacrae author reservavit, nostri cerebri placitis astringemus? Ipsi viderint, quos amor pertinaciter sua defendendi sic fascinavit, ut dictatoria quadam authoritate condemnent, quicquid causæ ipsorum incommodat.

כִּים מֵהַמִּתְשָׁע יְהוָה וִירוּשָׁלָם תְּשִׁבֹּן Jerem. 33.v.16. **לְבַטָּח וְהַאֲשֶׁר יְהוָה צְדָקָנוּ** id est: *In diebus illis servabitur Iuda, & Jerusalem habitabit confidenter & hoc est, quod vocabit eam* (vel, ut commodissime reddere possumus, *hoc erit, accidet, quando vocabit eam*, per Evangelii prædicationem nempe, Messias, qui est *Dominus iustitia nostra*, habet enim verbum קָרְאָה non raro prædicandi significationem, seu verbo, seu scriptis, vide Jos. 8.34. Es. 40.2.3. nisi malis Ellipticum esse hunc locum, atque ex c.23.v.6. nomen שׁ mutuandum, quo adjecto perspicuus emergit sensus) *Dominus iustitia nostra*. Vulgata verò ultima hæc verba reddit: *Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster*. Atque hic iterum bilem contra contextum authenticum Huntlaus evomit, eumque permutatum & perturbatum impudenter asserit: ita semper οὐαδεῖα φέρει. Regis. Prolixè codices Hebræos ab hac calunnia vindicare nihil attinet, ipsa Latina exemplaria, nominatiūque undecim, quibus usi Lovanienses, eos sufficienter purgant: eosdem etiam excusat editio Græca, in qua item persona tertia singul. num. retinetur νομί τε ποτε δύο μαντεῖς, διηγένεσθαι πότε κνεισθειν, in loco nempe parallelo, qui supra c.23.v.6. habetur: *Chaldaicum autem & Latinum Interpretes pluraliter futur. קָרְאָה reddidisse*, inde factum est, quod alio prorsus tenderent, atque, sive distributionem, sive collectiōnem, per usitatum Enallagen singularis pro plurali, expressam latitare existimarent. Id quod alibi etiam ab Interpretibus factum legimus. Sic 1. Reg. 22.v.38. **וְיָשַׁט אֶת־הַרְכָּב קָרְאָה** Graci vertunt,

tunt, καὶ ἀπεκίνθιστο τὸ αἷμα δὲ τὸ τέλεον οὐ. Vulgatus, Et la-
verunt currum à sanguine.

C. Quia dissentunt à versione Græca.

Sed verò pruritu contextui Hebraico insultandi nonnulli ita laborant, ut persuasum iis sit, ubi cunque à versione Græca differat, corruptum eum esse aut mutatum. Verè istiusmodi homines, coniurationis non Catilinariæ contra Rempubli- cam, sed atrocioris contra Scripturam V.T. authenticam reos, verbo Platonis vocare liceat *νεερτβόλης*. Nōrunt enim, nisi prorsus in his literis sint hospites, aut nōsse deberent, hæc stu- dia tractaturi, quām inde à multis seculis durū fatum versio- nem LXX. viralem preffserit. Audiunt, legunt, vident querelas veterum, recentiorum, Pontificiorum, Reformatorum, & quorum non? Biblia Græca LXX. Interpretibus Hierosoly- mitanis vulgo tributa, partim injuriâ temporum, incuriâ a- manuensium, oscitantâ hypothetarum; partim etiam Hære- ticorum malitiâ, ita esse defœdata, ut primi nitoris faciem penitus amiserint, & tamen ad ea nos rejicere, imo in iisdem con- textum sacrum emendandi indicem certissimum obtrudere nobis laborant. Et primo quidem in theatrum producunt lo- cum illum vexatilium *Genes. I I. v. 12*: qui Hebraicè sic so- nant: אַרְפָּכֶשׁ חִמֵּשׁ וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה וּוּלְדָה אֶת־שְׁלֹחָן id est: Arpac- schad autem, cum vixisset triginta quinque annos, genuit Schela- chum. Ubi LXX. aliter longè habent, neimpe; Καὶ ἐξῆσεν Αρφα- ξάδ εκεῖτο οὐ τελεόντα πείτε ἔτι, καὶ ὥμηντε τὸν καυνάν. Quan- tum in hoc conciliando loco desudarint viri eruditii, dici vix potest. Nolumus nos, post Homerum, Iliades scribere, consulantur Annal. *Tornielli* ad a.M. 1494. *Pare. comm. in Gen. p. m. 210.* *Genebrardus* in *Chron. a.m. 1659.* *Sixt. Senens. Bibl. S. 1.5. a.n. 88. Spanh. dub. Evang. P.I. dubio xxiii. qui unus instar multorum prolixa commentaria desideranti satisfaciet: Ne- verò plenè intactum hunc locum relinquamus, aut à *Toledo*,*

Cajetano, Huntleo, Saliano, Torniello, Morino præsertim Exerc. Bib. p. 323. 348. aliisve sacro contextui corruptionis notam (necessariò enim alterutra lectio falsa est, vel Græca vel Hebræa) inuri patiamur, dicimus Kainanem ad textum non pertinere, sed esse Καϊνανόν. 1. Quia nullum ostendi potest exemplar Hebræum, in quo Kainanis in hoc versiculo fiat mentio. 2. Quia ne quidem Codices Samaritani, vel Arab ei inde translati, in plerisque alioquin Versionis Græcæ patroni, (nam & numerum 135. annorum cum Græca Editione retinent) παρέπομπη hunc Kainanem probant. 3. Quia Masoretharum exactissimum examen ne Καϊνανός quidem Kainanis vestigia hoc loco reliquit: quin potius, 1. Paral. 1. v. 24. ubi eadem repetitur genealogia, & idem in Græca Editione error reddit, monet, nuspiciam eum apparuisse, siquidem in omnibus versiculi illius vocibus occurrat ש quod in קין desideratur.

Verba sic habent: ב' פסוי דעת בכל מלحوון שנ' i.e. duo sunt verbi, in quorum singulis dictionibus extat litera ש. 4. Quia nec Chaldaica, nec Latina, nec Arabica, nec, si à Græca discesseris, (qua ipsa tamen 1. Paral. 1. 24. eum in Edit. Sixt. V. expunxerunt) ullæ aliæ Translationes Kainanem hunc admittunt. 5. Quia idem ille seriem Chronologicam non parum perturbat. 6. Accedit consensus a. Judæorum & Chaldaeorum, Josephi cum primis Antiq. libr. 1. Berossi, Philonis, aliorumque Chronologorum, quâ veterum, quâ recentiorum. b. Patrum, Epiphani, hæref. 55. Melchisedek. Hieron. tradit. Heb. in Genesim, Eusebii, Theophili, Procopii Gazæi. c. Theologorum Reformerorum Bezae, Capelli, Parei, Spanhemii. d. Pontificiorum, Cornelii à Lapide comment. in Genes &c. qui omnes vel Kainanem hunc in serie Patriarcharum silentio prætereunt, vel firmis rationibus è contextu sacro eliminant.

At reperitur Luca c. 3. τε γεννών, τε ἀρφαξάδ? Speciosa profectio hæc est εἰσαγωγή, cui tribus ferè modis eruditio occurrut. Qui-
dam

dam volunt, B. Lucam, τῷ Ἰωάννῃ οὐλένοντα, maluisse receptam sequi Hellenistarum Translationem, nāvis licet non obscuris notatam, quām Evangelii sui authoritatem apud pericaces homines in dubium vocari. Sic *Ado Episcop. Vien. Sixt. Senens. Cajet. Genebrard. Naclantus. Jansen. Scalig. Eugub. &c.* Alii candidè fatentur, Kainanem in Lucam irrepsisse, vel aliquanto post Hieronymi tempora, ut vult *Pareus*; vel etiam citius, ut videre est apud Cl. Spanh. Dub. P. I. p. 178. ubi quando, & quomodo lectio hæc tum in Genes. tum in Lucam infarta sit, varijs conjecturis acutè, ut solet, monstrare nititur. Sanè qui, veteres, typographorum subsidiis & compendiis destitutos, calamo omnia describere debuisse, perpenderit, definet mirari, tam feracem atque fertilem varietatum, aut etiam errorum, quibus tamen salutis fundamenta non fuerunt concissa, in Codicibus Msc. se offerre campum. Unus error, varia lectio, aut nota marginalis, quæ vel duos codices celebres occupavit, protinus infinitis aliis fraudi esse potuit. Sed hæc non sunt hujus loci.

Alii, viri profectò graves, ut Mosis & Lucæ harmonia astrui probabilius posset, & codicum Hebraeorum simul ac Græcorum fides integritasque probari; quod tamen per omnia vix quisquam præstabit; in hanc concesserunt sententiam, Kainan & Sale nominibus, unam eandemque personam denotari, & hunc esse sensum verborum Lucæ, τῷ Σαλᾷ, τῷ Καϊνῷ, non qui fuit *Sale*, qui fuit *Kainan*, sed, qui fuit *Sale*, qui & *Kainan*, h.e. qui *Sale* etiam vocatus fuit *Kainan*, sicque ex consuetudine, apud Hebraeos satis usitata, (*Aben Esr. ad Dan. c. I. v. I.*) binominis extitit. Ita *Nauclerus*, *Hermannus Contrarius*, *Joh. Lucidus*, *Lud. de Dieu*, & omnium novissimè *Franciscus Gomarus* controv. de Geneal. Christi. Etsi verò multis laboret difficultibus, variisque sententia hæc obnoxia sit exceptionibus, meo tamen judicio ad veritatem proximè accedit, modò obstacula, quæ ex Editione V. T. Græca obtendi solent, removant-

veantur, & non eadem defendendi necessitas, & apud LXX. Interpr. & apud B. Lucam statuatur. Ex Luca certè Kainanem eliminandum, ægrè obtineri potest: siquidem non tantum omnia prope modum exemplaria Græca (iis exceptis, quorum *Scalig.* prol. in Chron. Euseb. meminit, & vetustissimo illo codice *D. Beza*, quem Academiæ Cantabrigiensi legatum aliquando mihi ostendit, vir clarissimus, D. *Abrahamus VVhe-locus*, Linguae Arabicæ ibidem Professor meritissimus) sed & versiones, tum in ipsa Ecclesiæ infantia, tum deinceps adornatae, *Syriaca*, *Arabica*, *Latina vulgata*, & recens illa *Græca Constantinopolitana*, Genevæ in bonum Ecclesiarum modernarum Græcarum excusa, constanter exprimunt. Nos, tollendæ huic difficultati nostrum quoque, sequentibus comprehensum duobus aphorismis, adjiciemus symbolum.

I. Evangelistam Kainanis nomen adjunxit Arphaxado, discriminis ergo, ut sic facilius à sequenti Kainane, filio Enosi, distingueretur. Sic sanè inter Apostolos fuerunt duo Jacobi, quorum alter ὁ ζεβιδαῖος, alter τὸς Αλφαῖος; duo Simones, quorum ille Πέτρος, hic ὁ Καρανίτης, i.e. Interpretus *Luca* c. 6. i. 5. χειροτόνος; duo Judæ, alter Lebbæus, cognomento Θαδδαῖος, alter Ιωακειώπης. Ita quid absurdum sit, afferere, duos fuisse Kainanes, alterum quidem cognomento Arphaxad, alterum absoluè sic dictum?

Unde verò constituit, *inquit*, *Lucas* de hoc binomio Kainane? *Resp.* Ex traditione, vel genealogiis, quæ ad Herodis usque tempora summo studio asservabantur. *Patricides Patriarcha Alexandrinus* in Hist. Eccl. p. m. 8. וְאַכָּר כֹּתֵב אֶלְيָהוּ אֶלְתִּי. פְּאַחֲרָה אֶלְיָהוּ אֶלְתִּי. *Abstulitque (Herodes) libros Iudaorum, quos restituit Esra, de familiis & tribubus, & genealogiis eorum, eosque flammis adjudicavit omnes, ita ut nullus amplius rescribere posuerit, ex qua tribu, vel ille esset, vel pater ejus.* Certè & Patriarcharum antediluviano-

vianorum genealogias curæ illis fuisse, dubitare nos non finis magna illa, ab ipso Apostolo Paulo graviter reprehensa, in talia inquirendi superstitione.

At insolens est Apostolis hæc mutuare ab incredulis Judæis, & traditionibus eorum αγερόοις. Insolens hoc sit? Unde igitur Paulus Magorum Ægyptiacorum, qui ἀντέσταν τῷ Μωυσεῖ 2. Tim. 3. 8. Jannis & Jambris desumfit nomina? Ex Talmude utiq; traditione Judaica. Eorum enim res gestæ prolixè, variisque vestitæ circumstantiis, proponuntur in Talmudico Cod. Menach. Targum Jonath. &c. indéque à Cl. Buxt. in Lex. Talm. p. 945. 946. fusiūs repetuntur.

II. Cùmque verba, τὰ γενία, τὰ ἀρφαξάδ̄ ambigua satis essent, atque articulus præpositivus τὰ posterior, qui aliás frequentissimè explicationi inservit, ut cuilibet vel leviter Græcis literis tincto constat, eodem sensu sumeretur, quo in antecedentibus, ubi semper Ellipticè ponitur, subintellecta nomine υὸς, evenit hinc, ut præter mentem Evangelistæ, Genealogia Patriarcharum Genes. 11. (& 1. Paral. 1. in quibusdam exemplaribus) membro uno per curiosum aliquem sciolum augeretur. Et ne videamur ὀνειροπολεῖν, atque conjecturis tantum niti incertis, en aliud exemplum emendationis inconsideratae Bibl. Græc. ex N.T. In prolixo illo Protomartyris Stephani apologetico Acto. 7.v. 14. authori propositum fuit, non instituere genealogiam Jacobi, sed monstrare, quōsnam Iosephus è terra Canaan in Ægyptum advocārit: eos ait fuisse ἑβδομήκοντα πέντε, erāntque undecim fratres, una soror Dina, & 52. fratribus filii, quibus si adjungas undecim fratrum undecim uxores, quas necessariò Iosephus unā cum maritis acceſſivit, tanquam ad συζύγους pertinentes, habes 75. animas. Ubi excludendi primò duo nepotes Judæ, deinde ipse Joseph, cùm duobus filiis: illos enim, quippe nondum natos, se suosque filios, quippe jam in Ægypto degentes, accersere non potuit, Jacobum Patrem separatim Stephanus commemorat. Atque

hic sine dubio Stephani fuit scopus. Aliud voluit Moses, cum Genes.46.v.27. ait, *animas 70. ex famore ejus egressas venisse in Aegyptum*, ubi catalogus accuratus exhibetur posterorum Jacobi, exceptis tamen diserte filiorum uxoribus. At Christiani, quicunque illi fuerint, existimantes eodem & Moysen & Stephanum collimare, studio habuerunt hoc *ἐναποφανεῖς*, conciliare, atque Editionem V. Test. Græcam ex hoc loco Stephani emendare. Unde deinceps, contra fidem omnium exemplarum Hebraicorum, *Josephi lib. 2. antiq.c.4.* Veteris Interpretis Latini, Genes.46. numerus irrepsit mutatus, nempe 75. Atque sic patet, multa nobis ejusmodi loca *ἐναποφανῆ* facessere negotia, quæ curiositati potius quorumdam, quam Codicum authenticorum vitio impingenda aut imputanda.

II. Deuter.23.inter v.17.& 18. sequentia inseruntur verba: οὐκ ἔσαι τελεσθόθε δπὸ θυγατέρων Ἰσεπίλ, καὶ εἰ ἔσαι τελιούμενθε πάστας δύχιος δπὸ γάνην Ἰσεπίλ. Quorum in codicibus Hebræis nec vola apparet, nec vestigium. Unde Salmeron Jesuita tom.8. tract.59.conjecit, ex Hebreotextu à Rabbinis, ut adularentur Cæsari, fortassis fuisse expuncta. At quid, ut paucis respondeamus, in re tam perspicua, importuna hac *ἀμεξίᾳ τῆς ιδελκῆς*, quam Jesuitæ auctoritatem codicum Hebræorum prorsus pessimum datam, & infra dignitatem versionis Græcæ depresso volunt, opus est? Quin dicimus cum celeberrimo Casaubono contra Baron.p.303. totum illum versiculum πονηρὴν εἶναι κοινωνθε; quem proinde nec in paraphrasibus Chaldaicis, nec versionibus Latinis aut Arabicis reperire licet; ex confusione Hexaplorum Origenianorum ortum. Origenes enim, ait Claudius Salmasius de Hellenistica p.243. in Hexaplis suis, Theodotionis versionem, quod nescio an aliquis adhuc observaverit, miscuerat & inseruerat versioni της LXX. Cujus ritii (malumus tamen, quod pace tanti viri dictum sit, ex Aquila versione in Origenis Hexapla locum hunc irrepisse, cuius

con-

conjecturæ rationem jam nunc dabimus) *illustre exemplum dedimus, in libro de Trapezetico fænore ex 23. Deut. ubi sic legitur: εἰπεὶ τὸ πόρνη ἀπὸ θυγατέρεων Ἰσεπίλ, καὶ εἰπεὶ τὸ πόρνεύων ἀπὸ τοῦ ίδιου ὑῶν Ἰσεπίλ.* Deinde subjungitur: εἰπεὶ τὸ πέλεσφόρον ἀπὸ θυγατέρεων Ἰσεπίλ, καὶ εἰπεὶ τὸ πέλισομόρφον τοῦ ίδιου ὑῶν Ἰσεπίλ, quæ idem omnino sonant, sed aliis verbis cum præcedentii complexu. Ita ne πέλεσφόρος & πόρνη, πέλισομόρφος & πορνεύων synonyma sint? *Vestigial pendens πέλεσφόρος est Tertulliano: πέλισομόρφος vero, quid notet fatetur Casaubonus loc. cit. sibi non constare.* Certè si ad utriusque nominis usitatam respexeris significationem, aquam citius ex pumice, quam ex nominibus Hebraicis שְׁמַרְךָ & הַשְׁמַרְךָ πέλεσφόρος elicias & πέλισομόρφον. Quid igitur? De Aquila Sinopensi Pontico refert Hieronymus comment. ad Ezech. c. 3. v. 15. geminam illum edidisse versionem Græcam, quarum altera editio κατ' ἀκείβειαν; quod etiam Drusus in quest. Hebr. lib. 1. quest. 20. monet; dicta fuerit, in cuius translatione ita supersticiosus & contentiosus extiterit interpres, ut non solùm verba, sed etiam etymologias verborum transferre conatus sit, referente Hieronymo ad Pammach. Cùm igitur voces Hebrææ שְׁמַרְךָ & הַשְׁמַרְךָ, vi primæ & nativæ significationis, πέλεσμόρφον, i.e. initiatum, am, vel, ut Theodotioni placet, πεχωεσμόρφον, id est, à vulgo separatum, denotent, quid obstat, quo minus, Aquilam hoc quoque loco, ut mori suo satisficeret, vocum Etymologiam urgere voluisse credamus? Eleganter Hesychius & Suidas πέλισομόρφος, πληρόμαρφος, πέλειόμαρφος, ἐνθυσιῶν: πέλεσφόρος vero apud Suidam paulò aliter, πέλεις, μάντης, ἐγιασείμανδος: vix dubito, quin, cùm ira verteret, ad præsentem hunc locum alluserit. Theodoretnus comment. in hunc locum ita insit: πέλεσφόρον Τίνων καλεῖ τὸν Μυσαγωγὸν, πέλισομόρφον ἐ τὸν Μυσαγωγόμαρφον. Aliquid vidit, nempe à propria sua significatione nomen πέλεσφόρος recedere; halucinatus tamen in eo, quod non tam genere, quam formâ differre existimavit. Sunt enim πέλεσφόροι πόρναι; πέλισομόρφοι

verò πορφύρας, utriq; cultui idololatrico destinati, hi, בָּשָׁרֶק, docente Seldeno de Diis Syris p. 237. Deæ Astartæ, Luco, sive תְּהִרְתָּא אֱשֹׁר Antistites dati; illæ קָרְבָּלָה Baal-Phegorio seu Priapo mancipatae: vide Hieron. ad Ose. c. 4. v. 13. & Seld. lib. cit. p. 160.

III. Deut. 32. v. 42. Græcæ Editioni hæc adjicitur mantissa: Λόρεγάντης εὐεργεία (vel, ut Eugub. legit ex Basil. edit. ᾱμω) ἀντα, καὶ ωροσυνοά πωσαν ἀντα πάντες οἱ ἀγγέλοι θεῶν. Ubi hæc in veritate Hebræa? Nusquam certè; & tamen ibi aliquando sic fuisse lectum, tum Apostoli Hebr. I. v. 6. tum Patrum, Justini Martyris, Augustini, Theodoreti citationes probant: unde iterum Salmeron contextus Hebræi integritatem vellicandi occasionem arripuit. Sed resp. 1. Veritatem Hebraicam hoc sibi loco optimè constare, nec ullius incusari posse erroris aut corruptionis, nisi, eadem operâ, in jus vocare velimus Vulgatam Latinam, Arabicas, Chaldaicas, in quibus hic ε̄ δε γου, ε̄ δε μν. Quid? quod expressè Eugubinus fassus sit, totam hanc sententiam depravatè legi & videri, quæ hoc loco apud eos leguntur, aliunde esse transposita. Sic est sanè: habet versio Græca ejusmodi transpositiones infinitas. Videas c. 16. Josue: subjici verba, quæ ex 1. Reg. c. 9. petita. Ipsum hoc caput appendicem habet ex Deut. 31. 22. desumptam. Nec sanè in expurgando Augia stabulo tantam Hercules devorâ videtur molestiam & laborem, quantum minatur restitutio locorum Editionis Græcæ luxatorum aut transpositorum, in libris præsertim Historicis, ut non sine causa Santes Pagninus c. 9. Isag. in hæc eruperit verba: Nos summo studio, curâ & diligentia LXX. interpretationem cum Hebreo contulimus, & tot invenimus addita, demta, depravata, immutata, & ab Hebraico prorsus aliena, ut mihi persuadere nequeam illam esse LXX. Interpretum.

2. Citat omnino Apostolus ex V. T. καὶ ωροσυνοά πωσαν ἀντα πάντες ἀγγέλοι θεῶν, sed ex Psal. 97. v. 7. unde sine dubio in Deut. locus translatus est, mutatâ tamen personâ secundâ in-

tertiam. Neque enim, ut recte notat *Lyranus*, *Apostoli semper curaverunt allegare Scripturam de verbo ad verbum, sed sufficit eis accipere sensum.*

3. Patres, non mirum est, eam secutos versionem, quam intellexerunt, cujusque religio, ex falsa miraculosæ translationis hypothesi concepta, in alia inquirere planè prohibebat.

I. V. Josue 21. v. 36. 37. Editio Graeca sic habet: Καὶ πέραν τῆς Γορδάνης καὶ ιερειχῶ, εἰς τὴν φυλὴν Ῥαβίου, ἔδωκε τὸν πόλιν τὸ φυγαδευτήριον τὸ φονόσταυλόθ, τὸν βοσκόρ εἰς τὴν ἐρήμῳ τῇ μισθῷ, καὶ τὰ σπλαστέρια ἀντῆς· καὶ τὸν ἵλιξην, καὶ τὰ σπλαστέρια ἀντῆς, καὶ τὸν γερμσών, καὶ τὰ σπλαστέρια ἀντῆς, καὶ τὸν μασφύ, καὶ τὰ σπλαστέρια ἀντῆς, πόλεις τέσσαρες. Recensentur nempe quatuor Asyla Levitarum, in tribu Ruben sita, & necessariò quidem recensentur, id quod patet tum ex v. 7. ubi Meraritis datae dicuntur urbes ex tribu Ruben, Gad, Zabulon (quæ speciatim v. 34. & seqq. enumerantur) tum ex v. 39. ubi summa urbium Meraritis datarum, (quod fuerint duodecim) redditur, quæ summa confici non potest, si quatuor illæ civitates Rubeniticæ absint. Confer etiam v. 40. tum denique ex 1. Paral. 6. 7. 8. 79. ubi eædem urbes commemorantur. Desiderantur tamen in multis exemplaribus Hebreorum. Unde *Masius* comment. in Josu. p. 311. annotat, *libros Hebreorum esse mancos*. Urgent etiam hiatum hunc *Hunlæus* in contr. *Salmer. tract. 28 tom. 3. Morrin. in Exercit. Samarit. Exercit. 4.* & in Exercit. Bibl lib. 1. Exercit. 9. p. 436.

Resp. I. Non inficiamur, jam à longo tempore codices Hebreos hoc loco variasse, id quod ex sequentibus R. D. *Kimch.* verbis luculentissimè colligi potest: בָּזָה הַפְּסֻק אָמַר בַּי שְׁתִים עשרה עָרִים הַיּוּ לְבָנֵי מְרָרִי מִמְּטָה רָאָבָן וּמִמְּטָה זְבוּלֹן וּלְמִתְהָה בְּסֶפֶר הָעָרִים לֹא כִּתְבָּה אֶלָּא שְׁמַנְהָה עָרִים מִמְּטָה זְבוּלֹן וּמִמְּטָה נְדָר' וּמִמְּטָה רָאָבָן לֹא כִּתְבָּה וַיְשַׁפֵּר מִוְגָה בְּהָם וּמִמְּטָה רָאָבָן אֲתִכְעָר וְאֲתִמְגָרְשָׁה אֲתִיְחָצָה וְאֲתִמְגָרְשָׁה אֲתִקְרָמוֹת וְאֲתִמְגָרְשָׁה

מנרשיה ואת מיפויה ואת מנשיה ערים ארבע ולא ראייתו שנ' פסוקים
אל' בשום ספר ישן מרוייך אל' מונח, במקצתם וראייתו כי נשאל
רבינו ה' חי' ול' בזאת השאלה והשיב ארת על פ' דהוב' לא' חשב להו
בדברי ה' ימי' חשב להו נראה מתשובתו כי איןן כתובים בספריהם
i.e. In hoc versu dicitur, quod 12. urbes datae fuerunt Filiis Merari
de tribu Ruben, de tribu Gad, & de tribu Sebulon, sed infra
cum numerantur urbes, non scribuntur nisi octo urbes, de tribu Sabulon
quatuor, de tribu Gad quatuor. De tribu vero Ruben nihil scri-
bitur, in nonnullis libris annotatur corrigendum: Et de tribu Ru-
ben Bozor, & ejus suburbana; & Jassa & ejus suburbana; Cede-
moth & ejus suburbana; & Mephaat & ejus suburbana, urbes qua-
tuor. Sed non vidi duos illos versus in ullo libro antiquo emendato,
sed correctos in quibusdam. Vidi etiam, cum Magist. nostro Ai
p.m. quæstio hæc proponeretur, respondisse eum: Licet hoc loco non
numerentur, numerari tamen in Paraleip. ex quo apparet, in libris
eorum duos istos versus non fuisse lectos. Vide etiam Biblia Basile-
ensia ad marginem hujus loci, בלי קדר Samuel Laniado, qui &
rationem, frivolam planè & Rabbinica stupiditate dignam,
intermissæ mentionis tribus Rubeniticæ commentus est. Ad-
dit Masius suffragium Masoræ, in qua itidem horum versicu-
lorum altum est silentium: Morinus loc.cit. urget auctorita-
tem Origenis, qui obelisco suo jam tempore eosdem nota verat, in-
nuens reperiri quidem in versione LXX. viralı, apud Hebræos
nus quam. Quid? quod ingeniosus & eruditus integratatis Codici-
cum Hebræorum vindex, Sol. Glaſius, eosdem desiderari ob-
servet in exemplari manu scripto, sanè vetusto, Bibliotheca
Jenensis?

II. Fuisse tamen in aliis, iisque antiquis exemplaribus, pa-
tet 1. Ex ipsa Kimchii confessione. 2. Ex paraphrasi Chaldaï-
ca Msc. Complutensi, quam in Bibliotheca sua habebat Masius.
3. Ex optimis & probatissimis, quæ Reformatorum, quæ Pon-
tificiorum opera impressis, editionib. cuiusmodi sunt Regia,

Antuerpiensis, Veneta, Basileensis, Genevensis, aliaque plures. Unde Joh. Morinus loc. jam cit. Nunc autem, inquit, antiqui *Judaorum libri* referunt, atq; etiam excusi, plurimum variant; plerique illos *versus prætereunt*, plerique referunt. Sed & in accuratissimo illo illustrissimi Ducis Roahnæ exemplari Msc. A.M. 5255. i.e. à nato Christo 1495. in urbe Italæ Reate ab אַרְיָה חַלְפִּין exarato, quod affectus sui testimonium in Bibliotheca Civica extare voluit, hi quoque versiculi reperiuntur.

III. Infirmum igitur ex hoc loco desumi argumentum contra integratem fontium Hebræorum. Posito enim, jam pridem exemplaria nonnulla duorum horum versiculorum fecisse jacturam, quid auctoritati codicum authenticorum decedit, cùm constet, extitisse eosdem in nonnullis exemplibus, quæ citra omnem controversiam Ecclesiæ Christianæ, tam in editione Bibliorum Hebræorum, quam in translationibus constantissimè retinent? Nec valet *Gordoni exceptio: Christianos propria auctoritate hunc versum, ex Græca & Latina Interpretatione, atque ex 1. Paraleip. 6. addidisse*. Domi Jesuita hanc fecit conjecturam febribulosam. Quando enim, qui Christiani, cuius auctoritate duorum versiculorum supplementum inseruerunt? Quomodo vel ex Græca, vel ex Latina translatione mutuârunt, quod ne nunc quidem cum iisdem consentit? Magnam enim etiamnum inter contextum Hebreum, & duas istas translationes hoc loco esse discrimen, res ipsa testatur.

V. *Judic. 18. v. 30.* בֶּן־מִנְשָׁה גַּרְשֹׁם יְהוֹנָתָן Et Jonathan, filius Gersom, filii Menasse. Græca verò, quod tum ex editione Vulgata, tum ex lectione Theodoreti patet, Gerzonem vocat filium Mosis. Unde rursus Huntlaeus controv. i.c. 10. S. 5. arma capit contra integratem codicum Hebræorum.

Respondemus I Ficulneum planè hoc esse telum, plumbeumq; mucronem, ex Rabbinorum pharetra depromptum, qui,

qui, more suo, nimium argutando veritatem planè amittunt. ורול דרשׁו כי בן גרשּם. Ita enim R.D. *Kimch.* ad capit. 17. v. 7. בן משה רבינו היה ולפי שעה מעשה מנשה שהורה אמר עלי ממשפחת יהורה לפיך תלוי בו הנון כאשר אמר עלי ויונתן בן גרשּם בן מנשה תלו נון מלמעלה בין המם והשין לומר כי נזכר משה היה וככבוד משה תלוי עליו הנון כלום כי עשה מעשה כאלו היה בן מנשׁ. *Explicant Rabbini nostri p.m.* (nempe in *Bava batra* fol. 109. 2.) quod filius Gersom, filius fuerit Mosis, Patris nostri, at quia fecit opera Menassis, qui fuit in tribu Iuda, dicitur de eo, quod esset ex familia Iude: atque propterea Nun suspensum est, cum videlicet dicitur de eo; Et Jonathan, filius Gersom, filii Menasse; suspendunt, inquam, Nun inter Mem & Schin, innuentes, quod nepos fuerit Mosis, in cuius tamen honorem litera Nun suspensa sit, q.d. quod ita se gererit, quasi filius fuisset Menassis, non autem Mosis. His suaviludiis pascuntur, qui pro Menasse legendum volunt Moses, cum tamen Menasses, Rex Iudæorum, longè demum post in vivis esse coepit.

11. Negamus in editionibus Græcis vocem Μωυσέως reperiiri. Non habet Editio Romana, nec Basileensis, immo nec Msc. Bibliothecæ nostræ codex. Ubi apud Theodoretum legerint nonnulli, hactenus viris eruditis nondum innotuit: quod si verò verba ista, Ἰωαθάν οὗτος μανασήν, οὗτος γροσάμ, οὗτος Μωυσῆς, Jonathan filius Manasse, filii Gersom, filii Moysi, quæ in notis Edit. Rom. Theodoreto tribuuntur, eidem verè competant, quis errorem ex vitiolo exemplari ortum non animadvertat? Nempe, quia Sacra Literæ Moysi expressè tribuant filium, cui nomen *Gersom*, nihil verò tale de ullo Menasse reperitur, mendetam huic loco quidam, sed imprudenter, adhibitus, in margine posuit νις Μωυσέως, quæ ipsa postea lectio in contextum, retentâ interim & alterâ, irrepit.

III. Dicimus igitur fontes Hebræos limpidos hoc loco flue-

fluere & illimes. Ignoremus licet juxta cum ignarissimis, quis fuerit ille Gersom, quis Menasses, scimus tamen ex ipsis Sacris Literis, aliós, à Gersome, filio Mosis, & Menasse, Phylarcha, diversos ita fuisse appellatos. Nec quicquam movere nos debet glossa Rabbinica de *Nun* suspenso, quippe qui scimus, & alibi ejusmodi literas in codice Hebræo occurrere suspensas seu elevatas, non à verpulorum curiositate illatas, sed, ad ipsam textus substantiam pertinentes, innatas, *Psal. 80. v. 14.* יְהֹוָה, *Job.*

38. v. 13. & 15. □ יְהֹוָה. Ex qua scribendi anomalia fontibus velle detrahere temerarium planè; mysteria verò ex eadem elicere velle Judaicum est.

V I. *Psal. 14.* post vers. 3. in editione Græca ista sequuntur: Τάρος αἰειφυμένος ὁ λάρυγξ ἀντρῷ, ταῖς γλώσσαις ἀντρῷ ἐδόλιζεται, οἱς ἀσθενῶν ὑπὸ τὰ χεῖλα ἀντρῷ, ὃν τὸ σόμα ἀρέας καὶ πικέας γέμει, ὅξεις οἱ πόδες ἀντρῷ συχέας αἷμα, σωτείμα καὶ ταλαιπωεία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀντρῷ, καὶ ὁδὸν εἰπλέωντες ἔντονος φόβος δεῖπνον τοῦ ὄφεων μηδὲ ἀντρῷ: & in Vulgata: Sepulcrum patens est guttur eorum: Linguis suis dolose agebant: Venenum aspidum sub labiis eorum: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: Veloce pedes eorum ad effundendum sanguinem: Contritio & infelicitas in viis eorum: Et viam pacis non cognoverunt: Non est timor Dei ante oculos eorum. At hæc in exemplaribus Hebræis non reperiuntur, cùm ad ipsum contextum pertineant, quod vel inde patet: 1. Quia à LXX. Interpretibus fuerunt translata. 2. Ab Apostolo Paulo *Rom. 3.* citata. 3. In exemplari quodam veteri Anglicano reperta. Opponit hunc locum fontium Hebraicorum assertoribus *Melch. Can. Loc. Com. p. 60. b. Guil. Reinhold. contr. VVittaker. Lindan. l. 1. de opt. gen. interpr. c. 3.*

Respondemus. I. Ludibrium debent fidei suæ sociis, quotquot Pontificiorum ex hoc loco Hebraicam veritatem vellificant, versioni verò Græcæ aut Latinæ vindicias querunt &

suppetias, vide Bellarm. de V. D. lib. 2. c. 2. Ferdinand. de Escal.
 clyp. concionat. lib. 6. c. 3. qui solidis rationibus probatum e-
 unt, gratis istos versiculos in Psalmo xiv. queri. II. Sed & ra-
 tiones allatae εδίπερ πεπόνιται. Prima incerta, imò, ut verius
 loquamur, falsissima est: Unde enim vel *Cano*, vel alii consta-
 bit LXX. senes versus memoratos transtulisse? Audi loquen-
 tem *Episcopum Nebiensem*, comment. in hunc locum: Tres
 hujus *Psaltri* versus, inquit, quintum videlicet sextum & septi-
 mum non habent *Hebreus*, nec *Chaldaeus* (nec *Syrus*), contextus.
Græcus etiam nunc illos non habet, olim tamen forsitan habuit eos
Græcus, quod suspicari licet, tum ex utraque *Arabica* interpreta-
 tione, *Syra* videlicet & *Aegyptia* (adde *Romanam Sionitæ*) quas
 è *Græco* desumptas non dubito, in qua etiam nunc visuntur, ut ex
 tertio capite *Epiſtola Pauli ad Romanos*, ubi *Græcam literam*, quæ
 ut arbitrantur nonnulli, *LXX.* duorum fuit interpretum, cum his
 inserit versibus. Et *Jacob Faber* in *Pſalter. quintupl. Nota* tres
 versus, quorū initia Sepulcrum, Quorum, Contritio, id est, quintum,
 sextum, & septimum: neque in *Hebreo*, neque in *Græco* nunc ha-
 beri. Et ipse *B. Hieronymus*, auctor tum gravissimus, tum verò
 in primis in hac materia fide dignus, op. t. 5. fol. 98. proem. in
 lib. 16. *Iesaj*. Denique omnes *Græciæ tractatores*: qui nobis erudi-
 tionis suæ in *Pſalmos* commentarios reliquerunt: hos versiculos
 veru annotant atque prætereunt: liquidò confitentes in *Hebraico*
 non haberi: nec esse in *LXX.* interpretibus, sed in editione *Vulga-*
 ta: quæ *Græcè nouvè dicitur*: & in toto orbe diversa est. Vides
 quām manifestæ rei sint temeritatis, qui versiculos illos *Græ-*
 cos à prima versionis *Græcæ* origine arcessunt? Aut enim à
Græco quodam ex editione vulgata adjecti, aut, quod verius
 videatur, ex Epist. ad Rom. ad margi nem *Pſalmi xiv.* & inde in
 ipsum contextum translati, quod & aliâs evenisse paulò antè
 monuimus.

Secunda petitione principii laborat. Non enim, quod *Fab-*
ber, aliqui sentiunt, ex uno V. T. loco hanc hominis corrupti

αργωνογεγοπαν Apostolus desumpsit, sed ex variis. Ipse Hieronym. quarenti sibi, quomodo Apostolus hoc usus sit testimonio in Epist. quam ad Roman. scripti, comment. in hunc Psal. ita respondet: *Apostolum de Deuteronomio ac Psalterio & ceteris scripturarum locis hoc testimonium texuisse.* Nam (proem. in lib. citat.) duo primi versus, Sepulchrum patens est guttur eorum: Linguis suis dolosè agebant: quinti Psalmi sunt. Illud autem, quod sequitur: *Venenum aspidum sub labiis eorum: centesimi tricesimi nonni Psalmi est.* Rursumque quod dicitur: *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: de nono Psalmo sumptum est.* Tres autem versiculi qui sequuntur: *Veloci pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Contritio & infelicitas in viis eorum: Et viam pacis non cognoverunt: In Jesaja Propheta reperi: quos in decimo sexto explanationis ejus libro, quem nunc dictare cupio, expositurus sum. Ultimus autem versus: id est, octavus: Non est timor Dei ante oculos eorum: in tricesimi quinti Psalmi principio est: Nec in hoc cuiquam videatur esse diuersum: si, quod in suis locis numero dicitur singulari, ab Apostolo pluraliter dicatur: qui scribebat ad plurimos: & in unum sensum multa cogebat exempla.

Tertiam rationem masculè ipsi doctores Pontificii Arias Montan. Ferdin. de Escalante, Bellarm. Lindano manibus excusserunt. A'ndegnæs vendit Lindanus imperitoribus ανηθηαυπων, testando, suis se oculis vidisse in Anglia quoddam Psalterii vetustissimum exemplar, quod fuisse creditur S. Augustini, Cantuariensis Archiepiscopi, qui Angliam à Pelagianismo repurgavit, ante annos circiter mille, ubi omnes isti versus integri inventiuntur & leguntur. Fumus, inquam, est, quem partim ex ipso stylo, partim mendosa descriptione, tum Bellarminus, tum Arias Montan. dispulit. Comperit enim Arias, neque antiquorem esse annis 80. librum aut centum, neque descriptum ab aliquo, cui fuerit Hebraica lingua cognita, adeò corruptè, ut vix ullum verbum integratem suam retinere videretur: neque rem esse omnino puerilem. Ita Arias initio variarum

lectionum Hebraici contextus, in Apparatu Bibliorum Regiorum. Phrasin verò codici Anglicano antiquitatis larvam detrahere, *Bellar. lib.2.c.2.de V.D.* recte observavit. Nam nec verba sunt omnia Hebraica, ut illud מָלֵא *fors*: nec etiam phrasis, præsertim in illo versu אַלְאָ וּמְרֹה מִלְאָ quorum os dolus & amaritudo impletur. Non enim Hebræi verbum ad finem collocare solent. Vide plura de hac re in libro notacionum ad varias lectiones Vulgatae editionis, *Francisci Lucae Brugensis.*

VII. *Psal. 19.v.5.* בְּכָל־תְּהֻרְןֵי צָבָא i.e. in omnem terram exivit linea eorum. LXX. εἰς πάσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Sonus eorum, prout *Vulgata* habet, & ab Apostolo repeatitur *Rom. 10.v.18.* Unde iterum *Huntaeus c.9.S.7.* & *Bellar. lib.2. de V.D.c.2.* in puritate fontium Hebraicorum insurgunt, existimantes, pro eo, quod hodie legitur in Hebræorum libris סָפֶר linea eorū, LXX. interpretes legisse קול סָפֶר vox eorum.

Respondemus. I. Per συγχώρεσιν. Posito enim, unius, hoc loco, literæ ל detractionem exemplaria Hebraica pati, quod tam Masoretarum industria permittere nos prohibet; num propterea statim universus periclitabitur contextus? Aut num ulla difficultate sensus inde laborat? Certè sive קילס legas, sive סָפֶר, metaphoram habes, utrobique elegantem, rei exprimendæ eidem optimè accommodatam.

II. Per ἀρνησιν. Negamus LXX. senes aliter legisse. Et quid necesse est, ad periculofas istas nos delabi conjecturas, cum variæ hoc loco occurrant rationes conciliandi textus Hebraici cum versione Græca? Fieri potest, inquit *Lorinus*, ut ad sensum respiciendo, et si legerint LXX. סָפֶר, maluerint reddere sonum, ut docent *Eugubinus* & *Genebrardus*, præterea *Titelmanus*, *Bredbachius*, & quem postea legi, *Malvenda*. Sic *Delrio*, *Ioh. Isaacus*, *Ar. Montanus*. Nihil verisimilius ab homine Pontificio dici potuisset. Loquitur utiq; regius Psaltes Metaphoricé, Metapho-

taphoram hanc Interpretes, de sensu magis quam verbis solliciti, alii exprimunt aliter, ad eundem interim scopum collimantes omnes. LXX. viralis, Latina & Arabica habent, φθόγγος, sonus. Syra utraque סברתָהּ Evangelium, vel annuntiatio eorum. Chaldaeus vero Paraphrastes, inquit Guido Fabricius Boder. praefat. in N.T. Syriacum p. 10. בְּכָל אֶרְעָא נִפְקֵד מִתְחַיְּנִתָּהּ in omnem terram exiit extensio prospectus (error est: nam legi debet juxta Neb. & Basil. γένην ήσαν effectus eorum) eorum. Sed utraque expositio convenit, prima quidem ad literam de commensurazione & æquabili motu, atque adeò de harmonia cœlorum intelligi potest. Cum enim gentes, quantumvis barbaræ, cœlos suscipiunt, rarosq; & constantes in omni ævo eorum motus vident, coguntur agnoscerre & fateri mentem quandam architectricem, quæ præsit eis, & eorum motus moderetur & gubernet: (vide libr. Nic. p. 150. Coim. Riv. p. 135. R. Sol. Fer. de Esc. p. 657. Not. Vatab.) Altera vero ad sensum Anagogicum referri debet. Quod enim in Psalmo; verba sunt Glæsii in Philolog. p. 124. de celestium corporum motu dicitur, id egregie Apostolus ad cursum Evangelicæ prædicationis accommodat. Etsi nullam hic ἀπωλείαν alii agnoscant, sed pulchram παρωδίαν, seu accommodationem ad institutum Apostolicum, cuiusmodi in N.T. crebræ sunt. Consule Rivet. comment: in hunc locum. Heins. Exercit. in N.T. p. 14. quorum judicia compilare hic propositi nostri non est: nec enim commentaria scribimus, sed breviter loca corruptionis insimulata, vindicamus.

VIII. Psal. 96. v. 10. אָמַרְתִּי בְּגֹויִם יְהֹוָה פָּלָךְ i.e. dicite Gentibus, Dominus regnavit, scilicet Χριστός, quod, monente Justino Martyre, ex editione Hebræa eraserunt: Ita Melch. Canus loc. Theol. lib. 2. pag. 6 i. Justinus Tyrphonem evicit, quod à Judæis multa Prophetarum loca detruncata fuissent. Illudque inter cetera refert, Dicite in nationibus, quia Dominus regnavit à ligno. E quo versu illa verba, à ligno, detracta fuisse contendit.

Responsum. I. Judæos locum hunc in codicibus Authenticis corrupisse, *Justino Martyri* in mentem nunquam venerat. De editione Græca loquitur, quando ait, *multos illos ac integratos locos sustulisse, in quibus clare, hunc ipsum crucifixum Deum & hominem esse, eumque in cruce pendere & mori, pronunciatum esse ostenditur.*

II. Sed neque ad textum pertinere additamentum hoc, tum ex varijs editionibus antiquissimis, tum etiam ex confessione adversariorum manifestum est. Non reperiebatur, in codicibus Græcis, tempore Hieronymi, Theodoreti, Euthymii. Deest etiam in editione Chaldaica, Vulgata Latina, Psalterio Gallico, editione gemina Arabica, & utraque Syriaca. Unde verò, & quo modo in exemplaria quædam Græca, & inde in Latinum Romanum irrepsérit Nicol. Fuller. Miscel. Sac. lib. 3. c. 13. his sequentibus indicat verbis: *Quum Lector quispiam paulò attentior animadvertiset, Prophetam ibi spiritualis Regni Christi pomœrinum in universas gentes proferendum significare, horum Scripturæ sacræ verborum (οὐνεὶ Θεασιλουσεῖ) apposuit ē regione, in ora libri sui, voces illas (διπτεξιλαζεῖ), quasi ἐγρηγοράς.* Porrò quum Annotatiuncula ista librario non injuriā arrideret, ratus eam variam esse lectionem, in textum fidenter transtulit. *Hunc* deinde alii fortè (ut solent) imitati sunt. Tandem vehementer probata piis sanctisque quibusdam viris verborum sententia, scriptiōne etiam ipsi fidem autoritatēm conciliavit. Ita sanè est: tam avidè lectio hæc; quia videbatur cōtinere evidens vaticinium de crucifixione Messiae; arrepta fuit à sanctissimis Patribus Tertull. adversus Judæos, cap. 11. 13. & lib. 3. contra Marcion. c. 19. Cyprian. de montibus Sina & Sion. S. August. in hunc Psal. & lib. de altercatione Eccl. & Synagog. & lib. 80. quæst. 69. quæst. Leo Papa serm. 4. de passione. Arnob. in hunc Psal. Ambr. in 1. Cor. c. 15. ut Ecclesia Romana tandem supremam ei deridit auctoritatem, cùm in Hymno crucis, quem Faber Theodulpho tribuit, passionis tempore, sic canitur:

*Impleta sunt quæ concinit
David fideli carmine,
Dicens in nationibus.
Regnabit à ligno Deus.*

Confessio adversariorum multum hic valet, et si non omnium æquè sit ingenua. Jacob Faber, simpliciter fatetur, particulam hanc, à ligno, non de substantia & integritate versus putandam; sed pro pia alicujus devotione ὡδα φεσινῶς adjectam, Ferdin. de Escal. clyp. conc. lib. 6. c. 4. itidem concedit, Davidem duas illas dictiones, à ligno, suppressisse, ibidem tamen inclusas esse voluisse. Johan. Morin. in Exercit. Bibl. p. 312. ait, antiquam omnium Patrum traditionem addidiſe huic versiculo, à ligno.

De reliquis locis versionis Græcæ, à veritate Hebræa variantibus, agetur; σωὶς θεῷ; infra in prolixo examine de historia, nævis, auctoritate versionis LXX. viralis.

D. Nonnullorum corruptio odio Judeorum in Christum & Christianos, ἀπόφελῳ imputatur.

Mendacium scribere πτερόπηχυ, quotquot eosque reculitorum in Christum & Christianos extendunt odium, ut ne quidem à veteri Instrumento sacrilegas abstinuisse manus credant, argumentis solidis satis suprà evicimus in κατασκευῇ. Αὐτούσιον Adversariorum potissimum constat inductione quorundam locorum, quorum nonnulla breviter nunc diluemus.

1. Primus locus occurrit *Psal. 22. v. 12.* ubi hodierni Judæi legunt **בָּאֵרִי** *sicut leo*, Veteres **פָּאֵרִי** *foderunt*. Resp. Ita sane lectio hæc erudita exercuit ingenia, ut, cum alias integritatem fontium Hebræorum constanter defenserent, hic tamen loci Judæorum sacrilegium ἐπ' ἀντφόρῳ deprehensum existimarent. Scaliger in epist. pag. 472. **תְּקֻוֹן סַופְרִים** mibi constat, non omnes locos, quos Judæi à veteribus critici mutatos dicunt, ab ipsis interpolatos fuisse. Id facile probari potest. Unum fortasse aut

alte-

alterum contaminârunt, ut τὸ ὄρυξας τὸς πόδας με, καὶ χεῖσσας με. Nam quomodo hodie legitur nullum commodum sensum concipiunt. Et Simeon de Muis de verit. Edit. Hebr. p. 14. Ego profectò ausim præstare, præter locum Psalmi 22. (nam alia, quæ ab aliis notantur, levia sunt & nullius ferè momenti) ubi nos cum D. Hieron. legimus; Foderunt manus meas & pedes meos: Judæi vero, sicut leo manus meas, & pedes meos; in totis Hebræis codicibus inveniri nihil, quod optimam, cohærentem, piam, & Christianæ fidei prorsus congruentem non habeat sententiam. Et Hugo Brugthonus in Daniel. cap. 9. p. 45. sic scribit: Voluerunt tandem impii Iod in scriptura non collere, sed addere, dum ad Psalmum 22. studuerunt corrumpere τὸ καρυ ὄρυξαν, id est, foderunt, ut sit caari ad nullum sensum. Hunnius de eadem lectione pronuntiat, Hanc depravationem Hebraici textus esse perspicuam. Et Junius in notis ad Psal. 22. atque in c. 2. lib. 2. Bellarm. art. 6. Hac lectione, quam nunc Judei defendunt, nihil insulsius, & dev. ὑπὲ, nec vox integra, nec sensus. Sic Forsterus in dictionario Hebr. f. 394. cuius verba hæc sunt: Ego in ea sum sententia, quod sentiam vocem hanc à Judæis, mox à CHRISTI paſſione, depravatam, quando à Christianis hic locus illis objiceretur, ac prophetiam hanc in CHRISTO impletam convincerentur, sicut plures in Scriptura locos aut obscurâsse, aut omnino depravâsse verisimile est. Vide etiam Chamier. panstrat. tom. 1. p. 446.

Molliùs alii loquentes existimant, locum quidem corruptum esse, sed ἀτομέτωτον, fortuitò & casu, quasi per se & sponte, propter nimiam affinitatem duarum literarum, Iod, & י. Italoquitur Genebrard. Fer. de Esc. p. 656. consentitque Bellar. l. 2. de V. D. c. 2. qui errore scribarum בָּאֵר legi nunc asserit.

Tertii, ab omni planè corruptionis suspicione locum liberant, qui tamen iterum duabus distinguuntur classibus.

Primam classem constituunt illi, qui retenta & approbata voce בָּאֵר sicut leo, locum ellipticum esse putant. Non assentio, inquit, Nebiensis comment. in hunc loc. dicentibus, Hebreos hunc

hunc locum corrupisse, quod ex nostris arbitriatur multi, qui dicunt, legendum apud Hebreos כְּרָה caro, deducta voce à verbo כְּרָה cara, quod fodo si ve figo, si ve vincio significat. Loca enim omnia, quæ Hebrei corruperunt, studiosos hujus linguae non latent, & ipse in nostris scholiis diffuse de illis differui, inter quæ hic locus nequam numeratur. Verum, quod hic verborum structus defectivus habeatur, liquet ex Chaldaeo textu, qui defectui occurrens addidit verbum נַכְתֵּן, quod mordentes seu vulnerantes, seu ferientes significat. Hanc sententiam fusè persequitur Gisbertus Voëtius in thesibus suis, & Glaßius in Philol. Sacra, p. 129. Atque sic etiam verterunt Tigurini nostri, notantes interim in margine: Alii legunt, foderunt manus meas, & pedes meos, quorū exemplaria habuerūt כְּרָה. Sic Esc. l. 4. c. 23. quod cont. Hunt. p. 30. observa.

Ad secundam classem referimus cæteros omnes, qui, salvâ interim hypothesi suâ de integritate codicum Hebraeorum, existimant, malitiosa depravationis & sacrilegii Judæorum luculenta satis heic extare vestigia, in iis nempe exemplaribus, quæ sexcentis ab hinc annis plerorumq; manibus terebantur: aliter enim vetustissimos habuisse codices, extra omnem dubitandi aleam esse positum. Hæc sententia, ut maximè est plausibilis, ita dignissima videtur, cui illustrandæ non nihil immoremur. Rem paucis expediemus aphorismis.

I. *Verbum כְּרָה* veteres reperisse in exemplaribus Hebræis, non verò Nomen, clarissimè eluet i. ex versione

a. *Græca* LXX. viral habet enim ὄρυξαν, quod frequentissimè in hac editione respondet verbo כְּרָה fudit, effudit. Ejus synonymum est כְּרֹר, ad cuius etiam formam, sine dubio, & index verbi quiescentis secundâ 1(quod non in lingua tantum Arabica frequentissimum, imò perpetuum, sed & Hebræa usitatum satis est, vide Nehem. I 3. 16. Hose. 10. v. 14. Zachar. 14. v. 10) in tertia persona (כְּרֹר) retinetur. Quemadmodum enim literæ unius organi, ita etiam quiescentia secundâ 1 cum quiesc. tertiat 7. apud Hebreos sæpe confunduntur; hinc רֹר &

& **רְדָה** dominatus est, **כּוֹבֵעַ** & **כּוֹבָעַ** galea. Hæc verissima videtur ratio anomalæ illius præsentis Verbi scriptio[n]is, quod nempe Interpretes Græci non **כָּרְנוּ**, sed **כָּרְרָוְתִּי** (אֲכָרְרָוְתִּי, verbo **כָּרָר** planè **כָּרְרָוְתִּי**) legerint. Atque lectionem hanc sequuntur versio[n]es quoque aliæ, *Latina*, Gallica, Romana, Hieronymi, Vetus, Conciliata: *Arabica* Erpenii, Nebiensis, תְּקֻבוֹן perforarunt, quam etiam lectionem *Ibn Sora Jacobita* habet, in refutatione libri cuiusdam Patriarchæ Alexandrini, Saidi, cuius olim professor erat præclarum Orientalis literaturæ lumen, *D. Johannes Elichmannus*: *Syriacæ Sionitæ* & Erpenii, & *Aethiopica*. Quid multa? *Omnes* (plerique, esse enim viros, egregie doctos, & interpres Biblio[r]um non postremos, qui ellipticè locum explicent, paulò autem diximus) nostri interpres, inquit River: in Psal. p. 221. hic legunt in *Ebraeo* כָּרְנוּ caru, foderunt, à verbo בְּרָהָה cara, fodit, effudit, perfodit.

b. Ex translatione *Aquila*, cuius auctoritatem quanti hoc loco fecerit Nic. Fuller. ex sequentibus ejus percipe verbis: *Nobis in præsentia unus Aquila instar omnium erit. Quem, etiam si sola commendaret vetustas, novitiis istis impostoribus longè anteponemus. Certum quippe est, floruisse eum sub Imperatore Aelio Adriano, ac versionem suam edidisse vix dum exacto centesimo à Christi Ascensione anno. Quare ambigi non potest* כָּרְנוּ germanam esse, & multò vetustissimam, adeoque primam scriptio[n]em: quam ipsi quoque septuaginta, quatuor prope sculis, *Aquila* antiquiores, interpretatione sua comprobârunt. Nam ea de re utrisque inter se optimè convenit. *Siquidem utrique Chetib, seu scriptum, ibidem esse verbum, asseverant: nomen tacent. Transtulit autem Aquila vocabulum illud, (כָּרְנוּ) הַצְּעָוָר turpiter, vel pudendum in modum tractârunt. Unde vero הַצְּעָוָר? Conjecit idem Fuller. Miscell. Sac. lib. 3. p. 349. interpretem ex idiotismo Syriaco (nam כָּרְנוּ Cor 6. 5. εἰ τε γὰρ, vel αἰχμῶς significationem obtinere idem ille observavit) textum reddidisse. Ingeniosè profecto. Duo tamen observo, quæ in hac *Aquila* versione contra linguæ Syria-*

Syriacæ usum pugnant. 1. Quòd verbum ipsum nuspiam
 vel apud *Hebræos*, vel apud *Chaldaeos*, vel apud *Syros* hoc sen-
 su occurràt. 2. Quia nomen כווארא; eo enim *Paulus* utitur;
 juxta analogiam Grammaticam, est à verbo בָּרַךְ, quod, quia 1
 Radicale in medio movetur, normam verbi perfecti sequitur,
 prout סֹחֵן voluit, desideravit; וְזַה exultavit: unde jam tertia plu-
 ral. emerget. בָּרוּ non כווארא, à quo deinde verbo כווארא
 בָּרוּ, quod ab *Ibn Isa* in Lexico Arabico Msc. vertitur תִּבְקֹרֶת
reprehensio חַבְגִּיל תַּעֲצֹפְנָה: id quod propterea monemus, quia
 vox Syra in N. T. semel tantum occurrit, ipsaq;, eam, sine du-
 bio, ob causam, quòd genuina ejus significatio obscurior esset,
 vel paucis nota, à quibusdam inter mendas relata. Ait enim
Cl. Buxtorf. in Lexico Chaldaeo & Syro, quosdam putare legen-
 dum קְוָאָנָן qua voce 2. *Tim.* 3. 16. vox ἐλεγχθ̄ exprimitur, &
 ab *Ibn Isa* itidem per תִּבְקֹרֶת redargutionem, reprehensionem
 redditur. Sed levior est hic nævus, cui eò faciliùs condonan-
 dum, quòd significantiùs ipsum hoc de Christo vaticinum ver-
 bum αἰχμῶν exprimit. Eleganter *Hesychius* verbum αἰχμῶν
 explicat per αἰκίζεται, λυγάνεται. Ηχων igitur dolores illos
 exquisitos, ex clavis penè trabaibus, pedibus & manibus Ser-
 vatoris nostri altissimè adæstis conceptos, indicat; simûlque
 hostium impetum, quo tanquam leones rugientes Messiam
 quasi devastarunt, & humanitatis limitibus prorsus spretis,
 agni illius innocentis unguibus ora fædarunt, & pectora pugnis,
 ut loquitur Poëta, graphicè depingit.

c. Ex codicibus manuscriptis & impressis, qui lectionem
 כארו retinent: *Genebrardus* in h.l. doctissimorum Iudæorum
 testimentiis probat, optima & antiquissima exemplaria habere
 כארו, quod etiam testantur *Andrad.* lib. 4. defens. fid. Christ. *Joh. Isaac.* contr. *Lindan.* lib. 2. p. 202. Idem ego *Joh. Isaacus ipsa*
veritate & bonâ conscientiâ testari possum, quod hujusmodi Psal-
terium apud avum meum viderim, ubi in textu scriptum erat
 כארו & in margine כארו *Galat.* de arcan. Cathol. verit. libr. 1. c. 3. &

lib.8.c.17. ita etiam Biblia Complutensia, edita cum privilegio Papæ Leonis X. anno 1520. procurante Cardinale Ximenio, legunt נארו.

II. Accidit verò vocabulo huic, quod 847. (848. enim variæ lectiones ab *Elia Levita* numerantur) aliis. Retinebant quædam exemplaria נארו foderunt; in aliis, vel propter literarum affinitatem, vel temporis durationem, vel etiam Amannensium negligentiam, occurrebat נארי *sicut leo*. Effecit autem hæc lectionis varietas, ut Masorethæ limam adhiberent criticam, vocabulo נארו reliquo in textu, nomine vero notato in margine. Assertioni huic nostræ testimonium perhibet, tum Masora textualis *Num. 24. v. 9.* ad vocein נארי, tum etiam R. Jacob Ben Chajim in Masora finali lit. נאר. Verba Masore harum ita habent in margine פתחן וב' קמצין ו' פתחן id est, vox quater occurrit, bis cum *Kametz*, & bis cum *Patach*. Infrà verò id נאר ב' וס' ברע שכב נארו כתיב כתיב est, Kaari bis occurrit, nempe (*Num. 24. 9.*) cubuit, incurvavit se instar leonis, & (*Psal 22.*) Instar leonis manus meas & pedes meos, ubi tamen (id est, in textu scriptum) fuit נארו. Sic R. Chajim; id est, בקצת ספרים מרויקם מצאתи כתיב נארו וקרוי נאר, In quibusdam exemplaribus correctus in veni scriptum (in textu נארו), leatum verò (id est, in margine notatum) נאר (כתיב נאר) At verò non semel קרי ו' השם notæ marginali præferendum, ne ipsi negare ausint Iudei, ut aliâs dicetur.

III. Paulatim verò, ubi Iudæi animadvertisserent, hoc loco crucem Romanam (verba sunt Casauboni contra Bar. p. 619.) graphicè, & quidem propriis suis notis, atque συμβόλοι describi, omnem moverunt lapideum, ut tam manifestum vaticinium tenebris involverent, & primò quidem notam marginalem in textum inficerent, quod Johannes Isaacus sexto ab hinc seculo primò in minoribus Bibliis, in puerorum usum descriptis, coepit, postea latius propagatum conjicit; deinde vestigia variæ lectionis planè abolerent. Cui proposito suas Christiani typographi

graphi mutuârunt operas. Refert enim *Sixt.* *Amama* in *Antibarb.* p. 725. se ex *Cl. Drusio* sâpe audiri sese, a sum fuisse *Judaum* quendam, correctorem cuiusdam *Venetæ editionis*, denuntia re *Bombergo*, cùm is locum hunc ad fidem correctissimorum codicium, quos *R. Jacob ben Chajim* notat, restituere vellet, se procuratum apud suos, ne ullum exemplar istius editionis emeretur. Atque ita hujus qualis cunque defectus, quem in hodiernis codicibus agnoscimus, originem librariorum, descriptorum ve incuriae, conservationem vero & durationem ejusdem, partim *Judaorum* pertinaciæ & ambitioni, partim nostrorum typographorum pusillanimitati & Christianorum societate adscripsérunt.

IV. Quod si igitur quis cum *VVittakero*, & aliis, quorum nomina supra expressimus, dixerit, *hoc unum posse in fontibus Hebraicis corruptelæ indicium inveniri*; & cum *Cl. Chamiero* censuerit, hîc vero duriores *Judaorum esse partes*; cùm tamen, ut verum fatear, altera lectio נא non minùs commoda videatur; observabit, non de vetustissimis, nec de omnibus, sed de neotericis, plerisque licet, illud intelligendum exemplaribus: unde hoc tantum evincitur, falsationem quidem *Judaos*, contra authoritatem *Masoræ* & veterum codicium attentasse, sed non omnino perfecisse; quin potius ab ipsiis met eorum Magistris, *Masorethis* & *Rabbinis* fraudem maturè esse determinam. Sint quidam Codices, in quibus corrupta (modò sunt) & prægnantes lati afferri possint causæ, ob quas locus Psalmi corruptus dici mereatur) lectio obtinet; promittam tamen possunt alii, ex quibus vitium ad natum emuscatur, & genuina lectio restituitur. Num propterea, quod olim *Marcionitæ* scripta N. Test. sacra indignè tractârunt, iis alia addiderunt, alia detraxerunt, Ecclesiæ veri codices corrupti erant censendi? Negat *Epiphanius*: *Ei καὶ μὲν*, inquit contra *Marcionitas* p. 148. *τὰ γέγενη μάρτυρα, ὃς εἶχεν τὸ σωτῆρόν εἰπεν μάρτυρα, οὐδὲ γέγενται οἱ τόποι ἐν τῷ σταύρῳ λόγιας κακηνοῖς, id est, et si (Tu Marcion) non relinquas Scripturam, quem-*

admodum pronuntiata est à Servatore, servantur tamen loca ista in Evangelio S. Ecclesiæ. Et p. 151. Οὐδὲν ἡμέρας ἀδηνός τετο,
 καντεὶς δὲ ἀντὸν ἀσπενόψη, διὰ τὸν ἀπεκόψει, αἰλλὰ εἰντὸν, καὶ
 τεῖς ἀντὸν ἐγνώσθε· ἵκανῶς δὲ ὁ κατ' ἀντὸν ἔλει, χός δέι, διὰ πλειό-
 νων μαρτυρεῖται, id est, Nihil hoc nobis nocet: et si enim (Marcion)
 abscederit illud, non abscedit à nobis, sed se suosque damno afficit:
 fatus enim refutatur testimoniorum pluralitate. Eò aliquando ef-
 fræna Monachorum licentia processit, ut de universo Christi
 Evangelio abrogando varias & impias suscepere cogitatio-
 nes: & paucis abhinc annis, Hieronymus Xavier, Persishisto-
 riæ dedit Evangelicam, figmentis Apocryphis adeò collu-
 tulatam, ut si ex ea cæteri Evangeliorum codices essent emen-
 dandi σεσφισμάτοις in posterum μύθοις Ecclesia Dei esset nu-
 trienda; quos sophistarum conatus prolixius refutavimus in
 ὁδῷ nostro P. I. p. 31. & deinceps. Jesuitarum nonnullorum
 profanâ audaciâ factum esse, ut anno 1572. Antuerpiæ, in Bi-
 bliis interlinearibus, pro genuina lectione נָאָתָה, poneretur נָאָתָה,
 aut, quod monstrum vocabuli est, נָאָתָה, suprà p. 124. diximus.
 Anne verò hæc quorundam temeritas in detrimentum cedet
 authentiæ Codicum Sacrorum? Minimè verò. Sic Gallica
 nive frigidius est argumentum, quo universalis Codicum He-
 bræorum, ex particulari quorundam, vel plerorumque etiam
 conatu, concluditur corruptio. Legant Judæi, juxta recentio-
 ra exemplaria, נָאָתָה, nos (denuò tamen monemus, ringenti-
 bus licet Judæis, ipsum quoque, בָּאָרֶת, si vel maximè ita lege-
 remus, intemeratum esse & incorruptum de passione Christi
 vaticinium) imagè antiqua secuti retinere possumus, בָּאָרֶת, fo-
 derunt: Quid tu mihi (quærit Chamier. panstr. lib. 12. p. 446. ex
 Huntlao) Judæorum lectionem objicis? Aut quæ Scripturæ culpa
 est, si in suis Synagogis Verba blasphemant. Plura de hoc loco
 scripserunt Sixt. Amam. in Antibarb. Bibl. p. 21. & 721. Johan.
 Drusius quæst. per Epist. 65. Cham. loc. cit. Rainold. contr. Hart.
 p. 134. Glaß. in Philol. Sac. p. 114. &c.

II. *Jesaj. 9. v. 6.* וַיִּקְרָא שְׁמוֹ vocabit nomen ejus, pro καλέσαι τὸ ὄνομα αὐτὸς; *Chaldaeus*; *יתקר שמה*; *Latina*, *Vocabitur nomen ejus*. Mutarunt nempe Judæi puncta, & ex Passivo fecerunt Activum, unde ex mente illorum hic loci sensus est: *Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi vocabit nomen ejus (scil. Messia) principem pacis*. Mutatio autem punctorum post tempora S. Hieronymi ideo facta, ne ex hoc loco cogerentur Messia & divinitatem confiteri. Ita *Ferd. de Escal.* l. 6. p. 657. *Hunl. controv.* i. c. 8. *Bellar. lib. 2. de V. D. c. 2.* *F. Theodor. Belvederenis* præfat. *Tur. cont. Damasc.* *Joh. Morinus Exercit. Bibl.* p. 190. Et *Guadagnolus*.

Reff. Alia est depravatio interpretationis, alia literæ. *Judeos* (vide *Sol. Jarch. & lib. Niz.* p. 125.) velle verbum קִרְבָּנְגָּדֵן eſſe cum Substant. לְאָתָה eosdem proinde lectionem ita invertere, *Hoc est nomen, quod vocabit eum Deus fortis, Pater futuri seculi: ut hoc duntaxat filio reliquum faciant, Principem vocari pacis*, meritò cum *Calvino* conquerimur: Multò perspicacior *Aben Esra*, qui candidè fatetur, videri sibi omnia ista nomina eſſe pueri. Sed hoc nihil ad rem, de literæ integritate controversia movetur, non sensus explicatione. Errores Judæorum detestamur, impiásq; eorum glossas à scholis nostris longè valere jubemus, libros Propheticos, qui, ut *Justinus* loquitur, ad nos & quæ pertinent, ac verpulos, defendimus; eorum auctoritas, si pessimum detur, nulla porrò futura est, cui satis tutò nostram salutem committere possimus. Hic verò locus Prophetæ, si ullus alias, integer est & intemeratus, omnésque illi, qui corruptum eſſe existimant, manifestè se produnt, quām sit eorum in lingua Hebræa curta supellex. Nonne enim, iisdem servatis punctis activi verbi, idem sensus efficitur, & per verbum passivum exprimi potest? *Latinus* certè Interpres & LXX. Senes id phraseos genus usitatissimè interpre-

interpretantur passivē. *Ezech. 23.v.47.* בחרבותך עת כהן וברא אותהן *confodierat eos gladiis suis*; Chald. *confodient*, LXX. καὶ οὐκ εὑρίσκεται σαν; Latin. *confodientur*. *Micheæ 2.v.4.* *Tollet super vos parabolam*, id est, tollet aliquis, vel tolletur, LXX. ληφθήσεται ἐφ ὑμᾶς ὁ θεός, man wird ein sprüchwort über euch sagen. Hinc Steuch. in Genes.c.9. Ad imagineim Dei factus est homo, *Hebraice non est passivum*: sed הַשׁ, hoc est, fecit: quod LXX. per primam personam pronuntiārunt, εἰ εἰνόν τις ἀποίκησεν αὐτὸν, id est, in imagine Dei feci hominem. *Potest quoque esse tanquam impersonale*, quam verborum qualitatem non per passiva, ut nos, sed per activa Hebræi exprimunt: ut illud, Adæ non inveniebatur similis; ubi est נְשָׁמָה invenit. Pererius in Genes.c.15. *Mos est Hebræorum, nonnunquam præteritum actiūm ponere pro passivo*, ut Micheæ primo, de mercede meretricis congregavit. Sed Latinus Interpres intelligens, illud præteritum actiūm, congregavit, habere vim passivi, ita vertit: Quæ de mercede meretricis congregata sunt. Ita Riebera in Mich.2.num.17. agnoscit linguæ Hebrææ Idiotismum, quo futurum actiūm sine supposito s̄epe passivam habet significationem. Eant igitur isti ἔγρισται, & ad pedes gregalium suorum Grammaticis præceptis melius imbuantur, ut ita cautiūs deinceps de Scriptura V.T. Hebraica loquuntur. Audiant Pinedam Jesuitam, ad Job. c.3.v.3. ita commentantem: *Latinus interpres leniter atque Latinè, & quod pro cuiusque palato ad plura referri possit* (נְשָׁמָה) *in qua dictum est, reddit; & quidem multò, quam alii Hebraizantes, sapientius & verius.* Nam quædam sunt in Hebræo activa, quæ debent passivè & impersonaliter exponi, sicut Genes.15.v.6. Reputatum est illi ad iustitiam, in Hebræo, reputavit: & Esajæ 9.v.6. Et vocabitur nomen ejus; in Hebræo, vocabit. Redeant ad Rabbinorum serperastræ scholastica, & ibi discant, crebras esse ejusmodi *textus breves* (צְרָבָה מִקְרָב) id est, *elleipseis*. Videatur Kimch. Mich. 4.v.3. Aben Esra Malach.1.v.4. R. Sol. Jarchi Genes.48.v.2. Confer suprà p.172.vindic. Jerem.33.v.16. Pluribus hic locus

vindicatur à Clariss. Chamiero panstrat. libr. XII. c. 13. Sol. Glaß. Philol. sac. p. 143. Theodor. Hakſ lib. ſæpe cit. p. 330. Porro, quām indignam, luculentissimum hoc de Melliā divinitate testimonium, in Edit. LXX. viralē expertū sit spongiam, ita ut primæ lectionis vix rudera amplius supersint, infrā videbimus. Consule Bibl. Sanct. Sixti Sen. p. 488. Exercit. Bibl. Marinip. 190. & 313.

III. *Ezajæ 53.v.8.* Vulgata: *Propter sce-
lus populi mei percusi eum.* Ita Græci: Ita Chaldaeus, qui omnes
singularem numerum constanter retinent. At Hebræi, inquit
Hunlæus c. 10. S. 6. codicibus suis inseruerunt **נָגֵן**, ut sit **לְמִנְיָה ipfis**,
non *ipfi*, quomodo non Christus, sed populus Israël propter
peccata nostra percussus dicitur. Ref. I. Bona verba, Jesuita!
Nempe infictia tua & linguae sanctæ ignorantia, calumniosæ
accusationis solidum satis erit fundamentum? Cùm Ecclesia
Reformata ab illis Judæis, penes quos olim vera fuit Religio,
accipit Canonem V. T. sarcasticè illud *Guil. Bailius* quæst. 13.
tract. 1. *Religionarii*, quos vocat ὁ Βέβηλος, id est, Reformatis,
ita exprobrat: *Reformati nostri ad Canonem Iudaorum recur-
runt. Sumus-ne Judæi?* Ita abhorrent Adversarii nostri à ve-
teri Iudaorum synagoga mutuare id, quod tamen solis supre-
mi Numinis benignitas olim indulxit, testante Apostolo, Rom.
3.v.2. **οἵς διατελέθησαν τὰ λόγια τῷ Θεῷ.** At, in contemptum
Fontium sacrorum, sua vertiginosis Rabbiniis commodare
ingenia vix religioni ducunt. *Hunlæus* certè non ignoran-
tiam tantum, ut diximus, lingue sanctæ prodit pudendam,
sed & Iudaorum agit causam, quando particulam **לְמִנְיָה** plura-
liter explicat. Dubitas? Audi *Abarbanel* Jesuitæ in com-
ment. sic præeuntem hoc nomen, **שְׁנָאָמַרְנוּ** הכתובים האלה על יושע
חנוצרי וועל מותו נאמר כי נגור מאירן חיים כי הנה הכתוב אומר
מפשע עמי נגע למו ומלהת למו היה לשון רבנים וורה שהפרשה על
רבנן נאמרה לא על יחיד שם לא כן היה לו לומר מפשע עמי נגע
לו

לו וראו שתרדע שפעתקי הנזרים לבורח ממהספוק הזה העתיקו מלת
 id est, quomodo dicent, *scripta hæc intelligenda esse de Jesu Nazareno, & de morte ejus, cùm dicitur: Excisus*
*est è terra viventium? Quoniam ecce dicit Scriptura, propter prævaricationem populi mei ipsis est plaga (נָגֵן לְמוֹ) Vox enim pluralis numeri est, docèrque textum de multis esse dictum, non de uno, alias enim ita (Propheta) loqui debuisset: Propter prævaricationem populi mei, ipsi accidit plaga (נָגֵן לְמוֹ) Obseryatus verò dignum est, interpres Christianos, ad declinandam hanc difficultatem, vocem לְמוֹ translatisse (ei) Res autem non ita haberet. Sed falleris, recutite, cum Iesuita, tuæ ipsis linguae ignoratus. Deplorandum profectò te, qui magnos in omnes fere S. Scripturæ libros scripsisti commentarios, adhuc ignorare, Etiam singularis numeri esse, & quandoque eum denotare. Doceat hoc te Grammaticorum princeps, D. Kimchius, qui Grammaticæ Hebr. fol. 266. p. 1. edit. Venetæ in 8. ita inquit: ישׁ מוּ בְּנוֹ הַיּוֹד הַנְּסִתֶּר בַּיּוֹם שְׁכִיל וַיְמַטֵּר עַלְמָיו בְּלַחֲמוֹ כִּי הַמָּטָה וְהַוּ כְּמוֹ שְׁכַתְבָּנוּ יְשַׁׁׁ בְּ סִמְןָ רְנִיסְטוּמָן יְחִיד כִּי הַמָּטָה סִמְןָ הַרְבִּים הַנְּסִתְרִים וְהוּ סִמְןָ הַיּוֹד הַנְּסִתֶּר לְפִיכְךָ יָבוֹא עַל הַרְבִּים וְעַל הַיּוֹד i.e. occurrit etiam מוּ quod sit affixum singulare tertiae pers. masc. ut Iob. 22. Sed sibi proderit prudenter agens, & cap. 20. Et depluit in eum loco cibi ejus. Nam ☐ & 1, sicuti scripsimus, continet in se signum pluralis num. masc. deinde numeri sing. masc. indicium est: nam ☐ plur. num. masc. tertia p. nota est: ☐ sing. num. masc. tertia pers. indicat. Ideoque מוּ de pluribus & de unico usurpatur. Eundem in modum ad fratris ejus, Mosis, Kimchii, פָּסָחָה רְבִנָּי Rabbi Elias p.m. 240. כְּמוֹ לְבָנֵי הַנְּסִתֶּר כְּמוֹ וַיְמַטֵּר עַלְמָיו. & scilicet iram super eum (loco cibi ejus) & Iob. 22. v. 2. proderit עלִימָן sibi ipsi intelligens. Ad quem locum doctissima scripsit Conf.l Emper. commentaria, quæ verbotum inse-
 rere*

rere placet, possunt enim instar filii Ariadnæ, ex objectionis geminæ, Iudaicæ & lesuiticæ, labyrintho te educere. Sic ille: *Agnoscit* (Kimchius) *significationem* (voculæ וְ singularem) *cumque dupli testimonio confirmat*, quod ad confirmationem ab omnibus sufficere judicatur, ex lege Deut. 19.15. *Profectò locorum* istorum *authoritatem defugere nequeunt Judæi*: siquidem præter hunc Rabbinum celeberrimum Chaldæus etiam affixum וְ Job. 20. singulare esse statuit, ut qui וְ יָבוֹן reddat וְ לֹא super eum; & eodem modo Græci 72. ἐπ' ἀντὸν in eum; nec non D.K. Gram. fol. 266. p. i. Deinde in altero loco Job. 22. cùm D. Kimchi, dictâ paginâ, tum R. Levi Ben Gershom & Meir, filius Aramae, וְ singulare, non plurale esse docent. Quorum iste וְ explicat וְ בַּיִת, sibi ipsi; hic verò וְ עַלְמָוֹת וְ עַלְוָן, quæ eodem recidunt. Quocirca Es. 53. vers. 8. וְ מֵבֶשׁ עַמִּים נָעַם concinnè reddimus. A prævaricatione populi mei percussio ei, scilicet infligitur: ut וְ non eos, sed eum designet; quamvis Judæi hic reclament. Ipsa enim Es. verba non ad unum (ne Messiam וְ אֶחָד וְ agnoscent) referunt; sed ad plures: cuius falsæ explicationis causam manifestè prodit Aben Ezra, dum hanc ejus rationem reddit, בעבור מלת למו ששהוא כמו להבות, propter dictiōnem וְ, quæ eadem est cum ijs. Quasi verò וְ non denotaret etiam eum. Vide quām sublesto argumento nitatur illa præstantissimi testimonii detorsio. Ipsi doctores ignorare non debuissent, quid in codice suo authenticō Berachoth (qui totius Talmudis primus est) fol. 6. p. i. legatur: ubi verba Deut. 33. 2. ita producuntur, ut וְ ad unum Deum referatur. Non enim S. S. Trinitatem agnoscent, ut personarum pluralitate υποσθύγεται querant.) Nam inde probare contendunt, Deum in phylacteriis legem gestare. Sed quia locum Talmudis secus forte exponerent, firmiora sumamus testimonia. Psal. 11. 7. Es. 44. 15. & Job. 27. 23. ubi וְ de uno dicitur. Quapropter imperie Elias noster (loco citato) וְ uni, exceptis duobus à se citatis locis, attribui negat; ut hac ratione suis, in Es. 53. v. 8. expositione, patrocinetur. Sanè in primo testimonio, id est, Psal. 11. pro וְ Chaldæus habet יְהוָה, facies ejus; & Es. 44. וְ יְסָרֶר לְמַטְמָן, ver.

vertit בְּעָמָנָה, perit ab eo; denique in ultimo testimonio Job. 27.
 יְלִימֹד ab Aben-Ezra (quem D.K. paßim sapientem nuncupat) ex-
 ponitur עַל־יְהֻנֵּה, super eum, & R. Levi Ben Gershom pro עַל־יְהֻנֵּה כְּפִימֹו, dum ista explicat, substituit עַל־יְהֻנֵּה, super eum, manibus suis &c.
 Atque hinc est, quod singulariter acceperint Græci, Vulgatus,
 quibus perperam Jesuita accenset Chaldaeum; Pagninus, Ju-
 nius, Vatablus, Lutherus, Arias Montanus. Hinc etiam nota il-
 la marginalis Editionis Tigurinæ: Sed videtur לְזֶה pro legendum esse, nam מְשֻׁרְבָּה superfluit, præsertim in Affixis, ut
 מְמֻנָּה, pro מְמֻנָּה, מְמֻנָּה, pro מְמֻנָּה.

II. Quid si verò pluralis numerus retineatur, obtinebitne Iesuita, quod vult? Haud opinor. Rectè sanè interpretes Tiguri-
 rini ad hunc locum annotant, non ineptè locum ita etiam
 reddi posse: *A transgressione populi mei plaga eis*, id est, quæ pla-
 ga eis debebatur ob transgressiones, incidit in Christum: *quæ expositio*, inquit Glassius p. 149. *non minus plana est & simplex*:
 לְזֶה enim plurale voci collectivae וְיְהִי h.e. populus, responderet, sicut
 Num. 16.3. Omnis hic coetus, בְּלָא omnes illi, sancti sunt. Ergò
 quocunque se vertant adversarii, vident se συναμπαχέντες, dum
 corruptionis crimen Iudæi hoc loco intentant.

Cætera loca, quæ saltuatim ab auctoribus contra integrata-
 tem fontium Hebræorum proferuntur, facile discuti possunt:
 ejusmodi est i. vers. 6. cap. 23. Jerem. ubi legitur יְהִרְאֹא, pro quo
 Huntlaeus c. 8. S. 10. יְהִרְאֹא & Bellarm. lib. 2. de V.D. cap. 2. יְהִרְאֹא
 vocabant eum, existimat legendum, quem vindicarunt Glas-
 sius in Philolog. p. 155. Chamier. panstr. tom. 1. p. 444. Et nos.
 suprà p. 172.

2. Zachar. 9. v. 9. ubi Vulgata habet: *Ecce Rex tuus ve-*
niet tibi justus & Salvator, Hebræus verò *justus & γεννητος salva-*
tus. Certè vel γεννητος paßim sumptum, *Salvatum* denotare potest
 Christum, nempe, ut loquitur Apostolus, Heb. 5. v. 7. à morte;
 vel, per formam verbi Deponentis; cuiusmodi apud Hebræos
 non pauca reperiuntur, ut γεννητος *juravit* נָצַל *spoliavit*; erit par-
 tici.

ticipium, idem significans, quod מושע liberator, Servator, opitulator, vide Cham. panstr. p. 450 Glass. p. 169. Esse autem vaticinium illud de Messia intelligendum, ne ipsi quidem inficiari ausint Iudei. Sic enim præter R. Saadiam scribit Baal Haturim ad c. xxii. 10. Exodi: עַל חָמֹר ב' הַכָּא וְאִזְקָעֵן וּרְוכֵב עַל חָמֹר חָמֹר אִירֵי בְּמִשְׁיחָה h.e. Dictiones super asino: atque hoc accipiendum de Messia. Talmud. Mals. אין לך מֶשֶׁח לִשְׂרָאֵל שָׁכֵב, סנהדרין c. ult. Rabbi Hillel dicebat, Ecce enim Ezechias אִימָת הָוֹה quando exitit in mundo? Certè durante adhuc templo primo, קא' וְרוּחַ הראשון מתנבי בבות שני, אמר at verò Zacharias vates fuit templi posterioris, atque dixit: Exulta valde filia Zion, Ecce enim Rex tuus veniet tibi iustus & salvator &c. Adde quoque R. Salom. & Abarbanielem, aliósque complures.

גַּם־את ברם־בריתך שלחתִי אֲסִירֶךָ מִפּוֹר. 3. Zachar. 9. v. 1. Et tu (Sion, id est, Ecclesia, ut ipse explicat Galatinus lib. 8. c. 20.) in sanguine fœderis tui educam vindos tuos de lacu. Francisc. Riebera in hunc locum, & Gordonus cap. 10. S. 10. existimant, Judæorum esse figmentum hanc nostram explicationem, qui mutatis punctis detorserint Prophetæ sententiam ad Synagogam, quasi eam, & non Christum hominem Deus alloqueretur, cum tamen certum sit, contineri hic colloquium Dei cum Christo. Resp. Dicit (notat Calvin.) in sanguine fœderis tui. Non videtur hoc competere in Ecclesiam, neque enim alias quærendus fuit autor fœderis, quam Deus ipse. Sed mutua est, ut scimus, relatio inter Deum & populum, ubi de fœdere agitur. Fœdus est Dei, quoniam ab ipso manat: fœdus est Ecclesiæ, quoniam in gratiam Ecclesiæ percutitur, & quasi deponitur in ejus finu.

Caetera, quæ de תקון סופרים adducuntur, pertinent ad locum de Masora, quò lectorem rejicimus.

E. Integritati codicum Hebraeorum officere quoque videntur
tum conjecturæ Eruditorum circa mutationem
textus, tum etiam ἐναντοφανῆ.

Sunt viri, docti alioquin, & acerrimi veritatis Hebraicæ vindices, qui prater varias lectiones, à Masorethis consignatas, suis quoque conjecturis nonnunquam castigare student Codices Hebræos. V.G. *Brentius* Psal. 8.v.4. pro שְׁמִינִי Cælos tuos, initio scriptum fuisse putat שְׁמַשָּׁךְ solem tuum, & 2. *Paraleip.* 2. v.40. *Schindlerius* in Lexic.col.73. pro מִפְתָּחִים חֲטִיכִים ex-cussum, legendum aestimat מִבְלָת חֲטִיכִים triticum in cibum, prout legitur 1.Reg.5.v.11. Sic idem col.1472. 2. *Paral.* 4.v.3. per incuriam librariorum irrepsisse existimat בְּקָרִים pro פְּקָעִים, sicut habetur in loco parallelō, quorum uterque vindicatur in *Philolog.* *Glaß.* p.107.108. Huc idem *Glaßius* p.115. refert ex *Huntlæo* vocem pro מַעֲנִים עַמְנוּנִים literis ט & י mutatis, 2. *Paral.* 26.v.7. Sic *Brentius* & *Osiander* Psal. 53.6. pro חַנְקָה castra metantes contra te, arbitrantur, initio scriptum fuisse חַנְקָה quod hypocritam significat. *Marianus Victorius* notis in Hieronym. ep. 145. vers. 25. *Psal.* 118. הַזֹּה הַצְלִיחָה נָא אָנָא יְהוָה הוֹשֵׁעָה נָא אָנָא itidem aliter eum legisse autumat, quam nunc extat, referente *Cham.* *panstr.* tom. I. p.453. Rursus *Brentius* *Psal.* 37. v.28. ut integer esset ordo Alphabeticus, initio versūs scriptum fuisse צְדִיקִים ariolatur. Sic *Muscul.* coīment. ad Jes. 49.v.24. putat errorem esse צְדִיקִים pro עֲרֵין. Multas cum primis ejusmodi conjecturas collegit *Ludovicus Capellus* in critica sua, quæ tamen, quod sciam, lucem haētenus non vidit. Toto enim libro primo unum hoc agit, ut ostendat literas, vocales, integras quin etiam voces esse permutatas, adeoque ex locis parallelis, aut etiam ex circumstantiis emendandas. Dividit autem materiam istam in certas classes. Prima continet variam

riam lectionem circa vocales & accentus, ut cùm Josu. 21. 26.
 legitur *למשפחת בני קרת profamilijs filiorum Kehathi*, at 1. Paraleip. 6. v. 6. i. scribitur *למשפחת familiae*, in singulari. Secunda
 variam complectitur lectionem ortam, ex literarum additione, ut 1. Chronic. 18. v. 4. *درmeshק*, sed saepius & frequentius
 ut 2. Sam. 8. v. 5. omissione, ut Nehem. 11. v. 4. *השלוני pro*
 ut est 1. Paral. 9. v. 5. metathesi Psal. 71. v. 3. habetur esto mihi
 לצור מזון *rupes quam inhabitem*, & Psal. 31. v. 3. *rupes robusta*. Tertia exhibet variam lectionem, natam ex literarum
 ejusdem organi permutatione, sic 1. Chron. 11. v. 35. habetur
 האריה , at 2. Sam. 23. v. 20. האריה . Quarta refert variam lectio-
 nem, ortam ex literarum, figurâ vel naturâ affinium, permuta-
 tione, ut ב&כ Nehem. 12. v. 3. *vers. verò 14. לשבניהם*
 ב&ר , ut, Psal. 18. v. 12. *tenebrae*, at 2. Sam. 22. 12. *חשברת*
 artor. Quinta proponit variam lectionem ex literarum, sono
 & figurâ dissimilium, permutatione ortam, ut 1. Paraleip. 18.
 v. 16. *וְאַבִּימָלֵךְ* at 2. Sam. 8. v. 17. *וְאַחִימָלֵךְ*. Sexta variam indigetat
 lectionem, factam ex vocis alicuius vel additione, ut, 2. Sam. 23.
 v. 9. *Filius Achochi*, ubi בֶן 1. Paraleip. 11. v. 12. omitti-
 tur; vel omissione, ut Num. 26. v. 12. ante *ליBIN* omittitur
 אהדר qui habetur Genes. 46. v. 10; vel etiam transpositione, ut 1. Paral.
 13. v. 6. *להעלוות שם את ארון האלים יהוה ישב הכרבים* $\text{אשֶׁר נִקְרָא שֵׁם}$
 להעלוות *Cerubin*, cuius invocatur nomen: at 2. Sam. 6. v. 2.
 $\text{שם את ארון האלים אשר נִקְרָא שֵׁם}$ *יהוה צבאות* *ישב הכרובים עליו*
 להעלוות *ad deducendum inde arcam Dei Jehovæ, insidentis Cerbinis*, Septima
 variam lectionem tradit ortam ex mutatione nominum vel
 Propriorum: sic, qui 1. Paral. 6. v. 21. (al. v. 5.) vocatur,
 mox 42. (al. 26) dicitur *יְאַחֲן*; vel Numeratum, ut Esd. 2. v. 6.
 Filii Pahat Moab dicuntur fuisse עשר *אלפיים* שמנה מאות ושנים *אלפיים* שמנה מאות
 2811. at Nehem. 7. v. 14. dicuntur fuisse שמנה מאות שמנה מאות עשר
 2818. Octava proponit variam lectionem ortam ex per-
 muta-

mutatione vocum, quæ non sunt nomina propriæ aut numeralia, ut 1. *Paral.* 11. v. 23. אישׁ מִרְהָא virum proceram, &c. pro quo 2. *Sam.* 23. v. 21. אֲשֶׁר מַרְאָה qui spectabilis.

Reliquis exemplis hoc loco recensendis supersedebimus: pro quibus generale tenendum est responsum, periculosum nempe esse, & magno cum discrimine coniunctum, si à recepta codicum lectione deflegetamus, aut eandem, vel ex versionibus, vel ex facultate quadam σολεύσαντι, vel denique ex collatione locorum parallelorum, emendare tentemus. Hanc enim regulam si sequamur, licentia hominum profanorum, aut ad contradicendum natorum fenestram aperiemus, animos dissidentium gravius exacuemus & exasperabimus, adeoque novum pomum میثاق inter Theologos Reformatos spargemus. Sanè criticam hanc inter Iudeos etiam non nulli orbi obtrudere fuerunt conati, quām verò malam gratiam apud suos inierint, verbis Cl. Buxtorf. potius quām meis discere te velim. Sic ille lib. de punct. Antiquit. par. I. p. 296.

In libro *Cofri* part. 3. S. 25. cùm ostendere vellet author, Rationem, Opinionem, & Conjecturas humanas exulare debere à rebus Divinis, & unico Dei verbo esse innitendum; מה תאמר אם מציא חלוף בספר אחד או שניים; מה קורא קידוד בדעתך, אם יונת בדעתך? Respondet *Cofri*: עיינו ברוב הספרדים רבים כשייחלקו המיעוט ישובו לדעת הרוב *Tunc attendendum est ad majorem exemplarium partem: (quia non facile evadit & occupat falsitas majorem librorum partem) & relinquunt libros singulares: Sic translatores quando dissentunt, minor pars sequeitur sententiam majoris.* Regerit Iudeus: באות שתמצא בספרים בחילוף הקריאה כמו צרו צערינו הקריאה שהיא צרו ואשר לא נושא לשוא לנפשו ישבוחו נפשו וולות זה הרבה שלא Sed quid dices, cùm litera aliquando in libris reperiatur praeer vel contrarationem (ut nempe haec meliorem, com-

modiorem & veriorem videatur suadere lectionem;) ut *Thren. 4.v.18.* צְרוֹ אֶצְרִינוּ venati sunt gressus nostros, *ubi rediūs* videtur legi Arctarunt, obsederunt (prout nempe alibi hoc verbum cum nomine צָעַד Gressus, junctum reperitur, *Proverb. 4.12. Job. 18.7.* & ejus contrarium הרחיב Dilatare, *Psal. 18.v.37.*) Item *Psal. 24.4.* Qui non extulit in vanum נֶפֶשׁ animam meam, ubi videtur legendum נֶפֶשׁ animam suam; & infinita alia? Respondet Cosri, אם תשלוט ההקשה על אלה והדומה; להם תנסה הספרים כולם נאותיות תחולת ואחר כן במלות ואחר כן בחבורים ואחר כן בנקוד ואחר כן בטעמים ושתנו הענינים וכמה פסוקים יכול האדם להעתיק ענייהם אל הפהם בהעתקת אחר ס-*Si rationem* (seu facultatem) hoc enim significat finamus dominari super ista, & similia, mutabit libros totos, primò quidem in literis, postea in vocibus, excinde in sententiis, cum in punctuatione, denique in Accentibus, & sic mutabitur ubique sensus. Et quot quæso versus poterit homo transferre in contrarium planè sensum, per transpositionem aut immutationem vel unius ex traditionibus istis, nedum omnium? Hæc verba sic explicat & illustrat *Muscatus* in suo Comentario: כי לא אשר יראה האדם לעיניהם אותו יוקח לו: המכונה כי באלה והוא הילך בהקשות וסבירתו שם הטעות המזוייה לטוב והנון כי באלה והוא הילך בהקשות וסבירתו שם הטעות המזוייה טמנה, פת לו והרבגת אשר ימצא האדם בספרים ודברים זרים וחוקים מהקשתו ואם רוח המושל עלה, עליו לשנותו ברצונו יכלע וישחית עד אשר לא יעוז להם שרש ונען. hoc est, *Scopus & intentio auctoris est; non debere hominem statim id pro bono & probo accipere, quod ipsi in oculis suis tale videtur: Nam si hâc viâ incedet, & rationi ac facultati sozastinuñ sua insister, tum illa sâpe, sub praetextu erroris, cum decipiet, & laqueum ei quasi abscondet. Plurima namque reperiet homo in libris sacris, quæ longinqua & aliena sunt à ratione (& facultate sozastinuñ) ipsius, super quæ si Spiritus dominatoris transi verit ad mutandum illa pro suo placito & arbitrio, ita omnia deglutiet & corrumpt, ut nec radicem, nec ramum illis sit reliquias. Tempore Aben Esra quidam fuit Grammaticus &*

Criticus, qui suo iudicio proprio, facultatéque σοχατικήν, voluit quædam loca Scripturæ Sacrae corrigere & emendare, ut cum antecedentibus & consequentibus, vel aliis Scripturæ locis, tanto melius, ut ipse quidem putabat, quadrarent. De hujus verò temerarii scoli sententia & labore, quale judicium, qualémque sententiam tulerit *Aben Esra*, videre est in libro Tzachut circa finem, ubi folio mihi 192. sic scribit: **השמר לך** זשכור נפשה מאר שלא תאמין בדברי המדריך שהזכיר בספריו יותר ממהה מלות ואמר כי כולם צדיכים חלוף חילילה כי זה איננו hoc est, *Cave tibi & custodi animam tuam valde, ne credas verbis Grammatici illius, qui adducit in libro suo plus quam centenas voces, de quibus omnibus dicit, quod sunt mutanda & corrigenda. Absit verò hoc longè, absit, inquam. Hoc enim non rectum est in verbis autorum profanorum, quanto minus in verbis Dei vivi: Et dignus est liber ejus, qui exuratur.* Enseveram sententiam latam super facultatis hujus σοχατικήν usu in Scriptura! Postea speciminis loco quædam illorum locorum producit, & quam bene σασυὸς iste ei cesserit, exponit. Pergit ergo **להך** קצת הקשים שהזכיר בעבור שלא יכול לפרש אותן כמשמעותם *Explainabo tamen tibi nonnulla illorum, quæ adducit, & putat, non posse rectè explicari secundum sensum suum literalem. Jerem.33. v.26. legitur: זרע יעקב דוד עבדי.* Etiam semen Jacobi, & Davidis servi mei. *Hic dicit, quod בקע Jacob positum sit pro אהרן Aha-ron; et quod in precedentibus duarum harum familiarum mentio facta sit. At verò rectum est hoc iuxta sensum literalem suum, quod vel ex eo probatur, quia ibidem dicitur; ut non assumain de semine ejus dominatores; & haec est verborum illorum expositio.* Quomodo abjiciam eum qui est de semine Jacobi, cum Lex dixerit, nullum fore dominatorem in Israële, nisi de Jacobo, & de familia insuper Davidis? *Et his sunt duo illi gradus. Quod verò non aliter etiam exponi possit ullo modo, ostendo ex eo quod alibi scriptum est; Filii Jacob & Joseph, Sela, Psalm.77.v.16. Exod.*

Exod. 19.v.12. *scriptum est;* והגבלה את העם Et terminabis populum; Et v.23. הגבלה את ההר Termina montem. *Hic ergo contendit, etiam legendum* **הע** Populum. *Sed revera nihil dicit.* Nam si termina verit populum, terminus fuit in monte, & si dixisset, Pones terminum in monte, (vel, & perinde est ac si dixisset, Pones terminum in monte) Jos. 5.4. זה הרכך אשר מל ירושע Et hæc est res (propter) quam circumdidit Josua, &c. *Hic dicit Res, positum esse pro* **הע** *Populus* (hoc modo; Et hic est populus quem circumdidit Josua.) *Sed & hoc non aliter, quam ut verba habent, intelligendum:* זה הדבר est idem ac si dixisset Propter hanc rem circumcidit eos Iosua. 1. Reg. 2.28. ואחרי אבשלום לא נטה. Et post Absalom non declinaverat. *Hic dicit,* Absalom esse pro Salomon (Et post Salomonem non declinaverat.) Sed nulla hic necessitas adigit: Nam postquam Scriptura dixit, quod declinaverit post Adonijahu, quid necesse fuit dicere, quod non declinaret post Salomonem? Hoc enim ex altero statim per sequitur. Sed explicat Scriptura aliud, quod Joab non declinaverit cum Absolomo, eo quod scivisset, illum non esse idoneum ad regnum, & tamen etiam de Salomone cogitaverit. Iudic. 14.v.15. **וְהִי בַּיּוֹם הַשְׁבִיעִי וַיֹּאמֶר לְאֶתְתָּ שְׁמַחוֹן** Et fuit die septimâ, & dixerunt uxori Simsonis. *Hic pro, die septima, dicendum fuit ex sententia istius Vaniloqui:* Die quartâ; eo quod præcedente capite 14. v.14. *scriptum invenit;* Et non potuerunt indicare ænigma tribus diebus. *Sed etiam scriptum est* v.17. Et flevit apud eum septem diebus. *Ideoque nihil quicquam dixit,* & sic est expositio illius loci: Laborarunt, & defatigarunt se tribus diebus ad solvendum ænigma, & non potuerunt. Videntes hoc itaque, desperarunt de eo solvendo, & dixerunt die septime ad uxorem Simsonis; *Persuade viro tuo, ut indicet nobis ænigma.* Illa itaque arcessit & pressit ipsum die septimo, ut ei id indicaret, propter ea, quæ ei dicta sunt à Philistæis; His namque verbis, Et flevit apud ipsum septem diebus, indicat Scriptura, quod illa à se ipsa fleverit omnibus illis 7. diebus, ut

sibi ænigma indicaret, nemine hominum id ab ipsa flagitante.
 1.Chron.2.15. legitur דוד השביעי David septimus; Pro hoc legendum ipse putat Octavus; eo quod scriptum sit; Et transire fecit Isai septem filios suos, &c. 1.Sam.16.v.10.11. Ad hoc respondent multi, quod unus illorum mortuus fuerit. Sed nihil dicunt: Nam tempore Scriptoris τόν Paraleipomenon ne unicus quidem amplius in vivis fuit. Itaque dicendum, quod Isai aliam uxorem haberit, ex qua filium progenuerit. In libro Samuelis sermo est de filio Isai, ex quacunque uxore fuerint: In libro Chronicorum autem dispositi sunt, prout fuerunt ex uno ventre. Et tale est illud 1.Chronicorum 8.v.1. Bela primogenitus ejus, Aschkel secundus. *Hæc*en Aben Esra. Hunc eundem forte intelligit idem Aben Esra, quando Psalm.77.v.3. scribit: חכם נדול חבר ספר טעויות בו שאמր כי ידי במקומ עני ו/or לא יהנו לרבר איש דעת כדבר הזה אפלו בשיחת חולין ואף כי בספריו הקדש Sapiens quidam magnus composuit librum insignem, in quo tamen multi sunt errores. Dicit enim, in hoc versu, ידי Manus mea, possum esse pro עיניו Oculus meus. Sed virum cordatum & sanæ mentis non decet ita loqui in verbis communibus & prophani, hoc est, ita mutare & corrigere; quantò minus in libris sacris. Ita in genere cum Cl. Buxtorfio respondere placuit: qui plura ejusmodi conjecturarum desiderat exempla, earumq; examen, adeat Philolog. Cl. Glassii, & Hakshan.p.312. & deinceps. Fateri certè cogimur, non infimi subsellii viros esse cum ipso Reformationis jubare exortos, inter quos etiam Pellicanus noster (vide ad Psal.2.v.6. Psal.35.16. Psal.97.11.) qui ingenia sua in ejusmodi occuparunt cōjecturis, certò aliter sensuri, si, quam planam profanis mentibus, S.Sc. autoritatē conculcandi viam sternerent, animadvertisserent. Suprà diximus, non eam in omnibus codicibus esse ἀναρριπτόν, & harmoniam, ut ne apice à se invicem different: at cuiq; jam, absque vetustissimum codicum authoritate, Masoretharum indicio, liberam, Hebraum contextum, vel ex versionibus, vel ex sua facultate

סְגָגָתָנִי emendandi, dare licentiam, id verò est procacibus legirupis laxare frænum, & omnia Scripturæ dicta in novum, & à mente Spiritus sancti alienum, retorquendi sensum dare ansam. Specimen non ita pridem impudens quidam in Gallia Corybanta edidit ridiculū dicam, an temerarium? Verba enim Psalmi primi initialia ita posuit: אָשֶׁר יְהָ אִישׁ אֲשֶׁר לֹא־הָ לְךָ בַּעַזְנֵי קְרָבָנָךְ עַמְרוֹ בְּמַשְׁבֵּצְךָ לְאִישׁ בְּנֵי Ca-nam Deum hominem, qui passus est pro te in ligno, pauper fortitudo est facta, & pro generatione tua expiavit, consecravit columnā suā in cathedralē pro manib⁹ virō fletus. Pro id est, אָשֶׁר יְהָ אִישׁ אֲשֶׁר לֹא־הָ לְךָ בַּלְּדָךְ בְּשֵׁבֶת לְאִישׁ בְּנֵי בעצת שְׁעִיר בְּכָרְךָ חָטָאת לֹא־עָמֵד וּבְמַשְׁבֵּצְךָ לְאִישׁ בְּנֵי id est, Beatus est vir ille, qui non ambulat in consilio improborum, & via peccatorum non insistit, ac in confessu derisorum non desidet: Sed &c. Vides, quò lascivia hominum penetret, si semel טג חורrah sepimentum legis i.e. receptam, & Masoretharum industria quasi circumvallatam, scripturæ in dubium vocemus lectionem?

At inquis: Nónne verò ipsi quoque Talmudici, suo recentioribus; quā Iudæis, quā Christianis; præiverunt exemplo? Frequenter utique in Scriptis illorum reperias hæc verba אל Ne legas sic, sed aliter: unde etiam petita sunt exempla Lipmanni in libr. Nizz. num: 117. & 118. אל תקרי כן אלא כך Ne legas Habac. 3. v. 6. halichoth, sed halachoth. Item in Talmud. Mass. cap. 5. tradunt Prov. 25. v. 20. 21. concupiscentiam homini connatam vocari שְׁנָא adversarium, ibidē inque legendum volunt, non לך Dominus retribuet tibi, sed יְשִׁלְמָנו לך pacem tecum conciliabit, vel ita, ad pacem eam rediget, ne te porrò seducat, ceu exponitur in En Israël. Sic 1. Sam. 2. v. 5. legendum volunt שְׁבָעִים pro שְׁבָעִים שברחת pro שְׁרַבְבָת. Gen. 39. v. 1. הַוְרֵד pro הַוְרֵד. Sic 3. v. 8. Proverb. 19. 23. שְׁבָע pro שְׁבָע. בְּנֵרְיוֹן pro בְּנֵרְיוֹן. Esaj. 26. 2. בְּחִדְרָת pro בְּחִדְרָת. Psal. 29. 2. דְּבָרָת pro אָמָנָה. Deut. 10. v. 12. מְהַשְּׁאָל pro מְהַשְּׁאָל &c. Nam alia extant longè plurima, quæ

liber prælixus vix caperet. Nonne, inquam, Talmudici primam glaciem fregerunt, & lectionem contextus sacri receptam mutare suo nos exemplo docuerunt? *Respondemus.* Toto aberrant cœlo, qui hâc formulâ Talmudicâ turbari putant fontes Hebræos, cùm sumi debeat non ḥazat̄ tashat̄, sed συγχωρητικῶς, q.d. etiamsi maximè ita legas, sensus erit comodus, maximum si allegoricus. Sed optimum mentis Talmudistarum dabimus interpretem *Majmonidem*, cuius verba in exemplari Arabico ex part. 3. *Mor. Nevoch.* cap. 43. ista sunt:
 תני בר קפרא ויתר תהיר לועל אונך אל תקרא אונך אלא אונך
 מלמד שם ישמע ארם דבר מונגה יתו אצבעו בחרוך אונך יאלית
 שעריה הל הדר אלתנאי ענד האולא אלגאהלון הכרד יעתקד כי שרע
 הדר אונץ און הדרה הו ערץ הדרה אלמצואה ואן אליתר כי אלאצבע
 ואוננו הו אלארניין מא אתן אחדרא מן אלסאלמי אלעוקול ירי הדר בא
 הדר נאדר שעריה מליח גדרה חוץ בה עלי כלק כרים והוא און כמא יחרום
 קול אלפואחט יחרם סמעה ואסוד דלק לנץ עלי נהה אלחמתילאת
 אלשעריה והכדיא כל מא יקל פי אלדרשות לא תקרא כן אלא כד
 id est, *Tradidit R. Cappara, scriptum est* (*Deut. 23. v. 13.*) *Et paxillus erit tibi super arma tua: Ne legas אוניך super arma tua, sed אוניך super aures tuas. Nam si quis audierit, quod honestum non est, ponere debet digitum suum* (qui paxillo similis est) *in aures suas, & sic obthurare. Utinam scirem, utrum doctor iste Talmudicus ex mente horum fultorum credidisset in explicatione hujus textus, & an intentio præcepti hæc esset? An paxillus, idem sit quod אגבע digitus, & אוניך,arma tua, significet, אוניך aures tuas? Non puto cuiquam sanæ mentis ita videri: sed allegoria est faceta valde, stimulis quasi ad honestos mores excitans, adeoq; innuens, ut quemadmodum prohibitum sit obscena effari, ita eadem quoque audire esse veritum. Atq; hoc ad morem parabolarum legalium textui adjicitur, estque hic sensus, quotiescumque in expositi-*

ſitionibus allegoriciſ dicitur: Ne legas ſic, ſed ſic. Aliud exemplum habes in comment. Kimchi ad c. 3. Hōſe .

Reſtant ἐν πορφαρῷ, ſeu loca in ſpeciem pugnantia, ſed quia in versionibus non minùs coſparent, quam in contextu Hebræo, conciliatio eorum hujus loci non eſt: hoc interim אָנוּב אַוְרָא monemus, maximam diſſicultatem reperiri circa chronologię, & regimen Regum Juda & Iſraēlis, quam nonniſi diſſipientiſſima & exac̄tissima ſupputandi apud veteres obſerva‐ratio reddit expeditam. *Hoc liberè dico, inquit Conſt. I Emp. diſſert. ad Leſt. clav. Tal. tamet ſi alioqui Rabbini in Chronologicis exiguam merentur laudem; nihilominus omnes pene diſſicultates in Chronologia Veteris Testamenti (ſi excipias que ad finem Chaldaici imperii & Perſicam monarchiam pertinent) vel collere; vel viam ſaltem indicare, quā Scripturæ dubiis occurramus. Ampliſſimus hīc mihi ſeſe campus pandit: ſingula non attingam; unum tan‐tum, & quia id commodum occurrit, licet minutum fortassis videa‐tur, hoc deponere non verebor: ſcilicet quod in Ezech. c. 33. v. 21. ex‐aminando ſcrupulum moſebat. Deus Ezechieli c. 24. v. 26. nuncium de vaſtata urbe venturum dixerat eodem die, quo cladem iſtam paſ‐ſa eſſet, id eft, quam breviſimo intercedente ſpatio: cui non conſen‐tit, ſi nudè verba ſpectes, Prophetæ c. 33. v. 21. quum nuncium ad ſe veniſſe narrat anno 12. mense 10. idque die quinto. Etenim vaſtata & combuſta fuerat ciuitas an. 11. mens. 5. die 7. (2. Reg. 25. 2. cum 8.) ubi intervallo eft integri anni & fermè mentrum 5. Hoccine eft eodem tempore & ſtatim cladem nunciare? Interpretes, etiam Hieronimus, contra diſſectionem hanc apparentem præterire conſuevere. Reſponſum ſuppeditare videtur, codicis Talmudici Rofch Haſ‐ſchana c. 1. par. 1. בָּאֵח' בְּנֵי‐ſן דָּאשׁ חַשְׁנָה לְמִלְבַּד, In primum diem Nisan incidit initium anni pro regibus: quod Talmudici in Gemara pluribus conſirmant: & hoc ſibi volunt, annos, cum ad Iſraēlitarum Reges referuntur, principium ſuum in Nisan habuiſſe, etiſi Reges poſt iſtum menſem demum regnare inciperent. Et pa‐raph. Jachia in Daniel. p. 10. Sane, ut dextre Chronologiam ſa‐gram*

cram percipiamus, hoc omnino obseruandum est (ut jam de interregno nihil dicam) in regnorum annis varia spectari initia: nam s̄epe aliquid fieri dicitur anno primo, secundo, & ceteris regni inchoati; alias regni finiti, ut annotetur quotus sit annus à regno finito; deinde annoratur etiam nonnunquam, quotus sit post liberatum regnum; quartò, quotus post regnum patris & filii conjunctum, (nam aliquando simul regnabant); quintò, aliquando narratur quosus sit post divisionem Israëlitarum regnum; denique describitur annus, quotus sit à regno conjunto, id est, ab eo tempore, quo Judæorum & Israëlitarum Reges simul communicatis consiliis Israëlitas rexerunt, quod aliquando factum fuisse obseruant Judæi. Hæc (qua exemplis pluribus probari possent, si id instituti nostri ratio exigeret) hæc, inquam, si observentur, omnia fermè exactiora in Chronologia sacra conciliare, erit in proclivi. Præsertim si ea addantur qua D. David Gans in suo Tsemach obseruavit, partus primæ folio 14. וצרך אתה לדעת שוכןות מלכי ישראל הם ננים על פי שנ' מלכי יהודה עד שבאמר ימלוך מלך ישראל בסוף שנה אחת מלכי בית דוד ובראש השנה של המלך הבא ייחשב לו שנתיים: וכל זה תחק בידך שהכתב אינו מפרק בשנות מלכי ישראל רק דרך הכתוב במקצת השנים אשר לא השלימו למןותם כשי' תמיות ולפעמי' לא ימנה אותן כלל גם שני רבות אף שלא השלימו נחשבו לשנים Necesse habes scire, complures annos Regum Israëlis numerari secundum annos Regum Judæ: adeò ut quum Rex Israëlis regnabat sub finem anni alicujus Regum è familia Davidis, & initio anni Regis sequentis, ipsi duo anni adscribentur. Deinde hanc regulam in manum tuam accipias, Scripturam ad annos regum Israëlis minutatim non attendere: verum hanc esse Scripturæ consuetudinem in quibusdam annis imperfectis, ut eos tanquam perfectos numeret; quandoque vero eos nullo modo numeret; quinetiam multos annos, licet imperfectos, censi binos, respedit Regis defuncti & Regis succedentes. Nec ἀναστάνσος est monitum illud Aben Esra ad Daniel.c. i. alios alium in supputando tenere ordinem: aut enim numerandi initium facere

מיצ'את מצרים מניסן או מבריאת עולם מתרי וו'ם אחד בשנה,
חו'וב שנה יספר מיום מלך הפלך עד תקופת' שנותו על כן תהייה
של ab exitu ex Aegypto, à mense Nisan; aut à condito
mundo, à Tisri, diem etiam anni unum haberi pro ipso anno, nume-
randi initium faciendo ab eo tempore, quo Rex capit regnare ad fi-
nem illius anni, atque sic annum 18. esse 19. Perplexas istas
Chronologias, præter cæteros, prolixè examinare & extricare
studuit R. Azarias in *Meor En.* p. 109. & deinceps. Sed redeun-
dum est è diverticulo in viam.

SECTIO V.

*De Scriptura Partibus, Sectionibus
& Distinctionibus.*

Sectiones Scripturæ Majores sunt

I.

Parascha, Divisio, Sectio, פָּרְשָׁה verò *Sectio Legis.*

Nam, ut loquitur *El.* in *Tib.* מִנְחָלֶת verò *Sectio Legis.*
בְּנֵי קֹרְאֹו רַכְלַחֲלַקְמָן שְׁנָה כְּלַיְלָה בְּנֵי חֻמְשֵׁי תּוֹרָה
שְׁנָה כְּלַיְלָה בְּנֵי חֻמְשֵׁי תּוֹרָה id est, sic vocant quamlibet par-
tem ex 53. partibus, in quas Pentateuchus distribuitur. Observa
autem I. distinctionem Pentateuchi in Paraschas 54. seu, ut
mavult *Elias*, ipsiusque exemplo alii nonnulli, 53. antiquissi-
mam esse. Judæi quidem vocant הלכה מסני traditionem ex
monte Sinai; alii tamen ad tempora *Ezra* referunt, Myller.
in Rabb.p. 12. Sic Buxr. Bibl. Rabb.p. 283. refert, testari Judæos
doctiores, annis ante Christum natum 170. Parascharum di-
visionem fuisse receptam. Tremel. comment. in N.T. Syria-
cum Act. 13.v. 15. dissidentes duas has sententias ita conciliat:
Morem recitandi Legem in Synagogis diebus Sabbathi introdu-
ctum ab ipso Mose tradunt, & deinde post redditum à captivitate,
ab Ezra in usum revocatum & amplificatum, adjuncta Propheta-

rum lectione. Quicquid sit tempore Christi & Apostolorum hanc Legis divisionem obtinuisse, haud obscurè colligitur ex *Act. 13. v. 15 & c. 15. v. 21.*

II. Propterea verò divisio hæc concinnior æstimata fuit & Synagogæ Iudaicæ commodior, quia sic fuit comparata, ut, ductu ejus, quolibet anno vertente, publicis lectionibus, universa Lex fuerit absoluta, finita nempe in festo Tabernaculorum, rursumque sequenti Sabbatho ab initio repetita; utque sine impedimento id fieret, duæ sectiones breviores bis erant conjungendæ, aliás enim numerus Parascharum, 54. quarum singulæ hebdomadatim à viris septem in Synagogis (*Buxtorf. Synagog. Iuda. pag. 250.*) legebantur, anni periodo exactè non respondisset. Hic tamen à reliquis Hebraicis discrepant Iudei Syri, qui tertio demum quolibet anno cursum hunc conficiunt. Discrimen hoc ex ipso *Benjamini* itinerario p. 115. exscribere lubet.

ושם ב' בת' בניות אחת لأنשי ארץ ישראל בניות
 אל שמיין ואחת בניות אנשי בבל בניות אל עירחכין, ואנש נוהגים
 מנהג אחד בפרשות ובסדרי של תורה כי איש בבל נהוג לקורות
 בכל שבוע פרשה כמו שעושים בכל ספרד ובכל שנה מסימים את
 התורה ואנשי ארץ ישראל אינם נוהגים כך אבל ושים מכל פרשה
 שלשה סוריות ומשמעין את התורה, לסופ שלוש שנים
 id est, *Hic duæ synagogæ: una eorum, qui in Israëlitica regione nati sunt, quæ est Syrorum synagoga; altera Babyloniorum, si ve synagoga Irhakijim: quæ in sectionibus & tractatibus legis eundem morem non servant: quia Babylonii singulis septimanis singulas sectiones legere consueverunt, quemadmodum in totis Hispanis fieri solet; adeoque legem singulis annis absolvunt: at in Israëlitica nati hunc morem non servant; sed singulas sectiones in tres tractatus dispescentes, legem triennio demum absolvunt.* Idem observat *Majm. Hil. Teph. c. 13.* המנהג הפשט בכל ישראל שמלימין את התורה בשנה.
 אחרית מתחילה שבת שאחר חנ הסוכות וקורין בסדר בראשית ויש מי
 id est, *Usu receptum.*

ceptum est apud omnes Israëlitas, quot annis absolvere legem, aucto
initio in Sabbatho, festum tabernaculorum sequente, à Sidra seu or-
dine Bereschit (Genes. 1.) Alii tamen post trium demum annorum
fluxum absolvunt, quæ consuetudo minus est vulgaris.

III. Judæos (quos etiam sequitur Ibn Sina in versione Ara-
bica, qui Parascharum nomen retinuit, ut cùm in Gen. scribit
אל פרשות אל לספר אל לאל דבר ביע אכוה יוסף לויוקה
Parascha 9.lib.1. commemorans venditionem Josephi à fratribus)
in libris suis ut plurimum, loco capitum, citare Paraschas, quæ
non à primo statim, sed commodissimo historiæ vocabulo
denominantur, Münster.Kal.Hebr.p. 152. Unde voces initia-
les ויקרא, שמות, בראשית Parascharum verius, quam librorum
initia videntur: Schikhard.Bechin.Happerusch.p. 18.

IV. Est autem Parascha ejusmodi vel *Major* vel *Minor*.
Major indicatur per tria majuscula פפפ, in medio paginae posi-
ta, & interdum per tria ססס, ut Gen. 28.v.10. & Genes. 47.v.28.
& alibi. In quibusdam libris pro his literis scribitur integrè
פרק, ut in libro חזקוני. *Sectio minor* indicatur per פ vel ס literas
minusculas, solitariè in spacio vacuo linearum positas. Notat
autem פ vocem פתוחה id est, *Aperta sectio*, quaque ab initio,
ס vocem סתומה id est, *Clausa sectio*, vel סמוכה Conjuncta sectio,
quæ in medio lineaè incipit; Elias Lev. Tab.fraet.p.m. 163. Et
Majm. Hil. Seph. Torah c. 8. Plura de his recenset *Buxr.* in Ab-
brev. פ, Mercerus Gen. 1.6. & 3.16. & 6.8. *Talmud Menach.*
fol. 32.1. in Toseph. Majm. Hil. Seph. Torah c. 8.

V. Non minus vulgo Hebræorum Paraschas Mosaicas no-
tas fuisse, atqui à longo satis tempore noti sunt Christianis tex-
tus Dominicales, quos non ineptè quis exemplo Synagogæ
Judaicæ collectos fuisse dixerit. Unde Cl. Alting. Theol. Probl.
loc. 2. prob. 29. Ecclesia primitiva omnes libros sacros V. & N.
T. ordinariè legere & explicare solita est, quod testantur scripto-
res non pauci Justinus Martyr, Isidorus. Manavit però (usus

textuum Dominicalium, lectionum Evangelicarum, Postiliarum) à Judeis ad Christianos, quibus solenne erat legem universam in 52. sectiones dividere, ut nim. singulis Sabbathis singulae sectiones proponerentur, cuius moris vestigia extant Ad.13. & 15. VI. de etiam Johan. Myller, Rabb. p. 12..

רין עירוב פרשיות אין עוקר לגמרי הפסוק מהפרשה שנכתב בה, דאכ' אין זה עירוב פרשו' כי אם עיקור פרשיות אלא ר' רקי' הכהן והכהן id est, Modo, quo sectiones confunduntur, non omnino textus extirpatur è sectione, in qua scribitur: quia si ita esset, non foret sectionum confusio: sed extirpatio, verum hic est sensus, quod hoc è illuc textus referatur: atque istum modum ajunt, esse sectionum mixtionem, quo miscentur sectiones, & textus in ipsis ambabus locum habet. Vide Halic. olam p. 190. Quid si vero confusio sectionum idem sit quod de qua Majm. Hil. Seph. Torah c. 8. ולפי שראית, שיבוש גROL בכל הספרים שראית, ברברים אלו וכן בעלי המסורת שכותבין ומחברין להרויע הפתוחות והסתומות נחלקו. ברברים אוילו במחלוקת הספרים שטומכין עליהם i.e. postquam animadvertissem confusionem magnam in omnibus libris, quos videre mihi contigit, in illis rebus; qua propter etiam Majoretha, qui conscriperunt & congesserunt notitiam seu ordinem Petuchot & Sethumot, dissentient in ipsis rebus, propter dissensum exemplarium, quibus innicebantur, &c. Sanè intricatum Parascharum esse ordinem, & nostri quoque fatentur scriptores: Id, sine dubio, veteres appellaverunt; hinc ipse Majmonides operas preium duxit, לכתוב כל פרשיות התורה הסתומות.

scribere omnes Paraschas legis, Clausas & Apertas.
Vide ibid..

II.

יש קורין לכל פרש' מהתורה סדרא ordo. Elias in Tisb, סדר או סדרה Rabbini quamlibet legis Parascham Seder vel Sidera appellant. Buxt. Lex. Talmud. Rabbini Parascham siue sectionem, quam tria maiuscula בְּ וְ סְ indicant, vocant Sidra. Ergo vel סדר modò idem est quod פרשה, modò aliud, sectio nempe Scripturæ, sed Paraschâ brevior. Unde Elias præfat. in Bach. Verum est, inquit, auctores hammasoreb distinxisse jam libros singulos in certas quasdam subdivisiones, vocâsseque istarum quamlibet Seder. Et præterquam, quod distinxerunt quinque legis libros in 52. Paraschoth, partiti quoque sunt illos in quosdam sedarim ; dicentes, verbi causâ, librum Geneseos habere duodecim Paraschoth, & 43. Sedarim : Librum Exodi Paraschoth 11. Sedarim 29. Idem sentiendum de aliis. In hunc quoque modum, divisorunt reliquos Bibliorum libros in Sedarim. Verbi gratiâ, Josue in 34. Sedarim : Jeremiam in 21. & sic de aliis, eorum quemlibet pro ipsius magnitudine aut parvitate, in plures aut pauciores Sedarim dividendo. Utitur etiâ vocabulo hoc סדר Ibn Sina in Pentateucho suo Arabico, ubi in Exod. inter alia hæc habet verba סדר ואצחאהת תאני עשר ספר אלתאני decimali libri secundi, i.e. Exodi. Ubi observandum vocem אצחאהת Arabibus quidem Christianis usitatam, Syrorum tamen propriam esse, quod etiam Giggæus observat in Thesaur. Arab. Unde Arnoldus Bootius in indice auctorum ad animadversiones sacras, voce Syrus, animadvertisit, habere Syros, præter capita, alias adhuc sectiones, quas צחחות appellant (cum aliâs hac voce codex & exemplar significetur) capitibus maiores, utpote quarum triginta sex numerant in Genesi, viginti sex in Exodo.

111.

מיסת הפטרא Misso, Dimisio à dimisit. Est lectio seu textus Propheticus, qui Paraschis sensu non tam proprio, quam figurato vel spirituali respondet, ut cum lecto Genes. Parascha de creatione mundi subjicitur haphtara ex Jes. 42. v. 5. usque ad vers. 11. c. 43. Compendiosè originem hujus haphtaræ describit Elias in suo Tisbite p. 169. his verbis: זהנה אכתוב מה היא סברת: מה שמצאת כתוב שאנтиוכס הרשע מלך יון גור על הפטרא כי מטה שמצאת כתוב ברבים מה עשו ישראל לקחו פרשה אחת ישראל שלא יקרו בתורה ברבים מה עשו ישראל לקחו פרשה אחת מנכאים: שענינה רומה לעין מה שכותב בפרשה של השבת היא והמשל בשבת בראשית קראו בה אמר האל יהוה בורא שמים ולפרשת נח קראו פרשת ני' נח זارت לוי וכן כל פרשה ופרשה עתיה אף שבטלה הנזהר המנהג הזה אינו בטל ועד היום קורין אותן הפרשיות של נכאים אחר קראת התורה ונקראה הפטרא לשון הפסקה. Et ecce scribam, quæ nam sit causa (lectionis) Juxta id, quod inveni scriptum, nempe quod Antiochus, impius Rex Gracie, præceperit Israëlitis, ut non legerent legem publice. Sed quid fecerunt Judæi? Legerunt Parascham unam ex Prophetis: cuius materia conformis esset ei materia, quæ descripta erat in Parascha, quæ in Sabbatho legi solebat. Exempli gratiâ, pro Parascha Bere schith, &c. legerunt (ex Esaja) Sic dicit Dominus Deus, creator cœli, &c. Et pro Parascha, Noah, legerunt, Secundum dies Noah, &c. Et sic de singulis Paraschis. Et quanquam nunc cessaverit decre tum illud (Regis prædicti) tamen consuetudo (legendi Haptaras) non cessavit, quoniam adhuc hodie legunt istiusmodi Paraschas ex Prophetis, post lectionem legis. Et vocatur Haphtara, à cessando, seu finiendo. Eadem etiam habet Buxt. de Abbrev. p. 283. & in Synag. Jud. p. 251. Andr. Riv. Isag. ad Sc. S. p. 504. Vide & Schul. Aruch. num. 144. & 283. Ordinem Haptararum reperies, ut plurimum, ad calcem Bibliorum Hebraicorum: lectorem easrum המפטיר coetum dimittentem, appellant. Quemadmodum vero supra monimus, textuum Dominicalium originem ar ceſ-

cessandam à Judæorum Paraschis, ita Haphtaris non ineptè respondere in Christianismo Epistolas Apostolicas, Paulo cuidam Diacono tributas, quidam sunt rati. Vide Schikh.Bech. Happer.p.19. & Myller.Rabb.p.12. Atque hinc iterum emergit πολιτεία: Scripturarum lectionem, scrutationem & examen Iudæis quibuslibet liberum fuisse, & perquam vulgatum. Durat, inquit Schikhard.loc.cit. ista consuetudo (legem per singula Sabbathia recitandi) adhuc dum hodie, ut non facile sit vetus aliquis Judæus, qui propter continuam hanc & quotannis repetitam lectionem, non memoriam teneat præcipuas leges Mosaicas & verba plerumque formalia.

Minores sectiones sunt

I.

פְּרַק vel σημεῖον; Caput: vide Buxr. comment. Masor. p. 273. & El. Lev. Tisb. בָּדָר. Reperias etiam apud Heb. vocem Latinam קְפָלָן sicut apud Syros κεφαλής. Observa autem

I. Divisionem Sc. S. in capita nec θέραπυτον esse, nec admodum antiquam, Psalmos si excepéris, quorum in certum numerū & ordinem distinctione antiqua admodum est, ut vide relicit Ad. 13.v.33. In reliquis libris capitum mentio longè post deum secuta. Nam ante 500. annos ullum volumen, sive Hebraicè, sive Græcè conscriptum, distinctionem continuisse capitum, negat Sixt. Senens. Bibl. S. l. 3. p. 157. Ferdinand. de Escal. clyp. conc. p. 615. Eam Balæus, scriptor Britannicus, Centur. 3. p. 275. Stephano Langton tribuit. Alij Hugoni Cardinali hoc memoriae subliuidum acceptum ferunt. Vide Genebr. Chron. p. 644. Alii litem sub judice relinquunt, Ferdinand. de Escal. l. c.

II. A Christianis Europæis ingeniosum satis & utile hoc inventum Orientales etiam, Hebræos præsertim & Syros, mutuasse. De Hebreis enim, seu Judæis, constat, eos distinctionem hanc commendasse, approbatæ, & in exemplaribus suis impressis.

pressis retinuisse. Vide Concordant. R. Nathan; Et præfat. in lib. bachur El. Lev. T^e, inquit, scire volo, lector, me Biblicos versus, quos in hoc libro citaturus sum, signaturum nomine illius libri, in quo versus ille inventur. Nec hoc contentus, annotabo etiam numerum capitū, in quo sententia illa continetur, idque juxta ordinem, quem Christiani observant, in viginti quatuor Bibliacis, qui sectiones illas, linguâ suâ, capitula appellant. Et certè video id necessarium esse, & ingentem hinc haberi commoditatem, cum subito cernere possum, in quo libro & capite, certa quedam contineatur autoritas. Nam multoties id evenire videmus, ut quisdam sciat, in quo libro Biblico certa quedam contineatur autoritas, & ramen aliquando per integrum diem, aliquando per duos dies eam querit, fatigatque se non modicum, donec inventat ingressum portæ, seu caput loci, ubi illa scribitur sententia. Sed & Syros Capitum distinctionem in libris suis sacris, Christianorum more, observare, ex codicim inspectione luculenter satis patet. In Vet. Test. abeunt nonnihil à recepta exemplarium nostrorum consuetudine, ut ex translatione V. Test. Syriaca Illustrissimi Arma-chani constat. In ea enim ad finem Pentateuchi omnia cuiusque libri capita, cum brevibus in singula summaris, enumerauntur. Exempli gratiâ, capitî primi breviarium ita concipiatur: מֶלֶךְ הָוֹא רַשְׁמִיא וְדָרְעָא וּכְלָמָא רְכֵהָן דְּעֵכְרָא אַלְהָא i.e. De generatione cœli & terræ, omniumque, quæ in ipsis, quæ fecit Deus. Secundi verò sic: מֶלֶךְ רְאוֹנָהָא עַל פָּרָדִיסָא וְעַל בְּרִיתָא דְּבָרְנָשָׂא, Sermo mysticus de Paradiso, & de creatione hominis. Et tertii hoc pacto, עַל מְולָדָתָא רְקָאִין וְחֶבֶל וְקוּרְבָּנָא דְּקָרְבָּנוּ לְאַלְהָא וְעַל קְטָלהָא, De nativitate Caini & Abeli, de que sacrificiis, quæ obulerunt Deo, ac de cœde Abeli: &c.

III. Cùm verò facile sit inventis addere, & φεγνίδες οὐ περι commendentur, quasi στρατεψόμενοι, viderunt successu temporis viri judiciosi, non eadem semper dexteritate capita fuisse distincta, conjuncta saepè deprehendi separanda, & separata conjungenda: discessum proinde paulatim à communi

muni capitum distinctione, à Junio præsertim & Tremellio, in quorum editione Bibl. observabis non r̄t nōda vulgarium codicū Hebraeorū capita exprimi. Unde Rainold. de idol. Rom. Eccl. p. 596. Sed illud admonendi sunt, fieri posse, ut *versus* capitum in Bibliis (quos ad faciliorem examinationem eorum, quæ dicuntur, recepero more indicō) neque Latinis ipsorum exemplaribus, neq; Hebraicis semper respondeant. Quippe usitata divisio sacrorum librorum in capita, & ab hominibus est, & recens; sicut demonstravit Sextus Senensis. Eam verò minus commodè nonnullis in locis institutam videntes Tremellius & Junius, immutārunt leviter, haud absque magna ratione: quā & Genevensis Ecclesie Pastores ac Professores sunt commoti, ut ab ea, quæ ip̄s in usu antè fuit, distinctione capitum quandoque variarent. Nec habent Pontificii, quod hac in re carpant: quorum Pastor unicus distinctionem versusum (ex eadem stirpenatam, ex qua capitum) in uno quoque ferè capite novam fecit, atque à prioribus omnibus discrepantem. Confer versionem Tremelli Gen. 12. Exod. 6. C. 7. C. 16. C. 36. Levit. C. 6. C. 7. Num. 13. C. 30. Deut. 5. Josuæ 6. C. 22. Jud. 11. 1. Sam. 7. C. 12. C. 14. C. 16. C. 18. C. 21. 2. Sam. 7. C. 9. C. 14. 1. Reg. 16. 2. Reg. 12. C. 24. C. 25. 1. Chron. 22. C. 23. Nehem. 10. Job. 3. C. 14. C. 17. C. 37. C. 41. Prov. 12. Eccles. 2. C. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 12. Cant. 5. C. 6. C. 7. C. 8. Jes. 3. C. 4. C. 15. C. 16. C. 18. C. 27. C. 43. C. 44. C. 57. C. 62. C. 64. Jerem. 3. Ezech. 3. C. 21. C. 30. C. 31. Dan. 4. Hosea 12. C. 14. Amos. C. 2. Jon. 2. C. 3. Hagg. 2. Zach. 2.

II.

קְצִחָה fragmenta, à קְצִחָה scidit, amputavit, decurtavit. Sic Samaritanis suas nominant sectiones, seu distinctiones Scripturae. Unde ad finem Genesim in exemplari Samaritano ספר הראשון רֹגֵן קְצִחָה, liber primus 250. Sectionum. Ita Exodus apud Samaritanos sectiones habet 200. Leviticus 135. Num. 218.

Ef

III.

III.

רִזְקָה *Pausa, versiculos Biblicos*, quasi sententiae absolutio, à **רַקְבָּה** *ceſarite*. Vide Comment. Masor. Buxr. p. 280. Idem etiam קְרָאֵת וְמְקָרֶב significant. *Nota*.

I. Scripturæ distinctionem in versiculos, Iudæorum iudicio, ultimæ esse antiquitatis. Unde Talmudistæ verba *Nehem.* 8.v. 8. וְשָׁוֹם שְׁבָל & ponendo intelligentiam, explicant; *Pausam* fecerunt inter singulos *versus*, prout acceperant à *Mose*. Vide Buxr. de punct. antiq. p. 80. & 82. Unde etiam, teste *Elia* præf. 3.lib. Bach. *Rabbini dicunt in tractatu Megilla: Quemcumq; ver- sum non distinxit Moses, eum & nos non distinguimus.*

II. A Iudæis, qui, ut sequetur post, omnium versiculorum totius contextus V. Test. exactum inierunt numerum, versus manasse.

A. Ad Christianos in genere omnes, *Riv. Isag.* in Sc. S. pag. 507. Consule etiam Bibl. Sanct. *Senens.* p. 157. & *Hieron.* præf. Paraleip. & Iesa. qui asserit, se ad utilitatem legentium easdem commatum incisiones, & intervallorum distantias, quas in Hebraic codicibus invenerat, in translatione sua servasse. In specie verò ad *Syros*, vide *Bootii animadv. loc. cit. Arabes, Ae- gyptios*, quorum Pentateuchus distinguitur etiam in πεντακός, *Gen. habet.* 360. *Exod. 603. Levit. 702. Num. 835.*

B. Muhammedanos, quorum Alcoranus à prima fortè sui origine in ﷺ, sive versiculos ὄμοιοπλάτες, distinctus fuit.

III. Multa tamen antiquissima Bibliorum exemplaria, notis versiculorum destituta, exstissee olim, suprà p. 99. exposuimus. *Cabalistarum sententia est*, inquit Ioh. Morin. de Hebr. Græciique text. integ. p. 196. quam cæteri *Judæi amplectuntur*, legem à *Mose* scriptam fuisse non modò sine punctis, accentibus, & distinctionibus *versuum*, sed etiam sine dictionum separatione & formatione, ita ut tota lex esset velut una longissima dictio, cuius distributio in varias dictiones oretenus à Deo *Mosi* tradita est, ue scribunt ex eorum sententia R. *Moses Bar Nachman* proemio Contra

Commentarii in legem, Elias Levita *tertia præfatione Maforethica*. Ne stupeas, Lector, hoc Cabballistarum pronunciatum, neque de nostra scribendi forma illud dijudices. Constat enim ex antiquis Græcorum marmoribus & inscriptionibus, nec non ex multis antiquissimis manuscriptis, tam Græcis, quam Latinis, quæ adhuc in Bibliothecis visuntur, Græcos & Latinos, etiam post inventam Rhethoricen, dictiones scribendo ab invicem sæpe non distinxisse, nedum periodos, periodorumque membra. Sic scriptum est vetustissimum illud Novi Testamenti exemplar, à nobis suprà frequentissime allegatum: sic scriptum prostat in Bibliotheca regia S. Gregorii Nazianzeni vetustissimus codex: sic insculpta erant antiquissima illa marmora, è Gracia in Angliam exportata, quæ interpretatus est Seldenus, & Arundeliana vocavit: sic scripta sunt lingua Coptorum, seu Aegypticâ, quatuor Evangelia, quæ in Oratoriana Bibliotheca conservantur.

נ פָּסָק Pausa, ceſatio; sic vocatur hiatus seu spatum vacuum in ſcriptura, ſententiam aliquam mancam ſignificans & Ellipticam. Eiusmodi in Pentatecho ostenduntur quatuor. 1. Gen. 4.8. quem locum excuſſimus suprà pag. 147. 2. Gen. 35.22. 3. Num. 25.19. 4. Deut. 2.8. Cætera loca vide Comment. Maforeth. Buxtorf. pag. 280. Aliás vocatur פְּרִיגְמָא, i. tali pronuntiant Pregma. Elias in Arc.tabul. fractarum ait, ſe nescire unde deſumptum hoc sit vocabulum, neque à Baal Aruch explicari. Negotium i. e. פְּרִיגְמָא vult ſignificare Clarissimus Buxtorfius Lexico Talmudico p. 1799. Sed a non commodiū φεγύμα, id est, ſepes?

ה הַפְּסָק vel etiam פְּסָק distinctio major per accentus, quæ Esra Scribæ tribuitur, qui etiam נָגֵר תְּלִזְחָלָה Pausator & בָּעֵל הַטּוּם מִן auctor accentuum appellatur. Vide Buxtorf. de punct. Antiq. p. 16. & deinc. de רִין הַהֲפָסָקֹת modo distinctionum, vide Halicot olam, p. 196.

lineā. Vocis hujus explicationem paulò fusiùs ex Elia Lev.
 tab. fract. orat. 5. proponeimus, cūm usus ejus non sit con-
 temnendus, & ipsa hac sectione sequenti redeat :
 שטח. בלשון שטה באמורם שיטה של פלוני שיטה אחרינה ובן שיטת התלמוד
 ולא יroutine מאייזה לשון הוזג גם בעל העורך לא היבאו אך מצאתי
 בתרגום שר השירים בפסוק לחיו כערוגות הבושים תרין לחין
 אבגנין ריבב לעמורה כתיבן בעשר שטין ועל דמיין לשיטין נתא בוסטני
 וכן ועל ספר חקה תי"ו על שיטין רספר רשותם וכן קראו רבתוינו וכורונס
 לרבה לשורת הספר שטה כמו שאמרו צרך להניח ד' שיטין כין כל
 ספר יוספר וכן בראש שיטה בסוף שיטה וכן כתבו על כדר לעומר פסקין
 ליה בתרי תיבות בשיטה חרاء ולא פסקין ליה בתרי שיטין וכן קראו
 בעלי המסורות שיטה למה שקרו רול שיטה רל הגעתם דבריהם מעין
 אחד כגון סכום פסוקים או זוגין או מלות שיטין בין הרמות מהו
 בנקודתן או באותיותן וקרו לאלה שיטה והכלל כל קבוץ של פסוקים
 או מלות הרבה יחר שאנן על סדר האלפاظ ביתאקרו לאלה שיטין
 ומוכבלני שאין שיטה חחותה. מעשרה שורות ונמצאים שיטין של
 עניינים רבים כגון גנו ששה מן כך וכך זוגין או כך וכך פסוקים או מלות
 שיטה. Item. פלוני Schitah, ut quando dicunt i.e. Sape Rabbini p.m. utuntur vo-
 cabulo Schitah, ut quando dicunt. Item. שיטה של פלוני שיטין התלמוד אחרינה
 Item. Non autem constat mihi, unde hoc vo-
 cabulum derivatum sit. Quin etiam Author Aruch Lexici Chaldaici
 non citat illud. In Targum vero reperi, ubi hic locus in Cantico
 canticorum maxilla ejus ut areola aromati-
 tum Chaldaice transfertur. Duodecim tabulae lapideae, quas dedit:
 populo suo, scriptae fuerunt nomine aromatum: sic quoque hunc locum Et in libro e-
 xara, Jonathan transfert & על שיטין וען לשיטין נתא בוסטני
 decem ordinibus seu lineis, ad similitudinem areolarum hor-
 ti aromatum: sic quoque hunc locum Et in libro e-
 xara, Jonathan transfert & על שיטין וען לשיטין נתא בוסטני
 formam libri redige illum. Hinc & Rabbini p.m. lineam libri
 שטח. vocant, ut quando dicunt: Necesse est relinqui 4. Schitah seu
 lineas inter unum quemque librum. Item in principio lineae, in fine
 lineae. Hinc est etiam quod scribunt super illud Distin-
 guunt:

gunt illud in duas dictiones in linea una, non autem in duabus lineis. Porro vocabulum סִתְּה eodem sensu à Masorethis, quo à Rabbinis vocatur, id est, sumitur. Sic collectio vel dispositio vocabulorum plurium de re una, veluti certus numerus versuum, aut parium, aut denique talium vocum, in quibus est similitudo quædam in literis vel punctis: hæc, inquam, vocantur Schitah. Summa Schitah est versuum vel dictionum multarum, ordine Alphabetico non dispositarum, in unum collectio. Schita autem, seu talis vocum Catalogus, meo judicio, non minus, quam decem lineas habet. Atque ita de variis rebus Schitin habentur, nempe Schitah tot & tot parium, tot versuum, tot dictionum, aut literarum, de quibus adducere exempla non necesse est. Hæc de vocabulo סִתְּה, cuius Etymologiam intactam Lexicographi, quod sciam, reliquerunt omnes. Quid si verò derivemus: סִתְּה, quod lingua Arabicâ significat remota abfuit: unde סִתְּה proceritas, longitudo, distantia? Est enim סִתְּה seu linea, ex definitione M. Varrionis, longitudo quædam sine latitudine, & altitudine. Evidenter autem brevius, prætermissa altitudine, Regum est, inquit, μῆτρα ἀπλογίας, quod exprimere uno Latincè verbo non queas, nisi audeas dicere il-latibile.

SECTIO VI.

DE
VARIIS SCRIPTVRÆ
Accidentibus.

I.

¶ Textus libri, pars libri interior. Sic dicitur quilibet contextus Biblicus, notis seu commentariis marginalibus circumseptus. Consuetudo enim Orientalium, Hebraeorum præser-tim, commentaria, ut plurimum, ad utrumque paginæ mar-ginem ponit. Videantur Biblia Buxtorfii.

שְׁתַת הַמִּקְרָא Stylus Scripturæ , de quo in genere sequens Rabiorum tenendum est Theorema י' נופלה תְּשֵׁתְתְּמִקְרָא אֲזֶן id est, stylus Scripturæ non cadit in Midrasch, sive, expositionem allegoricam, quia, ut aliás loquuntur, אֲזֶן המִקְרָא יְנַצֵּל פְּשׁוֹטוֹן non egreditur Scriptura extra simplicem suum & literalem sensum. Viderunt nempe & illi, sensum Scripturæ, qui forma ejus est, non nisi unicum esse, literalem, Graecum, historicum: ceteros verò, quos sensum allegoricum, tropologicum, anagogicum, καταχρησιῶς appellant, diversas tantum esse unius sensus literalis applicationes. In specie verò observabis

I. Magnam esse styli Sacrarum Literarum evidentiam, sive res species, sive ipsam sermonis Qualitatem. Vide Glas. Philol. fac. I. I. p. 290.

II. Ejusdem adorandam esse plenitudinem, ibid. p. 295.

III. Brevitatem cum absoluta perfectione temperatam, tam in rerum descriptione, quam in styli conformatione, ibid. p. 297.

IV. Cohærentiam & suavem ἀρμονίαν, quam omnia aptè inter se sunt connexa, & suavissimè cohærent. ib. p. 301.

V. Castitatem & verecundiam, quam ea, quæ castas offendere possent aures, verecundis exprimit verbis, vel aliás verecundè circumscribit. Id. p. 306. Pontificiorum autem exceptiones & diras Jesuiticas, quas contra memoratas styli Spiritus S. proprietates eructant, discussit Dan. Cham. panstr. tom. I. l. 15. p. 567.

VI. Stylum Scripturæ auditorum captui, lectorumque conditioni prudentissimè accommodatum. Certum enim, & ad hæc attento cuilibet obvium est, in Bibliis S. fieri progressum à notioribus ad abstrusiora, à naturalibus ad supernaturalia, à sensibilibus ad intelligibilia. Unde eleganter Majmon. præfat. sui More Nevochim ita loquitur: *Annon vides, quid ege-*

egredit Deus Sanctus & Benedictus, quando nos perfectos reddere,
& mores actionesque nostras Legibus suis praticis dirigere corri-
geretque voluit? Quia enim hoc non bene poterat fieri sine praeun-
tibus quibusdam sententiis intellectualibus, quorum principium
est Apprehensio Creatoris captui nostro conveniens; & haec non po-
terat percipi nisi ope sapientiae Divinae; sapientia autem Divina
non posset acquiri, nisi post sapientiam Naturalem, (nam sapientia
Naturalis est contermina sapientiae Divinae, eamque ordine doctri-
nae praecedit, ut iis notum est, qui in hoc speculationis genere se exer-
cent) ideo principium librorum suorum Sacrorum exorsus est ab
Operi Bereschit, h.e. Sapientia Naturali, & cum propter excellen-
tiam ac praestantiom illius, cum propter insufficientiam & imper-
fectionem nostram ad apprehendenda ista, indicavit nobis res illas
profundas, quas Sapientia Divina indicare coegerit, per Parabolam,
enigmata, & verba abstrusa valde, sicut dixerunt Rabbini nostri
pia memoria: Indicare opus Bereschit carni & sanguini non
est possibile, idcirco absolute dicit Scriptura; In principio cre-
avit Deus; quibus verbis admonere voluerunt, res istas esse absolu-
tas, clausas, nec aperte explicatas, sicut ait Salomon; Procul est,
quod factum est, (h.e. Sapientia Naturalis,) & profundum pro-
fundum, (Sapientia Divina scil.) quis inveniet illud?

III.

מִקְרָא מִסּוּרָם *Scriptura inversa*, id est, transposita, quando verba
non sunt juxta simplicem ordinem & naturam posita. *Bux. Lex. Talm. p. 1553.* Cur *Hakshan*. de script. Jud. vario usu in
Theol. p. 333. scripturam ellipticam vel abbreviatam vertat,
non video. Exempla aliam significationem suadent. *V.G. Psal. 119. v. 126.* עַת לְעֹשֵׂת לְהֹרֶה הָפֻרוּ תּוֹרָתְךָ Tempus est colendi
Deum, irritam faciunt legem tuam, transpositio est, sive, ut in
Clav. Talm. p. 193. appellatur סְרוּס הַמִּקְרָא מִסּוּרָם (à verbo סְרַס castra-
re & pervertere) pro דָּעַת מְשׁוּבָת הָפֻרוּ תּוֹרָתְךָ, irritum faciunt fœ-
dus tuum, quia est tempus colendi Deum. Sic *Esaja 45. v. 24.* ad ver-
ba.

המקרא והר' Ba ביהוח ל' אוצר זרכות יי' Rabbi Salomon scribit *אך ביהוח ל' אוצר זרכות יי'* *Rabbi Salomon scribit* *versus hic est in versus et transpositus, pro &c.* Vide & *Psal. 87.7. Hosea 8.v.2. 1.Sam. 3.v.3.in R. Feschaja, Sota fol. 38.1.&c.* Huc pertinent omnia Scripturæ exempla, quæ Logici in doctrina de Propositione inversa tradunt.

IV.

Scriptura abbreviata; textus abruptus, id est, Ellipticus. Eleganter R. Sol. Jarch. ad Genes. c. 1. v. 1. שְׁמַקְרָוִת לְשׁוֹנָם וּמִמְעֵטָם תִּכְהַחֵת כְּמוּ כֵּי לֹא סָגֵר דָלָתִ בְּטֻנִי וְלֹא פִי מֵהַסּוּרָה וּכְמוּ וְשָׂא אֶת חַוִיל דְמַשָׁק וְלֹא פָרֶשׂ מֵיְשָׁאנוּ וּכְמוּ אֵם יְחֹרֶשׁ נַבְקָרִים וְלֹא פִירֶשׁ אֵם יְחֹרֶשׁ אֲדָם נַבְקָרִים id est, sunt textus quidam, quorum significatio est abrupta, & vocis unius ellipsis patiuntur. Exempli gratiâ; Quoniam non clausit (Iob. 3.v.10.) fores ventris mei: ubi non explicatur, quis sit ille, qui clauserit. Item (Jes. 8.v.4.) Auferet robur Damasci, nec hic explicatur, quis sit ablaturus. Tale etiam est (Amos. 6.v.12.) Num arabit bobus, nec explicat, homone sit araturus. Exempla usitatum in Scriptura sacra, singularium orationis partium, Ellipseon, dedimus in Erotem. Grammat. p. 179. vide etiam supr. pag. 200.

V.

מיוקרט ומאותר prius & posterius, בְּשֵׁבוֹן וְבְּשֵׁבוֹן, ubi non semper ordo est naturalis, sed arbitrarius, & quod primo loco poni debet, ultimo sequitur. Unde tritum illud Rabbinorum אין מוקרט ומאותר Non est prius & posterius in lege. Id est, Non ita exquisitè & accurate ordinis in Scriptura habetur ratio, sed id sape, quod præponendum, postponitur, & contraria. Vide Lex. Tal. Buxt. p. 62. Comment R. Sol. Jarch. ad Gen. c. 1. v. 1. Biblia Tremell. ad Levit. 11.v.47. Job. 19.26. & c. 27.5.6.7. Jes. 42.13. Jerem. 35.16. Ezech. 28.12. Et Halic. olam. p. 187. & 190. ubi expressè monet Auctor בתורה דזקן

דוקא בב' פרשו אבל בחד פרשה יש מוקדם ויש מאוחר modum, quo prius & posterius in lege non esse statuitur, de duabus intelligendum sectionibus: in una enim sectione agnosci prius & posterius. Magnam certè, observationem hanc, locorum ἐναντοφανῶν conciliationi afferre lucem, in *Jeremia* præsertim, qui transpositionibus ejusmodi refertus est, infra monebimus.

VI.

הברעה Præponderatio propriè ab præponderarvit: hic sumitur pro locorum duorum, in speciem pugnantium, per tertium conciliatione. De hac audire placet Auctorem *Halic. Olam* שני כתובין המכחישין זה את זה בצד כתוב אחר אמר ויהי כל 1.1.p. ישראל אלף אלף ומאה אלף ויהודה ארבע מאות אלף ושביעים אלף וכותוב אחר אמר ויהי ישראל שמנה מאות אלף וכן ואיש יהודה חמש מאות אלף נמצאת בינהם של מאות אלף ושלש מאות אלף אליו מה טיבן בא הכתוב השלישי והכריע ובני ישראל למספרם ראשי האבות וראשי האלפים והמאות ושוריהם המשרות את המלך לכל דבר המחלקות הבאה ותווצאת חדש בחרשו לכל דריש השנה המהلكות לאחר כר' אלף מלמד שאלו שלש מאות אלף היו כתובים בטומניות של מלכים ולא היו צריים להמנתו היא כייד הכר' אלף ליב חדש הרי ב' מאות ושמונים ושמוניה אלף נשתיירו שם י' אלף לנשייא id est, *E duabus Scripturis, quæ si bi invicem contradicunt, quomodo? Unus paragraphus 1.Chron. 21.v.5. inquit*, Frant autem omnium Israëlitarum undecies centies mille viri &c. Judæ verò quadringenties septuagies mille: alter autem locus 2.Sam.24.9.ait, Et erant Israëlitarum octingenta millia, &c. virorum autem Judæ quingenta millia. Inter ista centena millia differentia inventur. Itaque horum trecentorum millium, quæ est conditio: Procedit Paragraphus tercius, 1.Chron.27.1. & conciliat: Filiorum autem Israëlis secundum numerum ipsorum, in primores paternarum familiarum, & chiliarchos, centurionésq;, & moderatores eorum,

ministrantes Regi in omni negotio suarum distributionum, quarum quæque procedebat & redibat de mensè in mensē, omnibus mensibus anni; distributio unaquæque erat vice-num quaternum millium. *Docetur, trecenta illa millia scripta esse in ordinibus pri variis, qui Regibus ministrabant; nec opus fuisse, ut numerarentur. Id quomodo? 24. millia in 12. mensē, ecce conficiunt ducenta octoginta octo millia: adeo ut ibi desiderentur duo-decim millia pro principibus Israëlis; quæ rejecta complectitur de-novo Scriptura.* Vide etiam Notas lunii ad 1. Chron. 27 v. 24. כתוב אחד אומר. Exemplum aliud affert idem Auctor p. 171. כתוב אחר אומר כי מן השם רברתי עמכם הרים וורד "על הר סיני וכותב אחר אומר כי מן השם רברתי עמכם הרים הוא, מן השם השמיך את ולק ליסך וכו' פ' השם שהוא אש ומים. *Uunus habet paragraphus* (Exod. 19. 20.) tum descendit Jehova super montem Sinai; *alius verò Exod. 20. 22.* quod ex cœlis loquutus sim vobiscum: *deinde tertius eos conciliat* Deuter. 4. 36. è cœlis audiendam proposuit tibi vocem suam, ut eruditiret te, &c. *Per cœlos intelligit ignem & aquam.* Acumen Rabbinicum hanc nobis vocabuli שמי deducit obsoleto verbo *sub-limus, elatus, altus fuit:* quem admodum altera, ei opposita, mundi pars אָרֶץ *terra*, nec אַרְזָה *currendo*, nec אַרְצָה *conterendo* derivatur, sed ab אָרֶץ, quod linguâ Arabicâ *humilis, depresso* fuit significat. Unde etiam Chaldaicis אֲרַעַת quasi *ima* dicitur, כִּי, *הִיא לְמַתָּה מַהֲכֵל*, *quia omnibus rebus inferior est*, scribit Ab. Esra, Dan. 3. 39. Hæc ē ꝑ. Plura de usu hujus vocabuli habere potest lector ex Cl. Buxtorf. Lex. Tal. p. 1098. Schikh. Bech. Happ. p. 169.

Apparet autem hinc, quam fuerint Iudæi in conciliandis Scripturis Sacris religiosi. Nihil certè veritati convenientius; nihil ad vindicandam Scripturæ auctoritatem; quam propter εκκλησιας quidam Ecclesiæ fascibus serviliter subjiciunt; oppor-

opportunius; nihil denique pro summi judicis officio, & optimi interpretis partibus commodius dici potuisset. Nempe videbunt, non in ipsam statim debacchandum esse Scripturæ maiestatem, si vel maximè nos difficiliora quædam ejus exerceant loca, aut ἐναρμοφαίεια se prodat; sed laborandum potius, ut per συνβίβασιν, seu collationem, omnia aptè in Bibliis cohærere, & obscuriora, aut in speciem pugnantia loca, ab ipso Spiritu Sancto, alibi clarius loquente, conciliari, demonstramus. Vide quæso, benevole lector, quām pretiosæ nonnunquam, gemmæ in foetidissimis Iudæorum simetis emicent! Porrò de causis ἐναρμοφαρεῖας Scripturæ S. ratione item eandem conciliandi scripserunt ex Christianis *Altingius* Theol. Probl. loc. 2. prob. 24. *Myller*. in Rabb. p. 1368. Ex Iudæis *Maimonides* præf. More Nevoch. sub finem, & lib. *Chin.* p. II. fac. b.

SECTIO VII.

DE

SCRIPTVRÆ SENSV,

explicatione & applicatione.

פְּשׁוֹת *Sensus Scripturæ simplex, literalis, Grammaticus.* Dicitur aliás **מִקְרָא** *Buxt.* de Punet vocal. p. 103. **גָּלוֹן וְחַיצׁוֹן** *Revelatus & exterior:* (cui opponitur **נַעַלְתָּן וְפָנִים** *occultus & interior*, Bibl. Rabb. p. 351.) Item **מִשְׁמָעָתָא** *Hal. ol. p. 61. 119.* Chald. **שְׁמֻתָּה** & **דִּין**, quo nomine Iudæi intelligere solent, **שְׁמֻתָּה**, quo nomine Iudæi intelligere solent **אֲיסָר וְתָהָרָת** *audita sive τηλεγράφη de juribus, interdictis & puritatibus.* Hic verò *observabūs* regulam de sensu Grammatico generalem, cui præmittimus Canonem R. *Lipmanni* lib. Nizz. p. 169. ad intelligendum S. Literarum sensum apprimè utilēm: **אֶלָּו שְׁבָתוֹרָה וּבְנֵבָא' נַחַלְקָו לְשָׁהָר רְכִיכָּס**: **הָרָאָשׁוֹן תִּימָה**: **אִיפְשָׁרוֹת וְהַשְׁנִי נַזְמוֹת וְהַבָּא' וְחַטְלִישִׁי פְּשָׁט סְטוֹם**: **הַרְבִּיעִי מְשֻלָּם**: **סְקָנְבָּלָתְּ חַמְשִׁי לְחִלּוּם**.

& Prophetarum scripta exprimi vult Auctor, quæ exemplis deinceps prolixius illustrat. Nobis solos expressisse modos sufficiat, quos inter excellit i.e. *sensus Grammaticus*. Ipsa autem Rabbinorum regula hęc est: אֵין מִקְרָא יוֹצֵא מִידֵי פְשׁוֹתָן Scriptura non egreditur ex simplicitate sua, id est, extra simplicem & Grammaticum sensum: Non quidem quod omnia Scripturæ loca propriè & literaliter possint explicari, *Buxst.* Lex. Tal. p. 2, 9. ut Talmudistæ quidam delirabant, vide *Schikhard.bech.happ.* p. 116. 117. sed A. quod semper prima & potissima ratio habenda sit sensus proprii, nativi & Grammatici, qui vel simplex est in historiis, dogmatis & Prophetiis nudè propositis; vel compositus in typicis; sive proprius verbis propriis; sive figuratus verbis figuratis enunciandus. Vide *Buxst.* Lex. Tal. p. 1861. 2378 de punct.vocal. p. 104. 422. *Cun.de Repub. Hebr.* p. 468. 425. *Kimch.advers.Christ. Psal.* 19. *Nizzach.* p. 3. *Glaß Phil.Sac.lib. 2.p. 1 tract. 1. Cham.Panstr.to. 1.p. 532.*

B. Quod idem ille unicus sensus diversas habere possit applicationes, allegoricas, anagogicas & tropologicas. מִפּוֹרָסֶם Manifestum est inter nos, inquiunt *בַּיִנְנוּ כִּי שָׁבֻעִים פְנֵיכֶם* ל תורה Iudæi, Legem 70. habere facies; id est, multoties posse applicari. *Chin.* p. 39. Atque hunc genuinum Canonis Rabbinici esse sensum, ipsismet Hebræorum probabimus verbis. R. Salomon Jarh.scr bit præf.in Cantic.Canticor. מִקְרָא אֶחָד יוֹצֵא לְכָתָה Una eademque Scriptura in multos deduci potest sensus: Summa tamen hac est tenenda; quemque locum suum certum habere sensum simplicem & literalem. Et Hal. Ol. p. 47. בְּלִהְיכָא וְאָמְרָן אֵין המקרא יוֹצֵא מִידֵי פְשׁוֹתָן כִּי שָׁבֻעִים פְנֵיכֶם Et literalem. Et Hal. Ol. p. 47. בְּלִהְיכָא וְאָמְרָן אֵין המקרא יוֹצֵא מִידֵי פְשׁוֹתָן וְלֹא אָמְרוּ אֵין מקרא אלא כפְשׁוֹתָן עַם מִדְרָשׁוֹ וְאַנְנוּ יוֹצֵא מִידֵי פְשׁוֹתָן כִּי שָׁבֻעִים אֵין מִקְרָא יוֹצֵא מִידֵי פְשׁוֹתָן כִּי שָׁבֻעִים ubique dicitur, Scriptura à simplici sensu non abducitur, nisi id est, וְיִהְיוּ שְׁנֵיהֶם אֲמֵת לְשׁוֹן הַרְמָבֵן זֶל בְּחִשְׁגּוֹתָיו לְסֶפֶר הַמְזֻוּזָה

hil aliud intenditur, quām Scripturam à simplici sensu non omnino abduci. Sic loquuntur, Scriptura à simplici sensu non abducitur; non verò dicunt, Scripturam non nisi simplici sensu accipiendam esse: sed unā cum sensu simplici allegoricum habet, nec ab horum ullo abducitur; sed Scriptura utrumque sustinet, & ambo cum veritate consentiunt. Ita loquitur D. Moses f. Nachmanis l.m. in suis ad præceptorum librum observationibus. Quibus concinunt verba R. Asaf. in Meor En. p. 75.b. Ipsi tamen hīc monent Judæi, parciūs in allegoriis versandum, & nonnisi summa urgente necessitate à literali sensu recedendum. *Sciendum est*, inquit R. Menaṣ, Ben Israël de resur. mort. lib. I. p. 38. *Scripturam semper secundū literam intelligendam & explicandam esse, nisi explicatio contineat aliquid, quod implicat contradictionem: exempli gratiā, cū Deo attribuantur caput, pedes & affectus, sive passiones humanae.* Si enim unicuique pro arbitrio suo licet, sensu allegorico explicare Sacras Literas, quæ certitudo explicationis erit? *Sensum quem quisque volet, sibi finget: unde in infinita ac innumerabili nos incidere necesse erit absurda.* Hinc pessimè Christianis no consuluerunt illi, qui, sive veritatem, sive cerebri sui figimenta defensuri, Scripturam Sacram miserè ad propositum suum intollerunt. Mémores esse débuisserint, nec ex quo vis ligno fieri Mercurium, nec ex quolibet dæto scripturæ quodlibet extiri dogma. Unde graves Judæorum querelæ de ineptis Pontificiorum explicationibus Allegoriciis. Exempla affatim suppeditat Auctor libri N. z.z. num. 40. 45. 56. 11. 276. & alibi: Indignum profectò est Christianis, ad ejusmodi eos confugere Allegorias, quibus universa eorum doctrina apud infideles in præsentissimum adducitur discriben. Has enim dum illi legunt, eas protinus suscipiunt cogitationes, religioni nostræ malè ess: prospectum, cūm ad ejus defensionem non nisi conjecturæ quædam & longè petitæ rationes ex S. Scriptura, unica fide nostræ norma & cynosura, in promptu nobis sint. Utinam verò & illi, qui bonam alioquin causam tuentur, hic

cautè satis agerent, & in argumentationibus suis Theologicis mysteria religionis Christianæ Judæis non propinarent deridenda! Clarè utique & perspicue Deus in verbo suo voluntatem nobis patefecit, cur igitur non illi soli aures substringamus? Cur omnibus præliemur armis adversùs Iudæos, etiam plumbeis mucronibus? Et sanè, ut olim augur *Fabius Maximus* dixisse fertur, salvis auspiciis ea geri, quæ pro Reipublicæ salute gererentur; ita multi præclari viri, Theologi etiam veteres, credebant, rectè & sapienter institui, quicquid pro defensione veritatis tentaretur. *Sed monendi isti sunt*, inquit Calvin. Comment.in Gen.c.1.ut à violentis ejusmodi glossis sibi caueantur. Selectu profectò opus est in citatione testimoniorum, non numero, sed pondere, & ἐρεψεῖα verborum adversarii premendi, atque in notitiam veritatis deducendi sunt. Id verò, quām vellemus, diligentius in acerrimis cum Antitrinitariis dimicationibus observaretur! Vide *Seph. Nizz.* num. 214.

מִדְרָשׁ vel רַשׁ מִדְרָשׁ vel Scripturæ explicatio Allegorica, mystica, vel, ut est in Fortal.fid.p.145. *Glossa moralis*: opponitur מִדְרָשׁ פְשׂוֹת, juxta illud El. Lev. פְשׂוֹת שֶׁאֵין עַל דַרְךָ פִירּוֹשׁ קָרְאָו Midrasch appellatur omnis explicatio, quæ sensum suum literalē non sequitur. Vide etiam Lex.Tal. Buxt.p.584. opera Camer.p.163. Nota

I. Allegoriis & Allegoricis Scripturæ explicationibus cum primis luxuriare commentaria Hebræorum; Majmon. More Nev.in præf.& part.3.c.43. Solent enim Rabbini, inquit, ut illi nōrunt, quibus consuetudo ipsorum nota est, Allegoriis vehementer delectari, & crebrò illis uti; non quòd existiment, hanc esse mentem & sensum Scripturæ, sed instar jucundi alicujus ænigmatis, (h.e. delegationis gratiâ.) Duo autem sunt Hominum de Allegoriis judicia. Quidam existimant, illas ab ipsis adduci ad declarandam Scripturam; alii verò irrident & contemnunt eas, cùne certum sit, non esse eam textū sententiam. Priors omnibus viribus pugnant ad tuendas & verificarandas Allegorias, & credunt illas esse

esse de sensu Scripturæ; idemque esse judicium Allegoriarum, quod Traditionum per Cabballam acceptarum. Sed neutri ex istis duobus rem intellexerunt. Sunt enim in star enigmatum, quorum sensus intelligentibus non est dubius: illa enim docendi ratio illis temporibus admodum fuit trita & usitata; quemadmodum Poëta quoque istum morem obseruant. Allegoriarum, vel parabolarum potius, fertilis fuit actas Servatoris nostri, ut patet ex historia Evangelica. Eadem habet R. Asar. in Imre Bina c. 15. p. 76.a. & p. 75.b.
הא לך מבואר שלא אמרו המדרשים על דרך אמנה ועקר: אלאEcce manifestum ibi est, quod (Rabbini) non dicant in Midraschin esse veritatem seu fundamentum; sed tantum facere ad multiplicandos sensus Scripturae, quatenus ita variis modis explicatur. Quæ vero usitatissimæ Allegoriarum apud Judæos sint species, ideem ille docet R. Asar.
דע כי המדרשים על שלשה דרכיהם יש מהן גוזמא כאמרים ר' בנאה פ' חקמת הבתים ר' בנאה פ' גוד הנשלה רבו חכמים בלשון הבא: כמו בצורות בשמות: או גוזמא שדרך בני אדם לזכר בן כר בר חנה פ' המוכר ויש מן המדרשים שהם מעשה נסיכם כספורי ר' בנאה פ' חקמת הבתים i.e. scito, Midraschim seu Allegoriarum tres potissimum esse vias seu species. Sunt quædam hyperbolice intelligendæ, ut cum dicunt in cap. גוד הנשלה: Loquuntur sapientes hyperbolice E.G. Munitæ (urbes, Deut. 32.) ad cœlum usque. Quædam per usitatam hominum hyperbolæ explicandæ secundum verba Rabbah barbar Hannah cap. מעשה נסיך his-storyæ miraculosaæ, seu Chreiaæ, ut narrationes R. Bannaæ C. חזקיה: הרבבנאות videlicet Tal. Buxt. R. Dr. & de punct. Antiq. p. 99. 100.

11. Fontem Allegoriarum Hebraicarum esse exemplaria non punctata, quibus, pro ratione punctorum, aliis atque aliis à Judæis affingitur sensus. Unde R. Bechai in lib. Num. p. 162. ad verba Num. 11. 15. ואם בכנה את עשה לי. Et si sic es tu faciens mihi; ubi pronomen est foemin. & adjunctum participium masculinum: בספר תורה שאינו מנוקר וכל הארכות (במספר תורה שאינו מנוקר וכל הארכות) עשה לך את עשה לי בקמץ תחת השין כי האותיות כשהיאן מנוקרות ואם בכנה את עשה לי בקמץ תחת השין כי האותיות כשהיאן

מניקדות סובלות בימה כוגנות ומחולקות לכמה ניצוצות ומפני זה נצטוינו
שלא לנקוד ספר תורה כי משמעות כל מלה ומלה לפני הניקוד ואין
משמעותה עס הניקוד כי אב ענן אחד ובתני נקו ויכול האדם להבין
ביה ככמה ענינים נפלאים רבים ונכבדים והן זה צטרך אותו
hoc est, *In libro Legis, qui non est punctatus,*
potest quis legere, עוזה, cum Kametz sub litera Sin : quia literæ,
quando non sunt punctatæ, varios admittunt sensus, & in variis di-
viduntur scintillas. Et hac de causa jussi sumus non punctare li-
brum Legis, quia unius cujusque vocis sensus literalis est secundum
punctuationem, nec nisi unicum vox punctata admittit sensum: *Vo-*
ce verò non punctata, potest homo intelligere & ad invenire multos,
cōsque admirandos & eximios sensus. Hoc itaque animadverte: eo
enim opus habebis in pluribus aliis locis. Et R. Menachem Rica-
natenensis, סת שיש בו הרבה פנים איןנו נקו, *Liber Legis, in quo sunt*
multæ facies (h.e. qui idoneus esse debet, ad varias expositiones
admittendas) non est punctatus, vel, non punctari solet. Et Mun-
sterus præfat. in Biblia scribit: *Quare verò olim tempore Hiero-*
nymi Biblicus textus punctis non fuerit distinctus, reddit Rabbi
Menachem hanc rationem איןנו נקו סת תורה שיש בו הרבה פנים
דכרי תורה יש להם פנימי, nempe Exod. 21. dicit, *Imò Aben Esra dicit, quòd Lex præter*
דרך הפשט שבעה פנים *Septem modos intelligendi,* (NB. legendum hic
id est, literalem sensum, habent Septem modos intelligendi,
quod hic noluimus discutere. Olim igitur omnes fere sacri codices
punctis destituebantur, sicut & hodie Volumen Legis, quo Judæi in
Synagogis utuntur, punctis caret, nec nisi qui insigniter docti erant,
poterant illos rectè legere & intelligere, eratque acceptio quædam
Cabbalistica, quam sacerdotes scire tenebantur, & plebeis homini-
bus explanare. Cum verò temporum successu, demerentibus illorum
peccatis, multæ irruerent tribulationes, & paßim per orbem d̄spera-
gerentur, docti que imminuerentur, coacti sunt multa calamo exci-
pere, quæ prius solum traditione sciebantur. Quod si, quibusdam fal-

saltem in locis, hæc quoque causa esset tam manifestæ discrepantiaæ versionis LXX. viralis ab Editione Authentica? Sanè nec à consuetudine seculi illius, quo translatio ista in lucem prodiit, neque etiam à sana ratione conjectura nostra abhorret. Hæc tamen omnia ex mente Judæorum intelligi, & cum grano salis accipi debent, ne quis existimet, patrocinari hoc loco eos Pontificiis (qui arbitrantur, *non esse improbabile, unius ejusdemque loci plures esse posse sensus literales*, ut est apud Champanst. tom. I. l. I 5. p. 535.) cum quibus tamen nihil planè commune habent, ut ex collatione exemplorum patet, vide Bux. de Antiq. punct. p. 422. Hoc tantum Judæi volunt, quædam Scripturæ loca geminum admittere sensum, literalem & mysticum, quod unitatem formæ S. Scripturæ minimè labefactare, atque adeò sensu sano dici posse, docet Spanh. P. II. p. 509.

III. Allegorias istas seu sensus mysticos, ex diversâ vocum lectione erutos, nullam contra sensum literalem obtinere auctoritatem. Multa, quæ ad hujus leminatis illustrationem facerent, congesit Cl. Bux. de punct. antiq. p. 99: 100: 104: 110. 422. unū hoc loco ex eo memorâsse testimonium nobis satis erit. *Uſus verò, inquit p. 104. hujus Axiomatis Talmudici* (ש אָמֵן לִמְרָא יְשָׁא אָמֵן) *Est mater Lectionis: & est mater Masoræ vel Traditionis*) hic est. Cùm de re seu quæstione aliqua disputant, ac in diuersas sententias abeunt, s̄pē accidit, ut uterque duorum discentientium fundamentum suum in uno eodemque Scriptura loco, imò & in eadem voce, ponant; Unus sc. in communi & recepta lectione; Alter in lectione mystica & allegorica, eadem illa voce, aliis vocalibus animata, vel aliter explicata; Prior dicit, ש אָמֵן לִמְרָא Est mater lectionis, q.d. Mea sententia innititur communi & recepta lectioni, cum punctis & vocalibus propriis, *Sensui literali*; Posterior dicit; ש אָמֵן לִמְסֹרוֹת Est mater Traditionis; q.d. Ego meam sententiam elicio & educo ex sensu mystico, & lectione vel expositione aliquâ per Traditionem accepta, quâ didici, hanc vocem, pro infinita fecundi-

tate Legis, sic quoque posse legi & explicari. *Hic* verò probè notandum & observandum, quod utriusque hujus Principii non eadem sit authoritas & soliditas. Primarium principale & perpetuum fundamentum est נָרָק מְלֹאָה Lectio communis & recepta in textu Biblico, sensum simplicem & literalem explicans. Huic semper innituntur, in hoc perpetuo verum fundamentum ponunt. Secundarium & minus principale est Traditione, Expositio mystica, allegorica, vel Cabalistica. Quando hoc priori contrariatur, & illud evertit, nulla ejus habetur ratio, sed fundatum manet in נָרָק: quando vero ei subordinatur, & simul cum eo consistere, atque conciliatio aliqua inter utramque lectionem institui potest, utrumque admittunt. Et hoc putant esse de summa Majestate Legis, quod una & eadem vox, iisdem literis scripta, plures veros, finos, nec inter se pugnantes sensus, parere & admittere possit. Hinc sèpe duobus dissentientibus, & ad ista principia provocantibus, supervenit tertius, qui dicit; שָׁנָא לִמְךָרָא וְשָׁנָא לַמְסֹרָה. Est mater Lectionis, & est mater Traditionis, q.d. Ultraque hic lectio, utraque expositio potest retineri, neque sententiae haec sunt contrarie, sed subordinatae, unde utraque suum locum habere potest, non quidem aequaliter & aequali auctoritate, sed suo modo, gradu & respectu. Exempla deinde quædam ex Talmude ad fidem assertioni suæ faciendam subjicit, quæ ex ipso authore lectori magno cum fructu habere potest.

IV. Etsi verò Judæi veteres Allegoris delectati fuerint penè omnes, d. scrimen tamen inter eos est ingens. Alii enim crassius, alii subtilius, utriq; ἀπερσονώς plerumq; huic ἀπερσονώς indulserunt. In Talmudicorum scriptis ea subinde reperias non tam allegoriarū, quam mendaciorum monstra, & fabularū plaustra, ut nullo vel disertissimæ linguae tectorio incrustari possint. Alexandrini Judæi speciosius sunt nugati, quibus sic semper volupe fuit ἀλληγορεῖν, ut vel hanc unam ob causam apud eos, queis talia placuerunt studia, in honore fuerint & existimatione. Excelluit, primis Christianis propagati.

gati annis, insignis ille, ut Basilius verbo utamur, ἀληθερο-

γέντων coryphaeus, Philo, ὁ πλατονίζων, cuius de Lege expli-
 cationes allegoricae eruditis nota sunt. Affricuerunt Alexandri-
 drini isti ludæi, longa conversatione, insanum Allegorizandi
 morbum & morem Christianis, Alexandria literas sacras pu-
 blicè profitentibus. Præit hic Origenes, Professor Alexandri-
 nus celeberrimus, χαλκέντερος καὶ σωτευτικός, ob immensos,
 quos exantlavit, labores, vulgo dictus. De hoc Epiphanius; Αλ-
 θηγόρε. ὅστις περὶ Λιμνῶν, Allegoricè explicat quidquid potest.
 Et Hieron. præfat. 10. vision. Esaj. Origenes liberis allegoriae spa-
 ciis evagatur. Ex Pontificiis veterum allegorizandi prodigam
 liberalitatem taxant Bellarm. lib. 3. de amiss. grat. c. 3. art. 3. Rie-
 bera in procem. Malach. num. 2. A Costa in præf. lib. 1. de temp.
 noviss. Illud virtutum allegorizandi in Origene, Origenisque simili-
 bus (ipso præsertim Hieronymo, assiduo Origenis lectore &
 imitatore, Rainold. contr. Hart. p. 89. Humfred. contr. Camp.
 rat. 5. Sixt. Amama. orat. de Barbarie) quo historia destruitur, vix
 dici posset, quam valde me offendat. Sed hem, hem, bone vir, to-
 lutim badiza! Cur non vides quod manticæ est? Rectè utiq;
 in ineptas veterum inveheris allegorias, sed quanto meliores
 sunt intermedii illi vestri Semiulysses, Scholastici & Canonici
 præsertim, de quibus Polydorus Vergilius de invent. rer. l. 4. c. 6.
 Vide, non secus illi Juris consulti aliquoties detorquent sacras lite-
 ras quo volunt, ac futuros sordidas solent dentibus extenderet pelles!
 Et Agrippas de vanit. scient. cap. 92. Sunt admirabilia & et ab-
 scondita mysteria, quæ aliqui Romani Pontifices proferunt, qui ali-
 cibi in scripturis convertentes, nonnunquam adulterantes,
 atque suis figuris assimilantes, atque adaptantes errarunt. Quid
 Theologi Romanenses Practici, ad Allegorizandi contule-
 rint cacoethes, sequentia Cl. Spanhemij verba Dub. Evang.
 Par. II. p. 509. dubitare neminem sinunt. In praxi etiam multi-
 modis hic peccatur à Theologis Romanensibus, quo nomine quoque
 merito à Doctoribus Orthodoxis perstringuntur, quia totam Scri-
 pturam

peruram licentiosis interpretamentis in allegorias meras transfor-
mant; centones & scurriles, & profanos ex ea s̄a p̄texunt, & suas
cathedras, sua scripta exegetica, homiletica, parænetica & alia
quævis seraphicis id genus speculationibus farciunt, quæ Majesta-
tem Dei temerant, Scripturæ dignitatem proſtituunt, & Religio-
nem Christianam infamant. Nec inde à sanctione Concilii Tri-
dentini talia prohibentis Sess. IV. vel ob ejus reverentiam S. Scrip-
turae parsim, vel allegoriarum luxurie recisâ Dei verbum religio-
ſa simplicitate tractatum, sed magis luxuriatum, omnia in allego-
rias conuersa, in hoc mustaceo aureola quæſita, & simplex Scriptu-
ra S. expositio, ut abjecta nimis & plebeja, exploſa. Videantur Me-
nioti, Maillardii & aliorum id genus Demagogorum conciones, imò
plerorumq; qui Conclaves suas vulgant, & liquebit, vix à Cabala Iu-
daica in hoc genere licentiosius peccatum fuisse. Quod non exagitam
dis personis, sed vitio solenni deplorando, simplicitati S. Scripturæ
afferendæ, veritati vindicandæ, & cause reddendæ dictum, cur in
mythicorum sensuum S. Scripturæ affitorum licentiam s̄a p̄e Do-
ctores nostri invehantur, id videlicet fieri ob errores varios tum
circa dogmata, tum circa praxin in hoc genere admissos. Farragine
allegoriarum Pontificiarum habes in Philol. Glashii p. 424.
parte item prima nostri ὁδηγ̄ p. 198. & deinc. Cui causas, vel
conjecturas potius allegoriarum Iudaicarum cognoscere al-
lubuerit, adeat Bechin.happer.Schikh.p. 116.

פִּירָשׁ *Explicatio, Glossa, Commentarius verborum & rerum.* Ejus-
modi פִּירָשׁ seu *commentarios* scripserunt ex posterioribus
Hebrais (nam priores illi ad annum usque Christi 1000. in
controversiis Talmudicis magis fuerunt occupati) non pauci,
diversissimata meni usi methodo. *Quidam enim sublimiori di-
cendi genere delectati sunt; & subtiliores in commentando
fuerunt, unde alios interpres desiderarunt.* Inter eos Prin-
ceps fuit ר' Rashi, id est, R. Salomon Jarchi, in cuius com-
mentaria complures alii alias declarationes conscripserunt.
Talię

Talis supercommentatio vocatur **בִיאוֹר Bijur**, & pluraliter **בִיאוֹרִים Elucidationes, Declarationes.** Atque huc pertinent omnes **מְדֻרְשִׁים** seu commentarii, quæ in Allegoriis & latentibus sensibus explicandis versantur. Qualis est **Falkut** seu **pera R. Simeonis**, concionatoris Franckofurdensis, de qua **Bux. Bib. Rabb. p. 351.**

Alii verò sensui literali pressius insistunt, genium tantum linguae explicant, & idiotismos exponunt. Talis est **Kimchius**, **Aben Ezra**, &c.

Rursus *alii* in universam commentati sunt Scripturam, *alii* in quosdam tantum libros, quorum exhibit Catalogum **Bux. Bibl. Rabb. p. 294.** & deinc.

אֲנָפֶרֶת Narratio, homelia, discursus de loco Scripurae historicus, aut Theologicus. Quibus verò argumentis ejusmodi dissertatio seu homelia vel illustranda, vel probanda sit, fusiūs explicat Auctor libri **Halic. Ol. p. 114. S.** ואלו הַס לְבָ' מְרוֹת שָׁהָגָדָה id est, Porro his sunt 32. modi, quibus sermones populares eruuntur, &c. Ipsa modorum nomina Lector petat ex Auctore. Vide etiam de **אֲנָגָרֶת** fusè loquentem R. **Asarium Meor En. p. 77. a.**

הַעֲרָה Nəqəṣia nudè ex textu collecta, dicta à **עֲרָה nudus fuit**, quod principaliter & summatim doctrinam denudet. Lex. Talm. **Bux. 1664.**

Q U E S T I O .

An Commentaria Rabbinica Theologo Christiano usui eſe poſſint, & quomodo?

Quām indignè nonnulli & iniquè de Rabbinorum commentariis sentent olim, sentiantque etiamnum, partim ex Hh 3. diu-

diuturno illo Grammaticali, inter Capnionem & adversarios
ejus excitato bello, partim ex sequentibus Forsteri elucet ver-
bis. *Nihil profuerunt Rabbini*, inquit, præfat. in Lex. nisi quòd
velut Bibliothecarii libros tantum sacros (quos Biblia vocamus)
ac aliquot Grammaticos nobis Christianis suppeditarunt. At quod
ad S. Scripturæ intelligentiam (ut jam dixi) atque etiam lingua
Hebræa cognitionem attinet, præstiterunt, quod laudem mereatur,
omnino NB. nihil. Nam Dictionaria & Commentaria ipsorum
plus obscuritatis & erroris in Ecclesiam Christi invexerunt, quam
lucis & veritatis. Durum satis contra Judæorum commenta-
ria pronunciatum, cui assensum præberet videas hodierno die
omnes illos, qui laborem subterfugientes ne cassa quidem
nuce Hebræorum scripta digna aestimant: quo ipso & vete-
rum & superioris seculi Theologorum vestigia turpiter de-
serunt. Quotusquisq; enim magnorum illorum heroum, qui
bus non minus scholas à barbarie, quam Ecclesiam ab errori-
bus purgare curæ erat, fuit, qui scruta Hebræorum, forulosq;
Rabbinorum non excusserit, aut ab aliis excusso in usum
suum non transtulerit: Commentaria & monumenta eo-
rum, nobis vel maximè dissimulantibus, id testantur. Neque
verò tantum utilem magnoque cum fructu lectionem scri-
ptorum Rabbinicorum conjunctam esse, sic tacite innue-
runt; expresserunt etiam certas utilitatis species, quarum vel
aliquas commemorare operæ pretium erit.

1. Utilitas, quæ luculentissima est, ostenditur in Transla-
tionibus Scripturarum ex contextu authentico in lingua
vernacularis. De hac unus instar omnium loquatur *Sebastianus*
Munsterus, qui in præf. Bibl. à se vers. negat quemquam absque
Rabbinorum suppetiis S. Scripturam dextrè interpretari pos-
se. Quare, inquit, *meo judicio in pte illi agunt, qui contemptis He-*
breus scriptoribus pergunt interpretari Libros V. T. certè ego id
ex iis didici, quòd sæpe MONITORES sint veritatis, etiam si ipsi in-
teriori in tenebris & erroribus versentur; sicut & Bileam filius
Israël

Israël benedixit, & prospera ex spiritu Dei prophetavit, errorem autem suum & futuram interfectionem prævidere non potuit. Verum suo loco ostendam, quām hallucinati sint quidam, qui citra Hebræorum suspectias, Hebraicum textum nostro ævo interpretari co[n]ati sunt: id quod Divus Hieronymus tentare nolait, qui semper conductitum apud se habuit Judæum, qui illi in difficultoribus locis Rabbinorum suggesteret expositiones. Nec est quod causeris: Periculum esse consulere glossas talium infidelium hominum in libris sacris, modo cognitionem Christi adjungas peritiae linguae. Possem innumera ostendere loca, quæ PERPERAM à recentioribus sunt redditia interpretibus, qui citra sufficientem linguae peritiam & Rabbinorum lectionem præsumperunt verttere libros sacros, perinde quasi satis sit cognito Christo interpretem agere Hebraismi. Et iterum: Vir ille talis & tantus non designatus fuit Hebreos habere præceptores, imò facetur, se Biblia Sacra neutiquam potuisse interpretari citra illorum suspectias. Exposuit etiam ob eam rem numeros plurimos, ut illi essent à subsidiis. Nec dubito, si Hieronymo fuisset vel Aben-Ezra, aut Mosis Gerundensis, aut Ben-Gersom, aut David Kimchi commentarius, vivo præceptore opus non habuisset. Nunc autem in tanta librorum penuria caruit etiam sacro codice, qui notulis & punctis esset distinctus. Et rursus: Multa sunt in Scriptura adeò obscura & perplexa, ut citra Hebræorum traditionem non facile intelligi possint, quicquid NASUTI h[ic] gan[n]iant. Nec dsignatus est vir canticus & tam celebris per orbem, rursus fieri discipulus etiam illorum, qui inimici erant Crucis Christi & nominis Christiani. Ubi & hoc monendum duximus, eos non audiendos, qui putant Hebreos Scriptores contemnendos, quod nihil boni habent, & si quippiam habeant, præsertim in obscuris locis, id à Christianis habeant. Crebro etiam Hebræorum vitulâ arâsse Vatablum, Franciscum Junium & Emmanuelem Tremellium (quorum notæ s[ecundu]m s[ecundu]m verbotim ex Hebræorum commentariis translatæ sunt) aliósq[ue] Bibliorum Interpretes, quis inff-

inficiari ausit? Ut ita vel hinc pateat, non poenitendum in lectione Rabbinorum insumi laborem.

II. Sed & in singularum vocum examine saepius ad Rabbinorum scripta recurrentum, monuit Joh. Mercerus comment. in Joël.c. I.V. 17. *Ubi Scriptura ait, veribus deſtituimur ad aliquid Hebraicè explicandum & exprimendum, ad Hebreorum scripta recurrentum est, cum veterum Hebreorum, hac lingua scriptorum, magnâ laboremus in opia. Exempli gratiâ וְי tantum semel (dicto loco Joëlis) occurrit, in significatione dubia. Illic tuò quis ad Rabbinorum scripta, quandoq; etiam ad Chaldaam linguam recurrent, ut inde latiorem significationem deponat.*

III. Quem praestent Rabbinorum scripta usum in Chronologicis, diximus suprà p. 215. ubi tamen monemus, cum judicio legenda esse, quæ historicè in Rabbinorum monumentis referuntur. In *Sacris* quidem, ubi Hebrei bene, iis nemo melius; ubi male, nemo pejus: in *profanis* vero vel Leberide sunt cæciores. Vide *Casaub.contr.Bar.* p. 9. & 455. *Conſt. l'Emp.* in *Jachiad.* p. 186.

IV. Porro, ubi de lingua Hebraica agitur, Phrasew̄s proprietate, vel aliquo Talmudico instituto, meritò à Christianis Rabbinorum glossis non parùm tribuitur. *Casaub.l.c.* Exempla habes in *Lexic.Talm.Buxt.* partim in præf. partim per universum opus; præf. item in *Bibl.Rabbin.Præt.Cl.Drus.* & eruditio *Hakšanii*, libro de scriptorum Judaicorum in Theologia usu vario & multiplici.

V. Neque vero hic comprehendens est fructus, qui ad lectoriem ex Rabbinicis Commentariis redundant, quando observabit ex inductione exemplorum regulam aliquam exstrui generalem, cuius beneficio loca Scripturæ difficiliora non parùm illustrantur: cuiusmodi sunt

1. R. *David Kimchij* Psal. 6. & alibi. *Cum idem sensus diversis exprimitur verbis, quod quidem tum per totum contextum sacrum, tum vero & in primis in Psal-*
terio

terio obvium est. Reperiās enim in quolibet propemodū versu, verba posteriora prioribus esse synonyima, eorumque exegētica. Exemplum etiam regulæ hujus est in N.T. Joh. 3.v.5. Ἐάν μή πει ψυχή της εἰσιτε τούτη πνεύματος, &c. id est, εἰσιτε, οὐ πνεύματος, & Att. 2.v.24. in quem locum consulendus est Bezæ.

2. Aben Esra ad Exod. c. 12.v. 16. ab-solutio, vel terminus, operis non pertinet ad ipsum opus. Insignis profectò Canon, qui locis φανομένως pugnantibus præsentissimam affert medelam. E.G. Gen. 2.v.2. veritas Hebræa habet κλάβην οὐκ ἀλλής βίον τοῦτο i. e. Et absoluit (vel, ut Druſius rectissimè vertit, *absoluerat*) Deus die septimo opus suum. Ubi, juxta hunc Canonem, diei septimi in ποσμοποιίᾳ mentio fit non inclusivè, sed tantum terminativè : id si interpretes Græci observassent, minimè necesse habuissent ponere, pro, die septimo, τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑπτῃ. Ita Exod. 12.vers. 15. שבעת ים- מצות תאכלו אך ביוון הראשון תשיבו שאור מכתיכם ex collatione locorum parallelorum Exod. 23.18. & 34.25. animadversione item Aben Esra, transtulit Junius : Septem dies comeditote panes azymos, verumtamen ipso die primo jam amoveritis (Heb. feceritis ut cesseret) *vetus fermentum è domibus vestris.*

3. Regula Talmudistarum, cuius subinde meminit Majm. in More Nevoch. & repetitur à Kimch. Comment. in Psal. 2.v.4. דברה תורה כלשון בני אדם i.e. loquitur Lex secundum linguam filiorum hominis, videlicet de Deo. Per omnia respondet Theologorum Græcorum Axiomati, Ἄνθρωποπαθῶς οὐδὲ λέγεται, θεοπεπτῶς οὐ νοεῖται: quo Anthropomorphitarum deliria facilè jugulantur. Sensus enim est, Scripturam S. ut nostræ subveniret infirmitati, phrasibus uti ad captum humanum accommodatis, quibus infinitam Dei potentiam, paternam clementiam, majestatem immensam exprimat.

4. R. David Gans in Zemach David. זריך כתוב לרדרך אחר חכמים

טְבִרָה לְכַלְלָה וְלֵבֶן יְקַפֵּד עַל הַפְּרָטָה Scripturæ consuetudo fert, ut sequatur Generale, nullâ habitaratione Specialis. Peperit hunc Canonem Chronologiarum sacrarum, ἐν αυτοφάνειᾳ, in qua videoas s̄epius, suppresso numero minori, mentionem tantum fieri majoris, centenarius nonnunquam exprimitur, denario omisso. Idem etiam evenit in genealogiis, in quibus scriptores sacri id sibi potissimum negotii dare crediderunt, stirpem ut hujus vel illius ostenderent originariam, non ut singulorum ramusculorum ex quisitissimam delineationem exhiberent: id quod, tum ex Veteri, tum etiam ex Novo Test. abunde probari posset. Sed notiora, ex Evangeliorum collatione, sunt eruditorum de conciliatione genealogiarum certamina, quam ut diutius illis immorari consultum videatur.

Maximè verò hoc facerent 13. מִרְוֹת sive argumentandi modi, quos Hebræi R. cuidam Ismaëli tribuunt: eos in precum numerum retulerunt, quos proinde oraturi frequenter demurmurant. Translati sunt; sed obscurè admodum; ab Antonio Margarita in linguam Germanicam: postea verò à Philippo de Aquino, profelyto Christiano, clarissim longè Latinè expressi. Habentur etiam in clavi Talmudica à Conſt.l Emp. Latinitate donata tract.4.c.4. & deinc. Guil.Schik.in Bech.Hap- per.p.159. בְּעֵץ לְזִקְנָתָה. Quia verò alibi commodius inferentur, hic tandem, prolixo capiti 2. colophonem imponentes, subsystemus.



ARGUMENTUM CAP. III.

DE

*Targumim, seu paraphrasibus Chaldaicis, Syriacis,
Arabicis, Persicis, Gracis, Latinis: De Masora
& Kabbala.*

SECT. I. **נָסְחָה** *Chald.* **Translatio:** *idem quod* **תְּרֻנוֹבָה** *Paraphrasis, Interpretatio Scripturæ, propriè qualibet;*
תְּרֻנוֹם אֲוֹנְקָלוֹם *synecdochice Chaldaea, quæ quintuplex est a.* **תְּרֻנוֹבָה יְוִיָּאֵל** *Paraphrasis Onkelosi in legem. b.* **תְּרֻנוֹבָה עַזְּיָאֵלִידִיס** *Paraphrasis Jonathani Uzzielidis. c.* **תְּרֻנוֹבָה מְגַלּוֹת** *Paraphrasis quinque libellorum. d.* **תְּרֻנוֹבָה רְבִי יוֹסֵי** *Paraphrasis Raf Jose. e.* **תְּרֻנוֹבָה יְרוּשָׁלַמִּית** *Paraphrasis Hierosolymitana.* **SECT. II.** *De* **תְּרֻנוֹם** *Vers. Syriaca. 2.* **תְּרֻנוֹם עֲرֵבִי.** *Arabica. 3.* **תְּרֻנוֹם שְׂמָרָנִי.** *Persica. 4.* **תְּרֻנוֹם שָׁמָרִיטָה.** *Samaritana. SECT. III.* *De versionibus Gracis & Latinis.* **Græca sunt 1.** *העתיקת השבעים Translatio LXX-viralis Aquilæ. 2.* **סִימָכּוֹת Symmachi.** *Ex Latinis Hebræi Vulgatæ tantum meminerunt, cuius interpretem vel absolute Translatorem; vel הפטעיק הנזרים Christianorum interpretem; nonnunquam etiam טועה פְּרִישָׁה erroneous interpretem appellant.* **SECT. IV.** *De Masora; quæ alias מִסּוּרָה sepimentum Legis dicitur: de בעלי מסורת Masorethis, seu authoribus Masora: קרי Lecto scripto: תקון ספרדים כתיב ordinatio- ne seu correctione Scribarum: עטורה ספרדים ablatione Scribarum. מלאים plenis; defectivis; חסרום Chasrim; אם למקרא matre lectionis, & aliis terminis, apud Masorethas usitatis.* **SECT. V.** *De קבלה Kabala; quæ vel est 1. מעשית practica, vel 2. Theoretica: cu- jus partes sunt גֶּמְתָּרִיא Gematria; חִמְרָה mutatio; נוֹטְרִיקָן Notaricum, vel 3. צְרוּיָה Emblematica. קַבָּלִיז Kabalista: קַבָּלָן Kabbalistam doctus: אֵילָן הַקַּבָּלָה arbor Kabbalistica.*

SECTIO I.

De

TRANSLATIONIBUS IN
genere,& Paraphrasibus Chaldaicis
in specie.

propriè est *Exemplar transcriptum*, vel etiam *translatum*, à verbo *נָסַח* quod *amovere*, *transferre* significat, unde in Fut. Ithpeh. *יתנָסַח עַל מִבְטָה* *transferatur*, *a vellatur lignum ex domo ejus*, Esr. 6. 11. Vocant etiam Arabes exemplar transcriptum videatur *El*. in Tisb. lit. Nun, & in Schif. Luch. not. נָסַח: Ubi expressè dicit, sibi videri אחר *הַתְּעֵתקָה* במשמעותה *שְׁנוֹסָחָא* ו*הַעֲתָקָה* i.e. *idem propemodum esse*. Puto tamen propriè tantum exemplar esse libri verbotim descripti: *הַתְּעֵתקָה* verò translationem libri ex una lingua in aliam denotare. Tractationi autem huic de translationibus consultò præmittimus verba R. Gedal. in Schalch. Kabb. p. 104. b. ut ex iis partim apparet, ne ipsos quidem Pontificios inficias ire posse, Scripturarum translationes antiquas esse; nec nuperum demum aut recens, quando curiosorum Hæreticorum omnia coeperunt esse plena, inventum: partim etiam ut constet, quam turpiter doçissimi quique, quorum in numero, sine dubio, fuit Hispanus ille Antonius de Guevara, hallucinentur, si quando lumen historiarum amisérant: verba Hebreæ hujuscemodi sunt:

וראית הון אנטו' דגיוורה ספרדי שורת משה והעתקה בעמיהם רבות בכתביו רון אנטו' דגיוורה ספרדי שורת משה והעתקה בעמיהם רבות ואלה הם דבריו מלחה בשנות כמו קן לבני בית שני טולומייאו העתיקות מעכז זקנים מעברית ליוונית אשר בהעתקה נאר חין ראשם איזה דבר על בית המשיח ולא היו מבינים אותה מנהים אותה בלי פי או משימים שם סימן וכמו שם שניה קודם לירוח משיחם יונתן בן עוזיאל העתיק הבוכאה בבבל ללשון כליריאו ובשנת ו' לקיסר טריינו נאספו כל היהודים שם ורנו זאת ההעתקה לשערפתן אגב

אבל הנוצרי' קיומה בשנת ד' ל'קיסר הנז' שהו' קד' שנים לירח
 היה כומר א' לאليلי, שהיה נקרא אקויליה ולד' והוא אנקלוס הנר' שאהב
 מאר' יהודית א' בעיר איסוללה דפונטו ונתגיר' ונשאה לו לאשה והעתיק
 ללשון יווני ולא נערבה מהיהודים ולא מהנוצרים בשנות נב' אחר
 מיתה אקויליה שהייתה שנה זו ל'קיסר קומו' היה יהוי' א' השמר' ונקרא
 אחר כך טיאודוציאו העתקה מיהודית ליוונית ותקן הרבה טיעות
 מאקויליה: בשנת לו' אחר מיתה טיאודוציאו והוא שנה ט' ל'קיסר סיברו
 סימקו' עשרה העתק ד' מיהודית ליוונית ונתקבלה: אמנים אחר כך
 ההמנונים לא קבלו אלו העתיקות: בשנת י' אחר מיתה סימקו' שהייתה
 שנה ה' ל'קיסר אלואגבלו נמצא תוך קבר טיסטמינטו ישן וחדר נעתך
 מיוונית לLETINO ולא נודע מי העתיקו כמו ח' שנים אחר זה שהייתה
 שנה ח' ל'קיסר אליסנדרו אוריגנו החכם השליח מה שחדרו חזקניט'
 כמו ת' שנים אחר זה ס' ירונימו ממדינה סקיאובונאה העתק הישן
 זה id est, Vidi in libris Don Anthoni de Guevara (Monachus fuit eloquentissimus, Episcopus Mondonedensis, Carolo V. à concionibus, cujus verba R. Gedalias, non quidem, ut ait, verbo in multa verbotim, sed tantum quo ad sensum desumpsit, ex parte 2. Epist. p. 446.) Hispani,
 quod Lex Mosis aliquoties translata sit: Verba ejus haec sunt: Anno circiter centesimo quinquagesimo, ab exstructo Templo secundo, transfluit eam Ptolomaeus operâ LXXII. Seniorum ex Hebreo in Grecum. Ubicunque vero inter transferendum animadvertebantur, vaticinium aliquod de Messiae adventu, quod non fuerunt asecuriti, illud aut sine translatione reliquerunt intactum, aut signum aliquod adjecerunt. Annis vero, praeter proper, 340. ante nativitatem Christi, Jonathan Ben Uziel Biblia (sic enim vox Hebreæ corrigi debet) vertit Babylone in linguam Chaldaam. Anno deinde sexto Imperatoris Trajani, omnes congregati sunt ibi Iudei, versionemq; illam, quam stabili verunt Christiani, adjudicarunt igni. Anno quarto Imperatoris memorati, qui fuit anno à nato Christo 404. sacrificulus fuit Gentilis, nomine Aquilas (is .

meo iudicio, est Onkelos ille proselytus) qui, impulsus amore, quo deperibat Iudeam quandam in urbe Insulae Ponti, proselytus factus est, eamque in uxorem duxit: atque hic etiam transluit in linguam Græcam Scripturam, quæ nec Iudeis grata est, nec Christianis. Anno 52. post obitum Aquile, qui fuit annus octavus Imperatoris Commodi, exticuit Iudeus, qui apostata factus, Theodotio appellatus fuit, & ipse quoque translationem dedit ex Hebræo in Græcum, multosque Aquile errores correxit. Anno 37. ab excessu Theodosiani, qui annus est nonus Imperatoris Severi, edidit Symmachus versionem ex Hebræo in Græcum quartam, quæ recepta fuit. Verum accidit postea, ut versiones istas Primores, (Ecclesiæ Christianæ proceres) non reciperent. Anno 14. ab obitu Symmachi, qui quintus fuit Imperatoris Heliogabali, repertum fuit in sepulcro quodam Testamentum utrumque V. & N. translatum ex Græco in Latinum, de interprete verò non constat. Annis, circiter, octo post, qui annus fuit octavus Imperatoris Alexandri, Origenes, sapiens ille, complevit, quæ in versione Seniorum desiderabantur. Annis quadringentis post S. Hieronymus, ex provincia Sclavonie, vertit V. & N. T. ex lingua Græca in Latinam, quæ confirmata fuit. Hac Monachus ille Hispanus, quæ, si rem ipsam species, non contemnenda contra ipsos Pontificios suppeditant arma, si circumstantias, nonnisi unâ liturâ corrigi possunt.

תַּרְגּוֹם Targum, Paraphrasis, Translatio Scripturæ, El. in Tisb. à תַּרְגּוֹם, ideim significante quod תַּרְגּוֹם exposuit, explicuit, R. Asar. in Meor En. p. 148. a. Quem significatum in omnibus serè linguis, Orientalibus præfertim, obtinet: Vide Lex. Chaldæo-Syr. Bux. Fil. p. 632. *νεγρός ξένοις* verò in Scriptis Hebræorum pro translatione Chaldaica sumitur: de qua *observa*

I. Translationes Scripturæ S. in linguas vernacula multas & varias esse, omnium tamen primas paraphrases Chaldaicas, iam tum editas, quando Judæi solo patro ejecti in Babylonia cum Chaldaïs Chaldaicè loqui didicerunt. Vide Bux.

de orig. Punct. vocal. p. 127. & Quæst. noſt. de LXX. Interpret. num. I.

II. Paraphraseon harum non exiguum fuisse uisum in N.T. Unde & Salvator noster, in cruce pendens, non ex Hebraico Psalterio שְׁבָקְתָנִי, sed ex Chaldaica paraphrasin σαβαχθανεῖ exclamavit, Matth. 27.v.46. Vide Cham. panstr. lib. 11. p. 402. id quod contra maledicam Judæorum observandum est calumniam, qui, ut veterum more, ὡς ἀπόλετος convitia in Apostolos, conjiciunt, ita eosdem ne Hebraicæ quidem linguae peritos fuisse, palam scribunt, argumento vocis, quæ Hebreæ non sit, Myller. in Rabb. p. 1296.

III. Libros V.T. Chaldaicè extare omnes, et si diverso tempore translatos, Esra excepto & Daniele, qui ab origine sua semi-Chaldaici erant. Dicunt nonnulli libros Paraleipomenon, Chaldaicè nunquam translatos: nec abs re, nuspiani enim in editionibus vulgatis paraphrasin Chaldaicam, in memoratos Chronicorum libros, reperias. Monet tamen Christ. Ravius in dissertatione sua altera part. 1. Alc. Arabico-Latini S. 36. repertam nuper in codice quodam Msc. Erpeniano in Anglia Paraphrasin Chaldaicam in libros Chronicorum, que edita haec non sit.

IV. Ex lectione & examine Targumim evidentissima contra Judæos depromi argumenta, vide Rabb. Myll. p. 29. Philol. Gläss. p. 22. Barth. Mejer. part. 1. Phil. Sac. c. 8 cum primis verò Lexicon Tal. Buxr. voce בְּשָׂר, ubi deprehendes, pleraque V. test. de Christo vaticinia, utut obscura, clarissimè de Messia, ipso expressò nomine, ejus persona & officio explicari. Unus certè hic usus Paraphrasin Chaldaicam commendare studiosis deberet. Ubi tamen iterum monendi sunt, ne vim Aucto-ribus inferant, aut in sententiæ suæ suffragium cogant, quod Targum. istis in mentem nunquam venerat. Vide Hakfp. lib. cit. c. 3. p. 402. & deinc.

V. Rarò apud veteres mentionem fieri paraphraseos Chaldaicas.

daicæ, nisi cum *Sixto Senensi* dixeris nomine codicis Syriæ, veteribus satis usitati, eam venire, *Bibl.Sand.* p.305.

V I. Multa hinc inde in scriptis Judæorum occurrere vocabula, ex Paraphrasibus Chaldaicis desumpta, quæ in exemplaribus nostris desiderantur. Vide *El.* Tisb. R. פּוֹת Bechin. Happer. p.22. & Tractatum nostrum German. P.1.p.100. id quod sine dubio, ut recte conjicit *Elias*, ex Masoræ defectu factum est. **לְלִי בָאָו כְבָר נִעַשְׂתָ הַתּוֹרָה כְשַׁתִּים: תּוֹרָתִ וְאֵתִ שְׁנִי סְפִירִי.** מסכמי יחר כאשר קרה לשאר ספרי המחברי ולחדרנוֹם אונקלוס: id est, nisi venissent (Masorethæ) dudum facta esset Lex quasi duas Leges, nec essent bina Exemplaria, que congruerent in vicem; sicut accidit ceteris libris Authorum, & ipsi etiam TAR G V M Onkelos. Hæc Elias.

VII. Magna in translationibus suis Paraphrastras Chaldaeos, posteriores præsertim, usos fuisse libertate, nec semper καὶ πόδεα Contextum Sacrum transtulisse, *Cham.panstr.* p.422. Modò enim à litera contextus sacri & ἀνεισβείᾳ Grammatica recesserunt, juxta illud *El.Ley.* in præfat. Methurgeman: זהנה ותנָה: **לֹא שְׁמַרוּ לְפָעָמִים דֶרֶךְ הַדּוֹקָרָק** h.e. Et ecce Paraphrastæ Chaldaeæ quandoque non observârunt rationem Grammaticæ: vide & *Veltvic.Itin.defer.* p.49. exempla habes in *Buxr.* de punct. Antiq.p.137. & deinc. Modò fabulis Talmudicis nimium indulserunt: nonnunquam tamen res abstrusissimas ita acu tetigerunt, ut non sine causa Talmudici aliquoties de Targum dixerint **מַאי יְדֻנָּא לֹא הוּא קָרָא** אל מלא דתרגומא דהא. **קָרָא לֹא הוּא יְדֻנָּא מַאי** קאמר Nisi Targum istius loci esset, nesciremus quidna diceret; non intelligeremus illum. Sanhedr.fol.94.2. Moëd Katon fol.28.2. Megilla fol.3.1.

VIII. Judæos paraphrases Chaldaicas non in se tantum maximi æstimare, sed & alis easdem de optima nota coïndicare, tum ratione originis tam sancti studii, quod ab ipsis Prophetarum temporibus arcessunt. Scribunt enim Jonathanem accepisse doctrinam suam Targumicam à Zacharia, Haggæ &

& Malachia, Prophetis; Onkelosum verò à R. Eliesero, & R. Iehosua, qui & ipsi à Prophetis acceperint. Tum *respectu miraculorum*, quæ, fervente opere, & parturientibus Paraphrastis factum suum, evenisse dicuntur, ut cùm tradunt, quod, Ionathane Scripturam interpretante, tota Palæstina terræmotu concussa fuerit, & vox è cœlo audita; *Quis est iste, qui filiis hominum arcana mea revelat?* Item, quod si fortè musca, aut aliud volatile, eâ horâ, quâ huic interpretationi conscribenda vacabat, ipsi vel chartæ ejus infederit, illico absq; ulla vel ipsius, vel chartæ læsione, cœlitus exulta fuerint: Quod Angeli è cœlis ad volant, auscultandi causâ, quando studiis vacabat. Vide Schikh. Bechin. Happ. p. 22. Galat. de arcan. relig. Christ. lib. 1. c. 3. Excipit tamen Gerardus Veltvicius in Schebile Tohup. 51. Hispanos, qui Paraphrasibus istis parum deferant: וְאָנוּכִי תַּבְונֵנִי כִּי נִסְפְּרִים אֵין נְשׁוּנִים עַל אֶתְמָתְרֻגּוֹת כִּי הַמָּה רָאוּ id est, Cognovi, quod etiam Hispani non insitantur veritati paraphraseos, propterea quod yiderunt, discri-
men esse inter eam & Scripturam.

IX. Paraphrases Chaldaicas initio absque punctis fuisse editas, testante Elia Levita in præf. sui Methurgeiman בְּלִי סְפָק המתרגמים כתבו תרגוםם בְּלִי נִיקּוֹד scripsierunt versiones suas absque punctis. Hinc, postquam Judæi iam desperassent, Christianis, felicissimis Chaldaismi restauratoribus, Buxtorfio cum primis in punctuatione Paraphrasum Chaldaicarū, insumendi erant Herculei labores, ut obscuratam illam & ex hominum memoria prope modum sublatam Chaldaicæ punctuationis rationem ex Danielis & Esræ monumentis restituerent. Cujus laboris molestia pariter & utilitas clarius patescet, si quando Cl. Buxtorfi Babyloniam i.e. Criticam in Targum, publici juris esse contigerit.

Est autem Paraphras Chaldaica quintuplex.

Prima est

Paraphras Onkelosi, qui σύγχεος fuit Rabban Kk Gas

Gamaliel senis, Praeceptoris Pauli, cuius Targum in legem Moses seu Pentateuchum celebris est. Communis Judæorum sententia fert, eum sororum fuisse Titi Vespasiani, *Juchas*. p. 52. f. 2. tandemque ejurato Gentilismo ad Judæos transiisse. Unde vulgo אונקלוס הור Onkelos proselytus appellatur, in *Megill. c. 1.* Displacet tamen hoc aliis, ut videre est apud *Bux. in Abbrev. p. 120. 207. Observa* autem.

I. Perperam planè, & contra historiæ veritatem, à viris, cæterà doctis, סְלִירַע Aquilam confundi cum אונקלוֹס Onkeloso: cuius anachronismi enormitatem demonstrat R. Asar. in *Meor En. p. 148.* Auctor *Zemach David* p. 40. 41. Schikh. Bechin. Happ. p. 24. Ille enim longè post Templum devastatum vixit, hic calamitatem istam ne quidem vivendo attigisse creditur. Confusio hæc geminum peperisse videtur errorem. *Priamus* est eorum, qui Onkelosum *proselytum* fuisse volunt: id quod de eo dubium admodum, de Aquila vero certissimum est, utpote qui, teste *Hieronymo*, ex Christiano Iudeus factus, Biblia in linguam Græcam contentiosè transtulit. Alter error Onkeloso Paraphrasin in universum V. T. tribuit, *Galat. Cathol. verit. lib. 1. c. 3.* quod tamen nullis haçenus idoneis testibus probari potuit. Aquilam contrà, hanc præstitissè operam, jam jam memorata Hieronymi auctoritas demonstrat & evincit.

II. Paraphrasin Onkelosi cæteris omnibus anteferri.

A. Quia contextum S. plerunque καὶ πόδι sequitur, nisi, quando Iudaismi superstitiosus fautor, tenebras clarioribus de Mellia vaticiniis offundere satagit, ut *Gen. 3. v. 15.* & alibi.

B. Quia originem ejus ad R. Elieserem & Jehosuam, hi ad Prophetas referunt. *Talmud.* in Cod. *Megill. c. 1. More Nev. p. 289. Bux. Lex. Talm. R. תרגם, & de punct. vocal. p. 141.*

C. Quia cum primis cautus fuit in explicandis ἀποκριταις, quæ sparsim per Scripturam occurrentes imperitioribus errandi ansam præbere possunt: quo nomine potissimum

com-

commendatur à Majm. in More Nevoch. p. 32. 71. 72. & à R. Lipman. lib. Nizzach. p. 43. Unde etiam, quia captui plebis Paraphrasis ista maximè fuit accommodata, ejus maximus semper inter Judæos fuit usus, fatente Elia Levit. præf. in Methurg. קורם שנמצא ר' מלאת הדפוס לאו והוא נמצאים תרגום נבאים וכתובים כי אם אחד במדינה ושנים באקלים لكن לא היה מי שהשניהם בהם: אבל תרגום אונקלוס תמייר נמצאו לרוב: וזה מפני שחייבים אנחנו לקרוא בכל שבוע הפרשה שנסמךרא ואחד תרגום Antequam inveniretur Ars Typographicæ, non extabant Tar-gum Prophetarum & Hagiographorum, nisi vel unum in Provin-cia, vel ad summum duo in unius verso climate. Propterea nec quis-quam erat, qui ea curaret. At Thargum Onkelosi semper repertum est affatim. Et hoc ideo, quia nos obligati sumus, ut legamus quâvis Septimanâ Parasham his, semel in textu, & semel in Targum. Recessisse tamen nonnunquam doctos Hebræorum à Transla-tione Onkelosi, exemplo est Majm. in More Nevoch. hinc inde, vide P. I. c. 66. non quod Onkelosus Majmonidi non satisfe-cerit; sed quia mendi suspicionem plerumque subesse præ-tendit. Unde c. 48. par. 1. p. 72. *Verum corrupta, inquit, & depravata in exemplaribus nostris haec expositio sine controversia elegan-tissima & optima in tribus locis, in quibus inuenio וחותה Vachasa, cum secundum hanc sententiam debuisse redi.* וְגַל Ugele, Et re-levatum est coram Domino. Loca sunt ista. 1. Et vidit Domi-nus, quod magna esset malitia hominum. 2. Et vidit Dominus terram. 3. Et vidit Dominus, quod exosa esset. *Mibi enim valde probabile videtur, errorem aliquem librariorum hic irrepsi-ere: quia tamen non est penes nos ipsius Onkelosi ἀντόνιον εργον, nihil certi affirmare possumus, sed credendum nobis est, Onkelosi istam expon-tionem esse.*

Secunda est

תַּرְגּוּם יְהִינָּן בֶּן עֲזִיזָאֵל Targum Jonathanis Uzielidis, discipuli Hil-
leli doctissimi, ut ex Baya Basora, & Succa probat Buxi. Ab-

brev. Hebr. p. 104. & in Lex. Talmud. p. 2644. Bechin. Happ. p. 26. Galat. de arc. verit. Cathol. l. i. c. 3. Locus Talmudicus ita
 שְׁמָנוֹת תַּלְמִידִים הָיוּ לְהַלֵּל חָזָקָן: שְׁלַשִּׁים מִתְנָן רָאוּן
 שְׁתֶרֶת עַלְיהָן שְׁכִינָה כְּמַשָּׂה רַבִּינוּ עֲהָ' וְשְׁלַשִּׁים מִתְנָן רָאוּן שְׁתֶרֶת
 לְהָם חָמָה בִּיהוּשָׁע בֶּן נָנוֹ עֲשָׂרִים בְּנָנוֹתִים גָּדוֹל שְׁבָכוֹלִים יוֹתָן בֶּן
 עַזְיָאֵל קָטוֹן שְׁבָכוֹלִן רַבִּן וּכְאֵי
Octoginta discipuli fuerunt Hillelisi: triginta ipsorum digni, super quos quiesceret Divina Majestas, ut super Mose p.m. triginta alii digni, quibus subsisteret sol, ut Iehosua filio Nun: viginti intermedii fuerunt, quorum maximus Jonathan Uzielis filius, minimus Rabban Jochanan, filius Zachariae & Malachiae. Menaße ben Israël de creat. p. 39. divinum ipsum appellat: Nota

I. Transtulisse Jonathanem tantum Prophetas, juxta illud Talmudicum: אָמַר רְבָבָן בֶּן עַזְיָאֵל וְנָנוֹ בֶּן יְהוּשָׁע Targum Prophetarum filius Uzielis, conscripsit illud ex ore Haggaei, Zachariae & Malachiae. Nec sine miraculo, ut suprà S. 8. monuimus, si Judæis adhibenda est fides.

II. Errare proinde, qui eidem tribuunt paraphrasin in Legem, ut sunt R. Asarias in Meor En. c 9. p. 50. b. Menachem Recinenensis apud Eundem, & Drusium quæst. per Ep. p. 147. Galatianus de arc. verit. Cathol. lib. i. c. 3. Jacob. Episcopus Christopolitanus apud. Sixt. Senens. Bibl. S. 1. 4. p. 305. Vetus vicius libr. cit. p. 51. 56. Postellus de orb. concord. l. i. p. 25. quibus oppone I. Christianos, Drusium loc. dict. Buxtorf. Abbrev. Hebr. p. 107. & 232. Schikhard. Bechin. Happ. p. 29. & de inc. ubi, argumentis in utramque partem ponderatis, tandem concludit: *Et hæc haec tenus de Controversia illa, quam Ego non meam facio, nec Mihi temere decidendam sumo, sed æquo Lectori accuratiū dijudicandā relinquō. Interim hoc solum addo, cujus cunque tandem Authoris, vel Antiquitatē illa sit Paraphrasis, plurimum certè nobis profuturam contrā Judaicos commentatores, quibus sæpenumerò exprefſimè contradicit, præsertim cùm Vaticinia, qua illi ad Davidem*
 Salo-

*Salomonem vel alios Mortales prævè detorquent, de unico & solo
Meſia recte & prorsus Christianè exponit.*

2. Judæos veteres omnes, qui nonnisi solam in Prophetas Paraphrasin Jonathani assignant.

3. Rationes, quarum altera petita à rebus, altera à stylo.
*Res enim ubi pertrastat, ea nonnunquam infercit autor gesta,
 quæ multis demum annis post ejus obitum obtigerunt, ut
 cùm Exod. 26.v.9. sex ordinum Talmudicorum mentio fit
 וַיְהִי יְמִינָה כָּל קְבֻלָּת מִתְנִיתָה Et decem aulae seor-
 sum, juxta sex ordines Mischnajoth sive Talmudicos. Cætera
 consultò transimus. Sed & Stylus auctorem facilè prodit, qui
 mixtus est ex variis, non affinibus tantum, sed planè diversissi-
 mis linguis, Græca etiam. Quid? quòd voces Hebr. quasi Græ-
 ca essent, sape explicat, ut quando Gen. 35.v.8. pro
 וַיִּקְרֹא שֵׁם אֶחָד בְּבִוָּת אֶחָד
 vertit בְּבִוָּת אֶחָד & vocavit nomen ejus
 alium fletum, quasi vox Hebræa אלון בְּכֹת
 significans, idem
 esset, quod Græcorum οὐλασ. His & aliis rationibus motus im-
 petrare à me non possum, ut credam, scriptum adeò jejunum
 & crudum seculo tam prisco editum esse. Vix quadragesimus
 lapsus annus, ex quo primùm Venetiis hic prodiit liber, &
 sunt, qui pro ultima ejus antiquitate certant.*

III. Multa Christianos Riv. Isag. ad Sc. S p. 119. & Judæos in Paraphrasí Jonathanis commendare, præsertim quòd, Onkelosi exemplo, cautissime tractarit ea Scripturæ loca, quæ ανθρωποπαθῶς de Deo dicuntur. Vide Majm. More Nevoch. part. I c. 41. Nec tamen in verba ejus ita religiosè jurasse, quin liberam sibi nonnunquam velint eam vel sequendi, vel repudiandi, relinqui optionem. Vide Buxr. de punct. Antiq. p. 139.

IV. Male quosdam, ut probent, Patres etiam Targumim meminisse, cum Jonathane eundem facere Theodotionem, propter etymologiam & allusionem utriusque nominis. Nam qui Hebræis est גָּנוֹן. Græcis dicitur θεοδοτίων. Schikh. Bechin. Happ. p. 25. Morin. Praefat. in Bib. Græc. S. 3. Genebrard. ad ann.

181. Differunt enim 1. Tempore. 2. Religione, ille enim Iudæus ἀντόχειον τῷ γνήσιῳ; hic ex Marcionita παραπλάνετος. 3. Genere paraphrastico, ille enim Chaldaicè, hic Græcè παραφράζετο.

Tertia est

תְּרִינָס *Paraphrasis quinque libellorum*, Cantic. Ruth. Thren. Eccles. & Esther. De hoc Targum *observa*.

Quod dialecto Hierosolymitana (qua usi fuerunt Iudei Hierosolymis, & in terra Iudea, postquam ex Babylonia fuerunt reversi) ab incerto authore fuerit edita: quæ ut omnium est postrema, sic fabulis Talmudicis præ reliquis Paraphrasibus farta.

Quarta est

תְּרִינָס רְבִי יַמִּי *Targum Raf. Jose*, qui alias סני נהוֹר πολυφελγῆς dicebatur, per ἀντίφεστον Orientalibus usitatam, *Scalig. cont. Serar. p. 299.* Erat enim luscus, vel cæcus. Tribuitur huic translationi reliquorum Hagiographorum, Psalterii, Iobi, Proverbiorum: quamquam & istorum librorum translationem quidam Ionathani adscriperint, *Nebiens. comm. ad Psal. 18* planè contra antiquitatis Iudaicæ consensum. De hac Paraphrasi, id potissimum teneas, I. v. agam illam esse, stylo inæquabili, immo mixto ex Syriâ, Græciâ & Latinismo, conscriptam. Unde multarum vocum significationes ne doctissimi quique Iudeorum intelligunt, nisi alias linguas, quod non ita pridem fecit *David Cohen de Lara in דָוִיד לָרָא*, sive convenientia vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis, & quibusdam aliis linguis Europæis, in subsídium vocent. Syriânis scatet Paraphrasis in Proverbia Solomonis, in quorum explicatione Rabbini, lingua Syriacæ ignari, vel nulli sunt, vel ridiculi. Exempla habes in Lexic. Tal. *Buxt. p. 2, 37. 2344.*

II. Etsi vero, ut diximus, sint inter Hebræos etiam, qui Iosepho

pho cœco Paraphrasin in Hagiographa; cuius auctore *Camero* in oper.p.348. *ineptissimum & impudentissimum Scripturæ depravatorem* appellat; non denegent: reperiuntur tamen alii, qui incertum esse existimant, quis genuinus Translationis illius author existat, juxta illud R. *Asarie* in Meor En. pag. 148. a. חֲרוֹגָם כְּתֻבִים הַנִּמְצָא הוּא מַאיָשׁ לֹא וְעַנוּדוּוּ Targum Hagiographorum presens authorem habet nobis ignotum. Veteres eidem Paraphras. in Prophetas etiam adscribebant, ut notat *Coccius* in Sanhed. p. 326. *Frequens*, inquit, *Josephi mentio est in Talmude, quando ad explicationem Scripturæ Chaldaica citatur interpretatione.* Quæ eadem formula sub ipsius nomine in codice Megillah cap. 1. En. Isr. fol. 141. citatur ex Zachar. 12. 11. In Pesachim cap. 6. En Isr. fol. 93. ex Esa. 5. 17. haec formula: *וְמַתְרֹגָם רֵב יוֹסֵף*, *Ioma* cap. 4. E I. fol. 105. ex Es. 19. 18. *hoc modo*, Sic in Moëd Katon c. 3. En. Isr. fol. 160. ex 2. Reg. 2. 12. Nedarim cap. 4. Beth Isr. fol. 20. ex Amos. 8. 15. Kidduschin cap. 1. Beth Isr. fol. 51. ex Hos. 4. 2. Ita alibi in his omnibus locis eadem habet paraphrasis, quæ Jonathani Uzielide vulgo assignatur. De isto Josepho sic glossa R. Iom. of Abrahamide ad suprà laudatum caput Megilla. *הָא* דاشכחן לרֵב יוֹסֵף דעַסְק וּמִיר' בתרוגום טובא בכל רוכתא מושם דחיה כניא נהיר ולא היה יכול ללמד דנים שבכתב על פה ולפיכך היה קורא הפסוקים בתרוגום שהוא דבר שבעל פה R. Iosephum invenimus plurimum ubique in institutione & meditatione Chaldaica usum paraphrasi. Nam quum captus luminibus esset, id quod per scripturam tradebatur, discere, (*quomodo par erat*) non poterat. Ideo sententias Scripturæ sermone Chaldaico recitabat. Ea enim versio non scripto, sed orali traditione continebatur. *Hæc habeo de Ruf Josepho Cœco.*

Quinta est

תרוגם ירושלמי Targum Hierosolymitanum in solum Pentateuchum, serie non continua, ut reliquæ Paraph. led interrupta conscriptum. Sic denominatur vel ab urbe, unde prodiit, vel à Ity-

à stylo, de quo Elias præfat. in Methurgeman ita loquitur:
 תרגום ירושלמי יש הפרש גדול בין ובין תרגומות הבבליותה לפי שהוא
 מורכב מן הרבה לשונות בבלית יוונית ורומי ופרסית ולזה נמצאו בו הרבה
 לשונות האילו ונראה, לי כי התחלה הזרת חרבנה היה מושם
 שימושו אילו המלכירות בירושלים ולכן נקרא זו הלשון תרגום
 ירושלמי ובו חבר רבי יוחנן התלמוד ירושלמי בקיצור שלוש מאות שנה
 לאחר חורבן, id est, *Ingens est Differencia inter Targum Hierosolymitanum & Babylonicum. Illud enim abundat pluribus vocabulis Babylonicis, Græcis, Romanis atque Persicis: que omnia magnō numero ibi reperiuntur. Videtur mihi Confusio hæc initium sumpsiisse tempore, quo dominabantur Imperia illa Hierosolymis: propterea etiam vocatur Dialetus illa Targum Hierosolymitanum. Illo exaravit R. Johanan suum Thalmud-Jeruschalmi, circa trecentesimum annum post Urbis Excidium.* De auctore dubitatur, teste Elia loc.cit. המתרגם ירושלמי שתרגם עצמו שתרגם הכתונים או אם הם
 לנו מי היה אסרו המתרגם עצמו אנשים במנין מחלפים
 i.e. *Interpres Hierosolymitanus, qui vertit Legem, ignotus est nobis quisnam fuerit. Num is ipse Interpres, qui vertit Hagiographa? An verò fuerint duo diversi homines, temporibus distincti?* Schikhardus existimat, Autores ejus numero plures, collectorem unum fuisse. Quicquid sit, constat, post devastatam urbem, & forte circa tempora Talmudis Hierosolymitani esse editam: meminit enim *Levit. 26.v.29. או מה בישין איןון חובייא ומה: ז מרידין איןון חטייא גורמו לאבחתן בירושלם למכל בשר בניהון*
Num quid mali sunt illi delinquentes? Ecurrerent illi peccatores, qui occasionem præbuerunt Patribus nostris in Jerusalem, ut comederint carnem filiorum suorum & filiarum suarum.

SECTIO II.

De

VERSIONIBUS SYRIA-

cis, Arabicis, Persica & Samaritanis.

I.

תְּرִנוֹת אֲרָם Paraphrasis, vel *versio Syriaca*. De qua observa-

I. Verissimè de Syris affirmâsse Postellum, quod *Syriacis characteribus exaratum habeant utrumque Testamentum*. De Novo nullus dubitandi locus reliquus. Vide præfationes varias in illud ipsum *VVidmenstadii*, *Tremellii*, *Guid. Fabricii Boderi*. Item *Rivet. I. sag. c. 13. Rollo. de vocat. c. 21. Georg. Sohn. de verbo Dei l. 2. p. 27. Anti-Bec. Crocii* p. 25. Veteris, de qua maximè hîc quæstio est, Translationem probant 1. Scripta Patrum, in quibus nonnunquam τὸ Σύρος, *Syriaca interpretationis*, mentio fit. 2. Editio nova Parisiensis. 3. Variæ Bibliothecæ, cujusmodi est a. Ambrosiana Mediolani, in qua antiquum versio- nis Syriacæ extare audio exemplar. b. Thomæ Erpenii, quæ sola habuit omnes Prophetas, maiores & minores, Psalmos Davidis (qui, post ejus obitum, prodierunt Lugduni) Syriacæ scriptos. Vide *Præfat. in Pent. Arab.* c. Maslii, qui *Præfat. in Jo- suam* p. 6. Iosuæ, Iudicum, Regum, Paralip. Esræ, Estheræ, Iu- dith, Tobiae, Deuteronomii librorum, à quodam ante mille ferè annos ex Græco in ling. Syram translatorum, meminit. d. Reverendi & de Ecclesia Christi optimè meriti Præfulis, Ia- cobi Usserii, qui multo auro totum Vetus Testamentum (ex- ceptis Psalmis, quia eos iam antè typis vulgatos habebamus) è libro Patriarchæ Antiocheni in monte Libano describi sibi curaverat, anno 1627. per quandam Iosephum, filium Da- vidis.

II. Versionem Syriacam geminam esse, alteram ex Græco,

ex Hebræo alteram. De Græca loquitur suprà *Masius*, & post ipsum *Arias Montanus*, qui in admonitione ad lectorem de Syriacis Novi Testamenti libris sic infit: *Nam de Veteris Testamenti libris Syriacis non adeò laborandum, eò quòd ex iis fragmentis, quæ mihi videre contigit, illam sacrorum librorum partem non ex Hebraica & primæva lingua, sed ex Græca, ab Origene permixta, Versione ad Syros esse translatam cognoverim.* Ait editio ne ista Syri nuspiam utuntur, sed in omni cultus divini parte alteram illam, ex Hebræo conversam, duntaxat usurpant, non Maronite modò, sed & Nestoriani, Iacobitæ, omnésque in universum Syorum sectæ, ubi cunque terrarum degentes, sicuti Syrus Scolastes Gregorius in operis sui præfatione disertè te statut. *Boot. Animad.sacr.in Ind.*

III. Atque posteriorem hanc, ex Hebræo translatam, antiquam satis esse, Syri constanter tradunt. *Versionis autem, inquit Gabriel Sionita præfat. in Psalt. Syr. antiquitas ea est, ut secundum receptissimam Chaldaeorum & Syrorum traditionem, coeva sit Solomoni; sic enim legimus in libro antiquissimo Soadei Episc. Hadethensis, veteri charactere in membranis exarato, qui inscribitur locorum difficultum & vocum obscuriorum, in sacris literis occurrentium, elucidatio: לשוריין רן אהתפכו כתבה קדרישא: חכנהו אוריתא עס ישוע ברנון ושפטא ורעות ושותיאל ורויר ומטליא וכוקהלה ושרארת טארין ואיוב בזבנה דשלמון בפייא רחמתה מלנא רצור וכתבאי רין דרשכיא רעתיקתא אכחדר ווחדרתא: בזבנהה Hoc est, Sacrorum voluminum translatio hunc ordinem est adepta. Pentateuchon, Iosue, Iudices, Ruth, & Samuel, David, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, & Job, translati fuerant tempore Salomonis, orante exorantéq; Hiram, Rege Tyri, ejus amico. Reliqui verò libri veteris pariter ac novi Testamenti, tempore Abagari, Regis Syriæ, curâ & solicitudine Thadæi aliorūmque Apostolorum. Quanquam verò non ignoramus quorundam Syrorum sententiam existimantium, integrum Ve-*

teris ac Novi Testamenti versionem Syriacam factam esse tempore S. Thadæi & Regis Abagari: prior tamen opinio inde probabilior videtur, quod D. Paulus ad Ephes. c. 4. usus est versione Syriaea. Ubi docere volens unicuique nostrum datam esse gratiam, secundum mensuram donationis Christi, ex autoritate Davidis Psal. 68. ait, Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. *Quumque Psalterium Hebraeum, Græcum ac Latinum utantur verbo accipiendi,* Accepisti dona in hominibus, solum Syriacum D. Pauli verbis & consilio respondeat, cuius verba sunt לְמִרְומָא וּשְׁבִתָּה שְׁבִיתָה: וְיַהֲבֵת מִזְבֵּחַ לְבָנִינָה Ascendisti in altum & captivam duxisti captivitatem, & dedisti dona hominibus; fateri proculdubio debemus, D. Paulum versione Syriaeca usum, sicque eam Apostolis antiquorem esse.

IV. Libros Syrorum sacros vel prorsus non punctari, vel saltem non ita accurate, ut apud Hebræos. Non semper vocales adduntur, inquit Ludo y. de Dieu Grammat. Ling. Orient. p. 17. sed una sœpe dictio eas habet, altera caret, (exemplis sit Psalterium Syriacum Sionitæ cum punctis, Erpenii vero absque punctis editum) & una dictio syllaba notatur, altera nuda est. Ad observationis hujus illustrationem facit ἀντοψία Eliae Levitæ, cuius in Mas. hamm. præfat. hunc in modum meminit: בחיותי ראות והנה שלשה אנשים נלראים באו מדינת פריטי יואן ברומי ראות והנה שלשה אנשים נלראים באו מדינת פריטי יואן אשר איפ' יור לאון העשרי שלח אחרים והם היו יודעי ספר ולשוןبشرיהם לשונם החמוני היה לאשען ערבי אבל הלשון המיוחר להם שבנו נכתבו ספריהם וכל האונגנילيون הנוצרית הוא להם בלשונם זה והוא לשון כשרים הנקרא גב ארמי או בבל או אשורי או כלדי או סורסאי או תרגום הרוי שבע שמות נקראו לו ולך שלח האפיפיור אחרים להניה מספריהם ספרי אונגנילيون שלו הכתוב לשון לטין וזה דעתם ביום ספר תהילים כתוב ארמית ומתרוגם ארמית רל שהיה כתוב באותיות ארמיות שמצוות ומנטאות וצורות קרובים. מאידך ללשון העברי וראיתי שקראו באותו תהילים בלתי נקוד שאלהיים אמר הייש לבם נקודות או אותן וסימנים המורים כל התנוועות ויאמרו לי לא אלא שאחננו בקיאים בזה הלשון מנערינו ועד עתה לנו יודעי'

נְקוּד עֲבָל יְוָד אַנְחָנוּ לְקֹרְחוּ בְּלִי id est, Quum degerem Romæ vi-
di, & ecce tres viri Chaldaei veniebant ex regno Presbyteri Johanni-
nis, quos Papa Leo X. accersiverat, qui cognitionem habuerunt
Scripturæ ac lingua Chaldaeorum. Lingua enim illorum vulgaris
fuit lingua Arabica; lingua autem illorum propria ac singularis, in
qua conscripti fuerunt libri eorum, in qua etiam totum Evangelium
Christianorum habebant exaratum, erat lingua Chaldaica, quæ
etiam vocatur Aramæa, Babylonica, Assyriaca, Chaldaica, Syria-
ca, Targum, quibus septem nominibus illam appellare solent. Papa
autem eos ad vocaverat, ut ex libris eorum codicem Evangelii, La-
tinâ linguâ conscriptum, castigaret. Eo tempore vidi Psalterium in
manibus eorum, quod Syriacè scriptum erat & Syriacè quoque ex-
pli catum, id est, scriptum literis Syriacis, quarum pronunciatio ac
forma valde erat affinis linguae Ebrææ. Quimque viderem, quod
legerent in eo absque punctis, interrogavi eos, dicens: Anne habe-
tis puncta aliqua, signa vel indicia, quæ sint vobis loco vocalium?
Respondebant, se non habere: quia autem exercitati sumus, inqui-
bant, inde à pueritia nostra in hac lingua, idcirco eam absque pun-
ctis legere novimus. Hæc illi. Ne verò quis miretur, quod, cùm
viri isti Æthiopes essent vel Abyssini, Syriacis usi fuerint cha-
racteribus, sciendum, eos libros & volumina sua sacra du-
plici scripsisse charactere: Sancto; quem vocant, id est, antiquo
Syriaco, vulgo Estrangelo dicto, qui solis Sacerdotibus & do-
ctoribus proprius erat; & vulgari seu communi, quo in hunc
diem Abyssini promiscuè utuntur. Postiores illi charac-
teres, quos originarios, & à nulla alia lingua mutuatos Æthio-
pes existimant, nulla habent puncta vocalia separata, sed ipsis
consonantibus annexa, ut ex tabulis Alphabetis patet. De
prioribus constat ex Gabriele Sionita, quod antiquitus puncto-
rum vocalium defectum literis Vau & Jod, vel etiam unico
puncto (more vetustissimorum Arabum, Kuficorum, quibus
idem punctum superne positum A, inferne L vel I, in ventre O,

notabat) compensarint, de quibus dubio procul, hoc loco *Elias* loquitur.

II.

תרנום ערבית Versio Arabica. Nota I. De tempore, quo Biblia S. in linguam Arabicam transfula sunt, nihil quidem apud veteres extare: verisimile tamen esse; non Christianos tantum, in Arabia degentes, sed & Judæos, pro translatione Scripturæ S. in linguam sibi vernacula admodum fuisse sollicitos. Nostra hac ætate gemina innotuit Eruditis versio V.T. Arabica. Altera R. Saadia, cognomento *הנזון excellentis*, de qua R. Gedalias in Schalsch. hakabb. p. 38. a. رب سعدיה גאון שהייח מורה רבי חנינה בן רוסה מבני שלחה בן יהודה שלחיוו נרדף בן זכאי ריש גלותא בחכא ז' שני' ושם חבר על טמאה וטהרה ועל אסורי ביאור ושורות רבות בוגרמא וספר האמונה ופי' התורה בלשון ערבי ומבדיאו ז' עורי' Chanina, filii Dusæ, è filius Schilo, filii Judæ: cum expulsus esset à Davide, filio Zachai, Aechmalotarcha, septem delituit annos, ibique commentaria scripsit super immundo & mundo, super incestis concubitis, aliisque Thematibus Gemarae, & librum articulorum fidei. Transtulit etiam Legem in linguam Arabicam, quam adducit Aben Esra in Parascha Bereschit. Vide etiam R. Abraham Bar Dior in libro Chronologico & historico, Sepher Kabalah nuncupato. David Gans in Zem. David P. 1. p. 52. Prolixam verò de R. Saadia historiam habes in lib. Fuchafin p. 121. ואנרגת רבי רוסאי בנו שכח לרב הסדראי הנשאי Epistola R. Dusai, filii ejus, quam scripsit R. Chasdai, Principi. Quod de Aben Esra monet R. Gedalias, verum est; nec tantum in Genesi, sed etiam alibi, hujus meminit versionis: quo verò nomine, ex ipsis optimè Aben Esra disces verbis: ea Gen. c. 2. ita habent שָׁׁמְןָא הַיּוֹא רְקֵם שְׁׁרְגָּם תְּרִגְּמָן וְאַנְּ רְאֵה עַל פִּישְׁׁוֹן שְׁׁהֹוֹא הַיּוֹא רְקֵם שְׁׁרְגָּם תְּרִגְּמָן חַוִּילָה כַּפִּי צְרָכוּ כִּי אֵין לוֹ קְבָּלה וּכְן עֲשָׂה בְּמִשְׁפָּחוֹת וּבְמִרְינוֹת וּבְחוֹיתָה וּבְעֻופָּות וּבְאַבְנִים אָוֹלִים בְּחַלוּסָם רָאֵס וּכְנָר טָעוֹת בְּמִקְצָתָם כְּאֶשְׁר אָפָּרֶשׁ בְּמִקְמוֹ אָסָם כֵּן לֹא נִשְׁעַן עַל חַלוּמוֹתָיו אָוֹלִים עָשָׂה כֵּן לְכָבוֹד הַשְׁמָה

השׁם בענור שתרונו: התורה בלשׁון יְשֻׁמָּעַל ובכיתיבת' טלא יאמרו
כ' י' ש' בתורה מוצאות לא ידעתוּס id est, *Nulla autem est ratio cur Pi-
son sit fluvius* (נחל seu Nilus, qui נַחַת' נִזְחָלָא seu fluvii
nomen habet, vide Mischell. Sac. Fuller. p. 218. Unde & Ex. c. 7.
v. 15. versl. Arab. Maurit. pro ^{לְ}הַיָּאֵר ^{בְּ}super ripam Nili.) nisi quod ita transstulerit Saadias (ita legen-
dum esse, pro ^{בְּ}הַחַיָּה, quod in vulgatis occurrit exemplaribus,
tum ipsa suadet Paraphrasis Saadiæ, tum loci circumstantiæ)
sicur necesse habuit, propterea quod Kabbalâ seu traditione destitue-
re cur: sic etiam fecit in translatione familiarum, urbium, bestiarum,
volatilium & lapidum. Fortè vidit haec in somno. Ita autem non-
nunquam impedit, prout suo loco explicabo: quod si ita est, somniis
eius nos non innitemur. Fortasse hoc fecit in honorem Dei, quando
legem Arabicâ explicuit lingua, & charactere Arabicō, ne forte
quidam dicerent, esse in Lege præcepta, quæ ne nos ipsi quidem intel-
ligamus. Idem Saadias Aben Esræ vapulat Exod. 12.v.22. ad
voceמִזְבֵּחַ, quam Arabicè *Origanum* appellat. De hac
Saadiæ translatione loquitur etiam *Erpenius* præf. in Pentat.
Arab. Saadias autem Gaon, Judæus undequaque doctissimus, & ce-
leberrimus, omnes Veteris Testamenti libros, in gratiam popula-
rium suorum, longè latèque per universum imperium Saracenicum,
in Asia Africâque dispersorum, in sermonem olim transfudit Ara-
bicū. Eiusdem meminit *Guido Fabritius Boderianus* præf. in
N.T. Syriac. p. 20.

Hæc de Translatione R. Saadiæ: est & alia elegans atque
antiqua, apud Arabes Christianos nata. Cujus exemplar extat
in instruētissima libris Orientalibus Bibliotheca Francisci Sa-
varii de Breves, Gallicarum Regis apud Turcarum Imperato-
rem quondam legati. Ea, ni fallor, opere Regio Parisiis nuper
inserta est.

Sed præter translationes istas Arabicas *universales*, pro-
dierunt nonnullæ *particulares*, in quosdam duntaxat V. Test.
libros.

libros. Sic præter paraphrasin Saadiæ in Pentateuchum; in qua modò Onkelosum, modò LXX. Interpretes, modò etiam ingenium suum, prorsus Judaicum, & ad Scripturæ genuinum sensum detorquendum natum, sequitur; prodiit

A. Pentateuchus Judæorum Maurorum, editus à *Thoma Erpenio*, de quo quid idem ille Orientalis literaturæ coryphaeus senserit, ex præfatione ejus tutissimè colliges. Præfert translationem istam; cuius exemplar Scaliger optimæ notæ, licet lacerum, codicem vocare consueverat; Saadianæ, utut celebri, quod, cum *Saadias longius plerunque à verbis & phrasibus Hebraicis recedat, & paraphrasten sapientius, quam interpretem agat;* hic autor *Verbis Ebraicis pressius insistit, & totidem ferè Arabicis ea exprimit, locis quibusdam obscurioribus exceptis, in quibus à verbis nonnihil recedit, sed ut sententia sit propriior, eamque clarius exprimat.* Nimis sæpe rigidè & superstitione Hebræis exprimendis vocibus inhaesit, ita quidem, ut dubitem, an Arabs, lingua Hebraicæ imperitus, genuinam omnium verborum significationem asséqueretur. Aut num quis intelligat, vocem *Exod. 29. v. 13.* denotare *reticulum hepatis*, quia hoc significatu, vox Hebræa יְתָרָה (à verbo תָּרַח, idem quod Arabum **أَرْ** superfluum, audum esse sonante) dicto loco sumitur? Melius, imò propriè in N. T. 2. Cor. 8 v. 2. Arabum **أَرْ** pro **وَسِيلَةٍ** positum videas. Quis assequatur, aut lingua Arabicæ beneficio conjiciat, Genes. 46. v. 30. **אֲרָאֵךְ** esse dum tu adhuc, quia vox affinis Hebræa עֲוֹרֶךְ, hoc sensu crebro venit? Quis item intelligat Gen. 49. v. 5. **כָּלְעִיָּא** סֻרָּא **כָּלְעִיָּא** bovem, quia Hebræum שׂׂורָא bovem significat? Quid si tamen cum aliis quibusdam Interpretibus שׂׂורָא, quod murum sonat, legerit? Sic Genes. 49. v. 11. **שְׁרָקָה** **שְׁרָקָה** vitæ generosam denotans, in Arabicæ Maurorum versione redditur per شَرْقَانْ, quæ vox an uspiam hac notio ne in lingua Arabicæ occurrat, meritò dubitatur.

Sed & hoc in *Editione Erpeniana* observavi, authorem u-

sum

sum exemplari Hebræo, à communibus nostris diverso. Unde *Gen. 50.v.19*. pro *הַתְּהִת אֶלְهָיּוֹ אָנִי* An loco Dei ego sum, versio Arab. habet, *Ego timeo Dominum*, quasi pro *הַתְּהִת* effet, quod ipsum tamen transitivè verti deberet, *terruī*, à *תְּרֻרָתִי*, *timore percussus fuit*. Sic *Exod. 12.v.8*. pro *אֵלִי אֲשֶׁר אָבֵטָם* igne, legisse videtur Arabs, *בְּלִי אֲשֶׁר סֹוי נָאָר* absque igne, nisi malis, primam vocem mendosam esse (id tamen *Erpenius* in catalogo errorum non monuit) pro *שְׂאָר*, quod *igne tostum vel assatum* Arabibus notat. Ita *Exod. 23.v.27*. pro *פְּאַקְתָּל* & *occidam*, ab *הַמִּס* & *וְהַמִּתִּי*, concutiam, transtulit Arabs *הַמִּתִּי vel המִתִּי*.

In cæteris multa habet interpres singularis & industriae indicia luculenta, cuiusmodi est, quòd affectus humanos, Deo per *אֶת־עֲשָׂרָה־מֵאוֹת* tributos, commodis, *Onkelosi* exemplo, emolliat verbis. Vide *Exod. 3.v.20*. & alibi. *בְּתִתְךָ יְדֵךְ אֶת־עַתִּי אֶפְתִּי* posui manum meam, Arab. *אֶתְכָּבֵד עַל־הָיָה*, quod idem alibi reddit *וְשָׁבְנָתִי בְּתוֹךְ בְּנֵי* potentia Dei. Sic *Ex. 29.v.45*. 46. *וְשָׁבְנָתִי בְּתוֹךְ בְּנֵי* Et habitavi in medio filiorum Israel: Arab. *וְשָׁבְנָתִי בְּתוֹךְ יִשְׂרָאֵל* Et habitare faciam lumen seu splendorem meum in medio filiorum Israël. Sic alias voces & phrases obscuras idem ille, quisquis sit, Paraphrastes, doctissime reddit. *Exod. 2.v.16*. vocem *בְּחֵן*, de socero Mosis sumptam, Arabicè reddit *שְׁרָף*, quod *celsum, nobilem* significat. *Exod. 2.v.25*. Emphas in verborum *וְדוֹעַ אֱלֹהִים* & *נוֹרֵת דָּמָן*, eleganter ita exprimit, *Et misertus est eorum Deus*. Hanc enim Emphas in habet verbum *ירָע* si de Deo enunciatum objectum habet fideles. Unde *Psal. 1.v.ult.*, *יְרָעָ דָּרְךָ צְדִיקִים*, R. Kimchi explicat, *נוֹרֵת מְכִיר וּמְשִׁנְחָה לְהַטִּיב*, *לְהַטִּיב* *נוֹרֵת* & *curat*, ut benefaciatur *is*. Sic *c.3.v.3.* nomen Dei periphrasticum, *אֶת־מְלֵאָתְךָ* tamen, *אֶת־חַיָּתְךָ* *אֶת־שְׁרָאֵת* *Ero, qui ero*, interpretatur *Aeter-nus*, qui nunquam transibit, vel mutabitur. *Gen. 48.v.5.* obscuram loquen-

וְבָעֵיד קָרְמֵל מִן אַלְבָלֶד כְּבֹתָה אָרֶץ vertit distantia quasi unius milliaris terræ. Pro quo Ibn-Sina habet parasanga. Est & hoc observandum, quod, quotiescumq; vox אֱלֹהִים pro idolis sumitur, author semper adhibeat numerum pluralem foeminiūm: memor est nempe Canon. Rabbinici, חַיְבַּה אָרָם לשׁקָן עַז לְחֻכְרָה בְּלַשׁוֹן גָּנָא, tenetur homo defatari idola, ignominiosè (Lex. Buxi. p. 1086.) Sic Exod. 12.v.12. אֱלֹהִים Diis Aegyptiorum; Arab. Dea, מעבדות אלמצרים vel אֱלֹהִים אחרים. Et c. 23.v.13. Et nomen Deorum aliorum; Et v.32. ואֱסָת מעבדות אהרון. Et v.32. absolutē ponit foem. אללה Rabb. Ita alibi frequenter. Hanc ipsam consuetudinem observasse volunt Paulum Rom. 11.v.4. ubi βασιλεὺς, nomini idoli adjicit articulum foem. τῆς, quamvis alii malint ellipsis in loco esse, pro τῇ εἰνόντι βασιλεὺς ut est 1. Reg. 7. vel σύναη, sicut occurrit 2. Reg. 3. & 19. Picherellus de imaginibus p. m. 224. & Selden. de Diis Syris p. 241. Ex. 4.v.16. vocabulum Elohim de Mose intellectum interpretatur נָתַתְךָ אֱלֹהִים doctorem, institutorem. Et cap. 7.v.4. phrasin קָרְנוֹן אֱלֹהִים Dedi te Deum, Arabs scitè מולא וכלהך præfeci te Domi- num; Præsidem. Ita Exod. 34.v.29. קָרְנוֹן radiauit vultus ejus, id est, ut docte loquitur Arabs כתר נור וגהה multiplicatus est splendor vultus ejus.

Observo & hoc, Interpretem in vocibus & verbis explicandis contrarias s̄epe, & ab aliorum Hebræorum mente planè alienas dare explicationes V.G. Levit. 10.6. ראשיכם לא תפערן Capita vestra ne nudate, i.e. ut Tremell. explicat, luctui ne vacate, Arab. habet שער ראמכם לא תכברוא pilum vel comam capitis vestri ne alite. Posset hoc referri locus Exod. 23.v.5. ubi verbum quo dicitur à quibusdam, iisque doctissimis, interpretibus, ex vulgata & communi significatione per deseruit, dereliquit explicatur, Arabicè redditur per oppositū נָגֵן juvit, opem tu-

lit; quia verò non desunt tam ex Judæis, quam ex Christianis, qui partim ex Talmudica Dialecto, partim ex Hebræorum consuetudine, ubi idem verbum contrarias sæpe habet significaciones, deferendi notionem evincunt, rem in medio relinquimus. Vide Midd. *Const. P. Emp.* pag. 158. & libr. *Chin.* p. 30. b.

B. Pentateuchus *Ibn-Sinæ*, qui ex editione Græca LXX. Virali translatus est, ut ex titulo adjecto, qui talis est, apparet **אלתורה עלי מא נקלה אלסבעין שכנא ותרגמה אליו אללעוזה Lex, prout eam transfulerunt septuaginta Seniores, quam verit in Linguam Arabicam Harit Ibn-Sinæ.** Hujus versionis Exemplar asservatur in nobili Bibliotheca Laurentiana, cuius Catalogum, vix flammis ereptum, Antuerpiâ Clar. *D. Golius* accepit, in quo & annus Translationis exprimitur: *Libri Pentateuchi traducti à lingua Chaldaica in Arabicam per Haritem Ibn-Sinam, juxta seriem LXX. Interpretum antiquiorum, anno à fuga Muhammedis 891.* Editus est hic Catalogus non ita pridem Amstelodami à Christiano *Ravio* cuim Specimine Alcorani. Qui verò, *in quias*, eadem hæc translatio, & ex Græco, & ex Chaldæo contextu est adornata & transfusa? R. Non dubitandum, quin magnam partem hæc versio respondeat Editioni Græcae; quod si tamen ab illa recedit, sequi videtur vel ipsam paraphrasin Aramaicam, Syriacam seu Chaldaicam Christianorum; vel translationem aliquam Græcam ex Bibliis Syriacis expressam. Id quod sic probo

a. Quia sub finem Genesies fabulam de Esâvo, Josepho & Ægyptiis attextit author, quæ obstetricantibus Syrorum ad nugas ejusmodi pronorum ingenii est nata: ubi exemplaris **ונדר פ' נסכָה, באלסראיַנִי ען אלתורהָה** fit mentio: **אוֹנֵר רפנָה יְעָקֹב הַצָּר עִסּוֹא וְתַכְאַצָּט מֵעַיְזָף וְאַלמְצָרִין וְקַאַל אֲכֻלוֹא לִי בְּגַנְגַּב חַתִּי אֲדָא מַתָּה יְרַמְּנוּ בְּגַנְגַּב לְאַנְיָ אַלְאַבָּר**

Reg.

Reperitur in Exemplari quodam legis Syriaco, quod, cum sepelitur Jacob, accesserit Esau, litigansq; cum Josepho & Aegyptiis, dixerit: Relinquette mihi latus (alterum, sepulchri, vacuum) ut mortuus ibi sepeliri possim, sum enim ego natu major, &c.

b. Quia in capitum distinctione nonnunquam quidem adhibetur vox Hebræa סֵדֶר ordo; aut סְדָרוֹת Sedio; sed frequentissimè vocabulum Syriacum תְּמִימָנָה, vide sup. p. 221. Neq; verò id tantum deprehendo init. Gen. & alibi, sed & luculentissima vestigia titulorum, singulis capitibus præfixorum, quibus argumenta eorum Syri compendiosè proponunt, vide sup. pag. 224. V.G. Genes. c. 27. argumentum est: אלברכנת אלת' כאנרט אלילו יעקוב טן ענד אללה אלי יעקוב. Benedictiones, quæ factæ sunt à Deo ad Jacobum.

c. Quia ipsæ illæ voces, emphaticæ præsertim, quas ex Translatione Syriaca Patres adducunt, ex amissim versioni huic, eique soli, respondent. Verbi gratiâ Basilius ad locum Genes. i. v. 2. ita scribit: Περὶ δὲ ἐπεφέρετο τὸ τέλος πάντων τῶν οὐδετερῶν, ἐρῶσαι τὸν ἀρχέαν, ἀλλὰ σύρει ἀνθρόπον, σοφίας κοσμικῆς τεσσάρων ἀρχετυκότος, δύον ἐγγὺς τῷ τῆς γῆς ἀληθινῶν οὐτισμῶν ἔλεγε τοιναῦ τὴν τὴν σύρου φωνὴν ἐμφατικῶς τέλεαν εἶναι, καὶ σὰρκα τὴν ἐβραϊκὰ γειτνιαστὴν, μᾶλλον πώς τῇ ἐννοίᾳ τῆς γραφῶν περιεγένετο τὸ δὲ ἐπεφέρετο, ἐφη, ἐξηγενταὶ αὐτὶ τῷ σωματάλπῃ καὶ ἔξωστοι τὴν τὴν οὐδετερῶν φύσιν, καὶ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωατέσσοντος ὅρνιθος ηγετούσας τηναὶ θυμάριν ἐνείσοντες τοῖς Θαλπομένοις. Respicit vim vocis Hebraicæ מְרֻחְפָּת, quam à Syro, propter γειτίαν seu affinitatem, expressam esse Basilius commonefacit. Syrum istum Ibn-Sina noster secutus ita reddit Arabicè תְּרֵף עֲלֵי אלמִיאתָה incubabat aquis. Certè Arabicum verbum רְפַח ipso simum est Hebræorum רְחֵב. Unde quemadmodum Talmudici ad vocem בְּוֹנֶה מְרֻחְפָּת על בְּנֵיה וְאַנְהָנוּ נְגֻשָּׁת annotant, quemadmodum columba incumbit pullis suis, neque eos attingit, aut laedit alis suis. Ita in nobilissimo illo Lexico Arabico, cui nomen Kamus, inter cetera ad R. גְּרַח hæc reperiuntur verba: אֲרַבָּת.

אלגונאך עלי ביז'הא ובסתת אלגונאך i.e. *Agitavit columba super ova sua & extendit alas*, ut *Gig.* habet in suo Thesauro Arabicо, & *Ludovic. de Dieu animadv. in Act.c.7.* qui etiam ab ipso hoc verbo idolum *רְעַמָּפָא* vel *רְעַמָּפָא* deducit. Ita verò necessariò verbum *רְעַמָּה* actionem personalem hoc loco innuit, ut propterea Muhammedani, Sacro-sancti Trinitatis mysterii ignari, Scripturam corruptionis insimulārint. Verba *Ahmed*. *Ibn Idris* quæst. 85.p. 198. ita habent: *כל אלהם יקחצין אין אלה לה רוח זו נסם ואן אלפרפה אונמא תכון פ' אלאנסאט ואלנסמיה תעהלי* i.e. *Ex sententia eorum (Judæorum, in quorum libris Canon cis, verba hæc extant) sequitur, quod Deus Spiritum habeat, qui corpus. Motio enim illa (actus verbi *רְעַמָּה*, qui dicitur) competit corporibus aut rebus corporeis.* Dicamus nos: verbum *רְעַמָּה* non nisi de substantia vivente dici posse, & hoc quidem loco de persona S.S. Trinitatis tertia, Spiritu Sancto, non de vento, vel potentia aliqua, aut virtute, quod *Judæi πνεύματοι σάρκας*, cum Socinianis, aliisque Christianis etiam, defendunt. Repugnat enim Emphasis verbi *רְעַמָּה*, quam & Arabes & Syri Interpretes retinentes, occasionem, Christiano dogmati de Spiritus S. æternitate & Deitate impugnando, præcidunt.

Observavimus & alia, quæ cum fructu, antiquitatis studio, ex hoc *Ibn Isa* possent proponi, ut quod homonymias vocum non rarò tollit & explicat, formulas loquendi *אֲבִרָהָם* de Deo in sacrī literis expressas emolliat & circumscribat. V.G. *Genes. 18 v.33. pro אֶלְעָזָר לְרֵבֶר אֶל-אֶבְרָהָם* LXX. *Απέλλαθεν καὶ ἔστη ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ Αβραὰμ, Arab.* habet *אֶלְעָזָר אֶל-אֶבְרָהָם* *אֶלְעָזָר אֶל-אֶבְרָהָם Sublata est manifestatio (Θεοφάνεια) Domini, facta Abrahamo: quia verò brevitas studium aliò nos vocat, ea tantum dabimus, quæ *אֶלְעָזָר* *אֶלְעָזָר* codici huic ab authiore, vel ex Traditione, vel ex aliis Translationibus, Syriaca præsertim, sunt addita. 1. *Genes. 41 v.45 ad vocem Παραών Ιωσήφ Ζενέρης* *בָּנָת פְּנַת* *habet;* *וְאֶשְׁפָעַן אֶשְׁפָעַן* *אֶלְעָזָר*.*

אֵי אַלְטָהָר לְהָ אַלְפָאָהָתָה Et vocavit nomen Josephi Zaphnath-paahneach, id est, revelans ei arcana. Profsus ut Syriaca Maronitarum translatio exhibet, & ex Onom. Syriac. explicat Athan. Kircher in prodromo Copt. Vide & Exercit. Anti-Mor. p. 48.

2. Gen. 47. v. 22. רַק אֶרְמָת הַפְּנִים Excepta terra sacerdotum, additur קָאָלוֹת אָרֶץ אַלְאָבָאָרְהִי אַסְכָּנְדְּרִיה dicunt terram sacerdotum esse Alexandriam.

3. Alibi ad Exodus אין חול אלהותך וערצה וארתפהעה כמס ארדרע ונצף אננה דלאלה על אלכם אל אלך ולבכם מאייה סנה למני אלמסיח Dicunt quidam Interpretes, spatiuum arce (foederis,) latitudinem & longitudinem ejus quinque fuisse cubitorum cum dimidio, ut eßet indicium annorum 5000. Et 500. ante Messiam adventum.

4. De adventu ethronis ad Mosen: בָּאָן מֹסִי רְד אַמְرָאָתָה וְאַבְנִיהָ חִית טָל מְכֻתָּה, בְּמַצְרָא אַלְיָתָה כְּתָנָה פְּלָמָא בְּלָעָתָה אֲנָהָם קָר בְּרָגָא וְזָאָרוֹא פִי אַלְבָרִיהָ קְרִיבָא מְנָה רְוָהָם אַלְיהָ Refert interpres quidam, Mosem uxorem suam & filios suos, quando uidegit in Aegypto, socero suo commendabili, cum verò sacer ejus inaudi uisset, eos jam egressos ex Aegypto in vicino esse deserto, eos illi restituit.

5. Exod. 17. mentio fit Hur, de quo Paraphrastes, קָאָל אלמספרון הָוָר הַזָּהָר מֹסִי וְהָרָק וְגַם מִרְמָס אַנְתָּהָמָא Dicunt quidam interpretes, Hur esse affinem Mosis & Abaronis, maritum Mariæ, sororis ipsorum. Et paulò post ubi mentio fit solis Domini, adjicit אלמספר אלכרטִי, עַנִּי בָּהָ אַלְמְדָבָח וְאַלְיד עַנִּי בָּהָא בְּחַיָּה פָּעַל אֱלֹהָה וְאַמָּא קָוָלה אֲנִי אַמְּחִי דְּכָר עַכְּאַלְקָמָן תְּחַת אֲדִירָם אלסמא וְהוּ מָא צָנָע עַל יְהִי שָׁאוֹל אַלְמָלָךְ פִי, וּמַן שְׁמָאָל אַלְנָבִי Et interpres, solium notat altare: manu verò significatur id, quod fecit Deus. Quod verò ait, Ego delebo memoriam Amalekitarum subter cœlo, est id ipsum, quod executus est per manum Saulis regis, tempore Samuelis Prophetæ. Cætera hoc loco mittimus.

6. Versiones quadam ἀράνυμοι. Sic Ibn-Sina aliquoties

meminit נסכה אכר Exemplaris alterius V. G. Genes. 40. v. 1. שׁ Princeps coquorum, ab Ibn-Sina vertitur, רִיס טבָבֶן הַטְבָבִים in altero vero exemplari זאחב אלאמיר princeps, Dominus. Sic cap. 32. v. 28. שִׁירֵת עַם אֱלֹהִים וְעַם אֲנָשִׁים וְתוֹכֶל Principem te gesisti cum Deo, vel Angelis, & homine, & prævaluisti. Ibn-Sina translatis, quoniam certasti cum Angelo & viro; in margine vero attexitur, קוח פְּאַלְלָה וְלֹךְ קֹה פִּי אַלְנָאָס prævaluisti Deo, estque tibi potentia in hominibus. Sic Seldenus etiam subinde Arundelliani mentionem facit codicis, ab Epeniano & aliis diversi, de Diis Syris p. 28. 8. 1. ubi tamen integra V. T. versio innuitur. Sic habetur in Catal. Biblioth. Leidens. p. 163. Pentateuchus Arabicus charactere Arabum Mauritanico, lacerus codex, & hic illic mutilus, maximè in principio & fine. Insignis alioquin liber.

D. Paraphrasis Psalterii 1. Nebiensis. 2. Romana à Gabriele Sionita cum punctis & versione edita. 3. Aegyptiaca, & Syria, quarum meminit Episc. Nebiensis ad Psal. 14. & 34. sunt tamen posteriores illæ duæ ἀνεπιθετικές. Nebiensis Editio, pro ratione illorum temporum, satis est mendosa. Exprimit saepissimè Editionem Græcam: loca maximè memorabilia sunt *Psal. 48. v. 15.* זָרָם LXX. βούδεια, Neb. מְעוּנָתָה auxilium eorum. *Psal. 68. v. 13.* מלְכִי צָבָאות יְהוָה Reges exercituum fugient, LXX. οὐασιλεὺς τὴν μάχην τε Αἴγυπτος, Neb. eodem modo vertit. In Romana idem saepius observes, in plerisque enim duæ illæ versiones convenientiunt, si non verbis, sensu saltem. Eadem ferè verba Psalmis 10. 34. 35. utrinque habentur. Maxima propemodū differentia se offert *Psal. 65.* Ubi à Nebiensi abit, tunc ut plurimum veritatem sequitur Hebræam; ut *Psal. 61. 4. & 58. 4* quod tamen ipsum non est perpetuum. *Psal. 61. 4.* εν μ 44. v. 3. pro eo, quod Heb. habet עַמְלָת LXX. οὐαφύτερος Neb. מְכוֹדָת planasti eos, in Rom. legitur afflixisti. Sic *Psal. 42. v. 5.* duæ voces חֹנוּג המן multiudo festum celebrantium, iti-

itidem in Edit. Rom. desiderantur. Vides, quām necessarium sit, habere nos Scripturam aliquam authenticam, omnium versionum cynosuram! varia alioquin flexilis, & mutationi solidum Religionis Christianæ fundamentum, Scriptura sacra, obnoxium redderetur.

II. Ad alteram nunc accedimus de Paraphrasi Arabica observationem generalem, quæ ex Itinerario *Georgevizi* p. 178. talis est: *Nota quod per totam Syriam, & circa Hierosolymam Graci non utuntur Gracâ linguâ, sed transtulerunt totam Scripturam in Arabicum Idioma.* Elucet hinc, quām latè pateat usus Translationis Arabicæ, quod clarissimus fiet, ubi sequentes, qui de amplissimo Arabismi usu per universum orientem agunt, consulueris authores, *Erpenium nempe orat. i. de Ling. Arab. p. 8. 10. Joh. Coto v. Itin. p. 199. Sionit. de morib. orient. c. 13.*

III.

תְּرִנּוֹם פְּרִזְמִי *Veratio Persica.* An integra Persicè habeantur Biblia, in hi non constat. Psalterium, recens in Persia translatum, aliquando mihi ostendit Oxonii *Johannes Gravius*, vir clarissimus, literaturæ Orientalis & amantissimus & callentissimus. Pentateuchum Persicè dedit *Jacobus Tusius*; ab urbe Tus per Academiam celebri, denominatus; quem *Tavusium* alias appellant: Prodiit literis Hebraicis Constantinopoli A. 1551. Ex collatione ejus hoc didici, quod voces obscuras, difficiles aut Emphaticas *אֲנָפָעַלְעָבָעַתְּכָסְתָּךְ* relinquat. V.G. *Lev. 8. v. 8.* אֶת־
מְרָאֵן אֲוֹרִים וּמְרָאֵן תְּמִימָה retinuit sic alibi: *Lev 9. v. 2.* præsertim cap. 11. ubi peregrina multa avium & bestiarum commemorantur nomina, quorum genuina significatio cum ignota nobis sit, à Tusio omittitur.

IV.

תְּרִנּוֹם שׁוֹמְרִינִי *Translatio Samaritana*, Pentateuchi nempe solius, quia unum illum Samaritani recipiunt. Ea triplex eit 1. *Græ-*

280 THESAUR.PHILOL.L.I.c.3.DE TRANSL.MAS.& KABE:
 ca. 2. Chaldeo-Samaritana. 3. Arabica, de quibus hinc inde in
 Exercit. Anti-Morin. & ḥדְמַתְּנָא German. Par. 1. p. 104. In versio-
 ne Samaritano-Arabica, cuius fragmentum saltem habemus,
 observavi, in explicatione vocabulorum & Phrasium obscu-
 riorum non poenitendam s̄aþe interpretē locāsse operam.
 Sic verbi gratia Genes. 11. v. 2. שְׁנָعֵר vertit Irak : v. 5.
 וְאַנְהֹרֶר מֶלֶךְ אֱלֹהִים Sam. Et descendit rex Deus (sic enim
 וְיַעֲשֵׂה יְהוָה) reddere amat, vide c. 12. v. 4.) c. 14. v. 5.
 וְיַעֲשֵׂה יְהוָה. Et κατέλοι αλγεβαρδή פִי אלגנמי Sam. רְפָאִים בְּעַשְׁתָּרוֹת קְרָנִים
 occiderunt fortē gigantes ad locum duobus Idolis celebrem. Et v.
 וְמֶלֶךְ עַרְלָל מֶלֶךְ סָלָט אַכְרָב טָעָמָתָן וּכְמָרָא, 18. sic transtulit,
 וְוּוּוּ אַמְּמָת לְקָאָדָר אַלְעָלָי. Et Rex justus, Rex Salem eduxit ci-
 bum & potum, & fuit sacerdos potens, altissimi. In aliis vitiosum
 & corruptum Samaritanorum exemplar, vitiosam quoque
 peperit versionem. מְרֻגְּ אַלְתָּרִי עַמְקַת הַשְׁדִּים uberum : Et paulo post, vertit, בְּחַם in fusco, q. leg.
 נַחַם.

Ex his quæ de Translationibus Orientalibus diximus, pro-
 clive est colligere, pessima fide agere Pontificios, Jesuitas pra-
 fertim Bellarminum, Gretserum, Serarium, aliosque, qui, ut san-
 cta Reformatorum studia in scripturarum interpretationibus
 odiosæ & insolitæ novitatis postulent, palam scribunt, aliquot
 seculis per universum orbem Ecclesiam nonnisi tres habuisse ver-
 siones, Chaldaeam, Græcam & Hebraeam. Hujus certè sive inscitie,
 sive dolim meritò tandem eos pudere debeat ! Sed prolixius hoc
 à nobis excussum est thema in prima Par scripti
 yernaculi c. V. toto,



SECTIO III.

De

VERSIONIBUS GRÆ-
CIS & LATINIS.

Græcae sunt

I.

השנה הגדלה תרגום Translatio septuaginta, scil. זוקנים Seniorum. Meretur celebris hæc omnibusque eruditis commendata Translation examen accuratius, id quod sequentibus instituemus questionibus.

QUESTIO I.

An versio Græca, LXX. viralis dicta, omnium in linguis vernacularis Translationum sit prima?

Resp.

Quæstio hæc de prima Translationum in vernacularis australi notas linguas origine, vel eo nomine examen accuratius meretur, quod ei εγράφει Pontificij, sanctum & paucis datum, Literas sacras transferendi studium, hereticorum, orthodoxæ religionis extorrium, curiosum εύρημα, Ecclesiæ proinde inutile & ad serendas heresēs excogitatum, impiè & inique clamitent. Hæc quām per se ατόπως; in Deum, verbūmque ejus blasphemè; V. & N. Testamenti Ecclesiæ praxin injuriè dicta sint, jam nihil attinet dicere; monebo tantum universalem hanc Pontificiorum, à lesuitis impudentissimè propugnatam, sententiam masculè à magno Olympi Papistici Atlante, & Hildebrandinæ factionis Hercule Cæsare Baronio, Cardinali confodi. *Divino is* (non heretico, ut Staphylus, Bailius, ceterique crocitant graculi) & prorsus admirabili consilio principem & pri-

Nn

main

282 THESAUR. PHIOL. L. I. C. 3. DE TRANSL. MAS. & KAEDE.
mam LXX. Interpretum versionem elaboratam fuisse afferit. Annal. Eccl. t. 2. ad annum Christi 23 i. S. XVII. & XVIII. Praeclarum, aureoque lapillo notandum ab adversario in rem nostram testimonium! Cui elidendo ne universa Lojolitarum sufficiat societas. Hic verò, ut ad ipsam propositam quæstionem accedamus, tenendum, Baroniu[m] recentiora primæ Translationis incunabula ostendere, quam conveniat. Novi equidein, non illum tantum, sed plerosque alios Scriptores, primas deferre versioni LXX-virali, rati antiquiorem eā aut priorem nullam aliam esse. Quibus pertinaciter reluctari, aut Græcis interpretibus hanc, à tot magnis ingenii assertā, abjudicare nolim; quod si tamen quis, *Sacras Literas etiam ante Ptolemaei tempora linguis aliis fuisse lectas, velit, conjecturis nitetur non contempnendas.*

I. Constat tam ex Sacris, quam Talmudicis Scriptis, jām tempore Esra sacerdotis, plerosque veteris Testamenti Canonicos libros in Linguam Chaldæam fuisse translatos. Ita enim postulabat Judæorum, Linguæ Hebrææ usum in captivitate Babylonica maximam parte amittentium, conditio. Non tūm, ut hodie Pontificiorum fert consuetudo, surdis auribus & ignota lingua verbum Dei legere aut audire in laude positum erat. Εὐτάνιως καὶ ἐν χρυσώνως ex Dei mandato omnia peragebantur. Calculum suum hic addit ipse facer codex. Nehem. וַיָּקֹרְא אֶבְשָׂר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים מִפְרַשׁ וְשׁוֹם שְׁכָל וַיְבִינוּ בְּמִקְרָא 3. v. 8. Id est: Et legerunt in libro, in lege Dei, explanatè, & apposuerunt intellectum, & intellexerunt illam lectionem, vel, ut etiam commodè verti potest, ut Scripturam intelligerent. Sensum loci non nihil obscuri, Talmudici eruunt tales: פֵּאַי דְּכִתְבַּב וַיָּקֹרְא בְּסֶפֶר Id est: Et legerunt in libro, in lege Dei, explanatè, & apposuerunt intellectum, ut intelligerent eam. Et legerunt in libro illo, in lege Dei, is fuit textus Hebreus; Explanatè, illud fuit

Tar-

Targum, id est, paraphrasis Chaldaica, quo nomine תרגום
אַלְמָנָה in scriptis Judæorum appellari solet. Vid.lib. נדרים de vo-
ris c.4.& libro מנגלה c.1.

At dicas: Targum illud, sive Paraphrasin Chaldaicam ore
duntaxat interpretis בְּבִזְבֵּחַ prolatam, nullo autem syste-
mate scripto comprehensam? R. Notum quidē, & Rabbinorum
scriptis celebratum est, habuisse Judæos inde à tempore Esra
suos mercede conductos Interpretes, qui Synagogis operam
suam locabant, concionibus Sabbathinis intererant, contex-
tum Hebræum, ab ordinario lectore prælectum, lingua notā,
primariò autem & potissimum Chaldaicā, interpretabantur.
Atque de hoc interprete loquitur Majm.in Hilc.Tephill.c. 12.
מִתְוָת עֲרָא נָהָנוּ שְׁחוֹת תְּרוּמָן לְעֵם מֶה שְׁחֹקְרָא קָרְא
id est: *A diebus Esra confuerunt ibi habere interpretem, qui populo id interpretaretur, quod lector ex lege prælegit, ut sensum verborum intelligerent.* Quis interim, cui
Judæorum, veterum quidem religio, recentiorum verò super-
stitione, vel per transennam inspecta, & limis oculis usurpata,
dubitet, ipsos hos interpretes constitutos certæ & à Iudeorum
proceribus approbatæ versioni adstrictos fuisse? Quæ enim
quæso licentia fuisse insana, locorum obscuriorum explica-
tionem ad lubitum cujuslibet suspendere? Quàm facile even-
isset, ut quod antecessor intellexit de cepis, successor aliquis
turgidus explicuisset de alliis? Periculum sanè non leve, Eccle-
siae Judaicæ ex libera hac, & pro interpretum ingenio, vaga in-
terpretatione imminuisset. Omnino igitur verisimile est, jam
tum inter Israelitas Paraphrasin extitisse Chaldaicam, eamque
scriptam, ad quam Interpretes alligarentur. Certè R. Azarias
in Meor Enajim expresse Paraphraseos Chaldaicæ, à longo
tempore usitatæ, meminit; Sic enim ille c.5. בָּזְמָן בֵּית שְׁנִי הָיו
ליחורי שתי תורה בכתב: היינו ספר תורה אחד בכתב אשור וلغן
הקרש בספרים הכשרים אשר לנו וספר אחר משונה זעיר שם ועיר
שם שאר נתפשט בין הממון כתוב עברית היינו באותיות עבר הנחה

שָׁהַנְּגֹן הַזֶּה וְמִתְוֹרָגֵם אֲרָמִי אֲשֶׁר הָיָה אֶלָּא שְׁפָתָם וְלֹעֵם הַזֶּה
שְׁמַבְּצָא אַצְלָם קְוָרֵט עֹרוֹא מְחוֹרֶשׁ בְּגָלוֹת בְּכָל הַזֶּה שְׁנֻעֶשֶׁת בְּמַיִּם עֹרוֹא
id est, Tempore templi secundi duo fuerunt. Judæis exemplaria legis scripta: unum exaratum scripturâ Assyriacâ & Lingua Sacerdotiæ secundum libros rectos, quos habemus: Alter autem liber mutatus parum hinc, parum illinc, divulgabatur in populo, scriptusque erat Hebreicè, i.e. literis transfluvialibus, quæ reliquæ erant Idiotis, & explicatus Lingua Aramaicâ, quæ tunc vernacula eorum fuit lingua: sive ea (versio Aramaicâ) extiterit inter ipsos ante Esram, causa in captivitate Babylonica, sive facta fuerit tempore Esrae. Atque hanc sententiam idem ille ex professo defendit c. 9.

Plura quidem latent in R. Azariæ testimonio ὑπελα, quæ tangere brevitatis studium non permittit: sufficiat nobis auctoritate ejus confirmasse, Versionem Græcam multis annis esse Paraphras. Chald. posteriorem. Id ipsum quoque asserit Michael de Aninyon, Scriptor Pontificius, Tractatu de unitate ovis & pastoris c. XXVI. Quod ut optimè declarat pater Nicolaus Ramos libro suo de auctoritate editionis vulgata ad finem in quaestione IIII. pluries translati fuerunt libri isti & varie, primo loco post captivitatem Babyloniam, & quando post diuturnum septuaginta annorum exilium vulgus Hebreum maternam Linguam oblivioni tradiderat V. T. in Syriacam seu Chaldaicam linguam, quam Hebrei eo tempore utebantur, translatum. Secunda vero translatio fuit per LXX. Interpretes, tempore Ptolemæi Philadelphi regis, &c.

II. Clemens etiam Alexandrinus Stromat. lib. I. & Eusebius θεοφιλος ἡναγκειακης lib. I 3. ante Alexandrum & Persarum Imperium quinque Mosis libros traductos fuisse, ex Aristobulo affirmat. Clementis verba hæc sunt: Διερμήνει τὸν ἀρχὴν ποτέ εἰς ἕτερα τοῦτον οὐ λεξάνθρωπον Πέρσων δηπιθεατίσσων ταῦτα καὶ τὰς ἔξι Αἰγύπτιας Ἑγαγωγῶν τῷ εβραιών τῷ ἡμετέρῳ πολιτῷ, καὶ τῷ γεγονόντων ἀπαντων ἀντίτιθει δηπιθεατίσσων.

ποιεῖ τὸν χώραν, καὶ τὸν ὄλην νομοθεσίας ἐπεξήγησις : id est, Versa autem ante Demetrium ab alio, priusquam rerum potirentur Alexander & Persæ, quæ circa educationem Hebræorum, civium nostrorum ex Aegypto evenerunt, & quæ iis obtigit apparitione omnibus, & terræ occupatio, & totius legis latioris explicatio. Quid quod, ut rectè eruditi observant, Plato, Pythagoras, aliique plures Philosophiæ antistites plurima à Mose & Prophetis mutuârunt? quæ (nisi à Chaldæis aut Hebræis ipsis in eorum regione, sive ab aliis qui traditione acceperant, hauserint) certè libris vulgata oportuit.

III. Sed & Græca Samaritanorum Versio antiquitate LXX-viralem superare videtur. Etsi enim de tali Versione Samaritano-Græca eruditi plures ambigant, dubitandi tamen ansam Græci patres, toties in scriptis suis τῷ Σαμαριταῖς mentionem injicientes, præcidunt omnem. Exempla habes aliquot in Exerc. nostris Anti-Morinianis S.XXV. Et quamvis, quod sciam, nulli sint, qui certi quid de hujus Translationis origine scripserint, facile tamen ii, quibus Samaritanorum historiæ exploratæ sunt, mihi concedent, tutissimè ad Alexandri Magni, Samaritanis faventissimi principis, tempora eam referendam esse.

QUESTIO II.

Cujus sumptibus, auspiciis, quæve occasione, versio hæc: Veteris Testamenti Græca sit adornata?

Resp.

Itur hic in diversa sententiarum divertia. Sunt qui ad Ju-dæos Alexandrinos opus hoc referunt. Alii Ptolemaeo Lagidae tribuunt. Tertiū Ptolemaeo Philadelpho thesaurum hunc acceptum ferunt. Prima sententia patronos producemus, ubi ad quæstionem de numero Interpretum ventum fuerit. Secunda sententia patrocinatur Irenæus, Pater velutissimus.

Græcus, (nec enim scripta Latina, insulso admodum stylo, nobis *Irenæi* nomine relicta, tam eruditæ & eloquentis seculi virum undiq; secus doctissimum, authorem habent,) lib. adversus hæreses 3.c.25. cuius verba Graeca, ab *Eusebio* histor. Eccl. lib.V.c.8. citata, sic sonant: Πτολεμαῖς ὁ λαγὺς φιλοπυθυδρότιλος ἡντὸς κατασκευασθεῖσαν βιβλιοθήκην τὴν Ἀλεξανδρεῖαν κοσμῆσαν &c. id est, Ptolemaeus Lagi filius volens Bibliothecam à se Alexandriae extructam exornare &c. Hujus sententia, inquit *Johannes VVoyverus*, Syntag.de LXX. Interpret.c.III. seu potius error, tantum potuit apud Clementem Alexandrinum, ut stromat. lib. i. referat, conversos fuisse libros sacros ex Hebreo, tempore Ptolemaei Lagi filij, seu, ut alii, Ptolemaei Philadelphi, tanquam in re dubia hæsitaret, cui illud tribuendum, immo communi traditione obtinuisse, Ptolemaei Lagidæ tempore hoc factum afferere videatur. Tertia sententia receptissima, tutissima & tritissima est, cui ferè astipulantur quotquot ex Christianis, Judæis, & Arabibus versionis Græcæ vel Istrictim mentionem faciunt: *Johannes VVoyverus* in Syntag.de LXX. Interpret.c.3. Non existimârim, hoc apud antiquos controversum fuisse, cum inter OMNES constet, Ptolemaeum Philadelphum Interpretes Judæos evocâsse. Rober-tus Rollucus de vocatione efficaci. c.XX. Regnante Ptolemaeo Philadelpo, eoque jubente, factam esse versionem illam Græcam, testantur OMNES. Quod cum ita sit, neminem de conciliando Irenæo cum reliquis Patribus, & Scriptoribus cogitasse, mirari subit. Nodus solutu facilis est, modò ad auream hanc Abdicæ Prætorii attendatur regulam: In suppurationibus annorum (ad de describendis rebus geltis) patris & filii, simul administrantium, nonnunquam de communi administratione, non nunquam de propriæ textus loquitur: Ptolemaeus igitur Philadelphus in consortium regni à Patre, versionem Græcam suadente, assump-tus, propterea solus Translationem procurassæ fertur, vel quod ipsius prudentiæ cura totius operis fuerit à Patre commissa, vel quod post Patris discessum demum Versio fæliciter

ad umbilicum fuerit deducta. Nec procul abit *Eusebius* hist. Eccles. lib. VII. c. 26. Μαθεῖν ἡ ἔτιν τὸν τῆλον φίλων, Γαστήπη,
Μυσταῖς λεγομένων. Καὶ εἰ μόνον τέτον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπι παλαιοτέ-
ρῳ, ἀμφοτέρῳ ἀγαθούεστιν τῷ ἐπικαλεῖσθαι σιδηνάλων Αὐτοῦ
λαχεῖται πάντα, ὃς εὐτελεῖται κατειλεγμένος Θεῖς πάτερι εἰσερχεται
τὴν τέτοναν. Εἰς τοὺς ἐβδομάκοντα κατειλεγμένους θεούς Θεῖς πάτερι εἰσερχεται
τὴν τέτοναν. Εἰς τοὺς ἐβδομάκοντα κατειλεγμένους θεούς Θεῖς πάτερι εἰσερχεται
τὴν τέτοναν. Discere autem est ex iis, quae à Philone, Josepho,
Musæo dicuntur. Nec ab iis tantum, sed ab aliis iis veterioribus,
duobus videlicet cognomento Agathobulî, præceptoribus eximii il-
lius Aristobuli, qui in numerum LXX. duorum, sacras & divinas
Hebræorum literas Ptolemaeo Philadelpho & patri ejus verten-
tium, affectus fuit. Observent hic, εἰ παρέδωλον, studiosi, nomen
Ptolemai generale esse Regum Ægypti posteriorum, prout
Pharaonis priorum. Error enim est manifestus *Beidari* Arabis
non indocti, & Exegetæ Alcorani celeberrimi, qui, rerum sa-
crarum ignarus, scribit: פְּרָעֹם לְקָבֵל מֶלֶךְ אֶל עַמָּאֲלָקָה כְּכָסְרִי
פְּרָעֹם לְקָבֵל מֶלֶךְ אֶל בְּרָס וְאֶל רָם
וקיצר ל מלכ' אלברס ואלהוּם
sicut Cosroë & Cæsar Regum Persarum & Roma-
norum. Vide & Hist. *Elmacini* lib. 3. c. 4. p. 219. Melius longè di-
fertissimus ille Hispanus, *Ludovicus Viyes* in *Augusti* libr. 18.
de *Civitate Dei* c. 42. Reges Aegypti usque ad Cambysem, Cyri fi-
lium, qui eam regionem Imperio Persarum bello adjunxit, Pharao-
nes communi dicebantur cognomine. Post Alexandrum verò à
Ptolemaeo Lagi filio Ptolemai usque in Cæsarem Augustum, qui
Aegyptum in provinciæ formam rededit.

Ptolemaeum autem, ut de occasione Versionis Græcæ non
nihil dicamus, ad Versionem hanc à Iudæis extorquendam
quod impulerit, ex Epistola Demetrii Phaleræ, Atheniensis
viri nobilissimi, summisque functi Magistratibus, civium ve-
rò invidiâ patriâ expulsi, & in Ægyptum delati, patet. Eam, cui
vacat, legere potest lib. XII. c. 2. Antiquit. Iudaic. *Flav. Josephi*
Amor nempe, ac insatiabile libros corradendi, & in Biblio-
the-

thecam Alexandrinam inferendi desiderium sumptus etiam Regios polhabere ipsi suadebat. Non satis erat quinquaginta millia voluminum (quamvis teste *Ammiano Marcellino* libr. 22.ad septuaginta millia excreverit) habere Bibliothecam: Mantissam desiderabat à Iudæis, scripta videlicet θεόπνευστα Mosis & Prophetarum, in Græcam traducta linguam, quibus solis superbire posse videbatur. Consulatur *Augustinus* libr.de Civit. Dei XVIII.c.42. *Joh. VVorrei* Syntagma c.3. & *Josephus* loco citato. *Irenæus* apud *Eusebium* hist. Eccles. lib. 5. c. 8. cuius verba, cùm propositum nostrum non parùm juvent, adducere non pigrabor. Πτολεμαῖος δὲ λάγχα φιλοπικέρδης τὸν ὑπὸ ἀντικαπισθαντῖσαν βιβλιοθήκην ἐν Αἰλιξανδρείᾳ κοσμῆσαν τοῖς πάντων ἀνθρώπων οὐρανούμασιν, δοα γενναδίαια ὑπῆρχε, ἥτησατο ὡρίδη τὴν ἱεροσολυμιτὴν εἰς τὴν ἐλληνικὴν χεῖν ἀντὶ μεταβεβλημάτων τὰς γραφὰς. Id est, Ptolemaeus Philadelphus volens Bibliothecam, Alexandriae, à se extructam, ornare omnigenis hominum scriptis, accuratè elaboratis, petuit ab Hierosolymitanis, eorum etiam habere in linguam Græcam translatas Scripturas. Atque hoc est quod intendit Ptolemaeus Philadelphus, augmentum Bibliothecæ Alexandrinæ. Quāde prolixè R. Gedal. in Schalsch kabb.p. 104.a. *Zemach David* P.2.p. 15.b. Alium longè præfixum sibi in Translatione ista habuit scopum Deus, qui opportunè admodum Regi Ægyptiorum cupiditatem transferendi, & plurimis annis ante salutare Christi sidus Græco sermone induendi Scripturas, injecit. Neinpe: ut Iudæi, per Ægyptum, per Asiam ac Græciam longè latéque dispersi, & Linguæ Græcæ innutriti, sacras literas ex præscripto Legis divinæ legere possent & intelligere. Iam enim tum laudabilis ille publicè in Synagogis legem explicandi mos inleverat. Quod revera, institutum irritum prorsus, omnique destitutum fructu fuisset, nisi Deus commoda aliqua vulgoque nota Translatione Iudæis Ægyptiis defectum Linguæ Hebraæ compensasset. Certò enim constat, vel doctissimos & cele-

celeberrimos Alexandriæ Judæos, ne summis quidem labris Linguam Sanctam gustâsse. *Philonis*, quanti viri! Judæi Alexandrini scripta doctorum manibus sedulò teruntur, eorūmque per ora volitant; at ridendos ubiq; propinanit ex Hebrais miignorantia ortos nāvos. Quòd si ab adytis Linguae Sanctæ *oi οπεις τοις ἀλλων* fuerunt prohibiti, quid de plebe, ad lectio- nem tamen Scripturæ Sacrae seriō obstricta, censendum existimes? Omnino igitur verissimile est, in Judæorum *ἰδίωμα* *ζόντων* gratiam Versionem Græcam datam fuisse ac natam. Atque hæc, meo judicio, potissima causa est, ob quam Sacrae Scripturæ Græcæ reddi debuerint. Sed & ipsam hanc Bibliorum in eam Linguam, quæ gentibus plerisque vernacula erat, Translationem futuri, & fermè instantis *ἐπίλυσης*, i.e. Gentilissimi conversionem fuisse prodromum, quis negaverit?

Tandem etiam Deus singularis & solitæ suæ sapientiæ de- dit specimen. Familiare enim divinæ providentia est, ut res Ecclesiæ utiles ipsi ejus hostes efficiant, quo divina consilia evidentiùs exposita elucecant. Sic Paraphraseon Chaldaicarum recentiorum authores fuisse verpulos superstitiones & Christianismo iniquos constat; qui tamen luculentissima de Messia, ejus officio & persona *ἐνοπῇ ἐνοπήγε θυμῷ* reliquerunt testimonia. Qua de re suprà.

Q U A E S T I O . III.

*De numero Interpretum, exacte ne & definite
fuerint LXX. an LXII?*

Otiosa planè & superflua hæc quæstio videtur. Quid enim, *inquias*, nonne ipsa Versionis Græcae inscriptio quæstionem hanc solvit, litémque dirimit? Nonne constantissimè Translatio hæc patribus Græcis *ὴ τὸ ἔβδομον τα ερυλεῖα*, Arabibus Christianis *סבען שיכא* Hebrew *בַּעַד הַקְנִים* LXX. Seniorum appellatur? Quis eam ex Latinis Scriptoribus aliter vocare

consuevit quam Versionem LXX. Interpretum, aut LXX.
viralem? LXXII. quidem fuisse oportet, si Josepho & aliis, se-
nos ex singulis tribubus electos, afferentibus, adhibenda fides,
sed, ita loquitur Augustinus; *Interpretatio ista ut LXX. voca-
tur, obtinuit consuetudo?* R. Sic est, fateor. Semel vulgari con-
fensi recepta opinio, hominum animis eximi vix ac ne vix
quidem amplius poterat. Quindecim à Christo nato fluxerunt
secula, quibus de numero Interpretum quicquam movere
crimen fuisset nefarium. Unum quidem, ni calculus fallat aut
memoria, Judæorum monumenta suppeditant locum in
Mass. *Soph.c.1.* ubi Translationē Græcam בְּנֵי שָׁמָה וּקְנִים opus quinque Seniorum appellārunt. R. Azarias in Meor Enajim c. 8. ut inter se digladiantes Talmudistas conciliaret, manife-
stāmq; hanc de numero Interpretum contradictionem emol-
liret, alludi fingit, & cum eo Johannes Morinus, ad V. versiones
Græcas, quas omnes in octaplis collegerat Origenes, quorum
Schematismum habes in Heins. Aristarch. p. 796. geminum,
alterum Scaligeri, Heinsij alterum.

Heinsii est.

pag. 1.	2.	3.	4.
Heb. Hebr. lit.	Heb. Græc. lit.	Septuaginta.	Aquilæ.
בראשית	Βερεσίθ.	Ἐν ἀρχῇ.	Ἐν πρωτιδ.
5.	6.	7.	8.
Theodot.	Symmachus.	Hierich.	Nicopol.
Ἐν ἀρχῇ.	Ἐν ἀρχῇ.	* * * *	* * * *
Scaligeri verò.			

Pag. 1. AQUILA

pag. 2. SYMMACHUS

pag. 3. LXX. SENIORES

pag. 4. THEODOTION.

pag. 5. EDITIO HIERICHUNTIS

pag. 6. EDITIO NICOPOL.

pag. 7. TEXTUS HEBR. HEBR. LIT.

pag. 8. TEXTUS HEBR. GRÆCIS LIT.

Postquam enim Versiones Aquilæ, Symmachî, Theodotionis commemorâsse, subjungit: **אָוְלִי לְשָׁלַשְׁת הַקּוֹנִים הָאֶלְהִים** commemo-
רנו בְּעֵל מִסְכָּת הַסּוֹפְרִים פָּרָק א' נָאָמָר֔ מִעֲשָׂה בְּחַמְשָׁה זְקִנִּים
id est, *Forte ad tres illos senes respicit author Tract. Soph. c. i.*
quando dicit: *opus quinque Seniorum, &c.* At nihil ad rem facit
hic *Azariæ* conatus: vim enim expressis Talmudistarum ver-
bis infert. Sic autem loquuntur: **מִעֲשָׂה בְּחַמְשָׁה זְקִנִּים שְׁכַנְתָּו**
לְטָלִמי הַמֶּלֶךְ אֶת הַתּוֹרָה יְוִינִית וְהַיּוֹם קְשָׁה לִישְׁרָאֵל בְּיוֹם שְׁנָעָשָׂה
לְהַעֲלָל id est, *Opus quinque Seniorum, qui scripserunt Ptolemaeo Regi Legem Græcè: et fuit dies ille gravis Israël, sicut dies quo factus*
vitulus. Quis verò hic, nisi Hypséa aut Tiresia cæcior, non vi-
det, neq; de Aquilæ, neque Symmachî, neque Theodotionis,
sed de hac ipsa Versione, quam Ptolemæi ætas dedit, sermo-
nem esse? Sublesta quidem est, & prorsus invalida Iudæorum
in Historiis authoritas: eos tamen, quibus postea numerus
LXX. suspeccet esse cœpit, à novitatis crimine vindicat. Certè,
ubi phosphorus literaturæ politioris solem Reformationis
præcessit, quo viri, ad restaurandas, sitique & squalore obsitas,
repurgandas literas apti, nati, non authoritatibus tantum, sed
& rationibus metiri rem didicerunt, tantamq; historiæ hujus
incertitudinem deprehenderunt, liberiùs de ipso hoc, apud
plerisque ἀντιπάθως, Interpretum numero, judicare ausi
fuerunt. Hinc, ut ad nos trænsam, *Huldricus Zuinglius,*
vir verè Θεοφόρος, Ecclesiæ & Scholæ nostræ Reformator
fortissimus, haud obscurè innuit, quām sibi numerus Inter-
pretum LXX-arius videatur incertus, quando Præfat. Comm.
in Genesim, *Versionem siue septuaginta, siue septem millium Inter-
pretum* nuncupat. Audaciū exactum Septuaginta Interpretum
numerum impugnavit *Josephus Scaliger* tum in Episto-
lis, tum alibi. Verba, Epist. 14. ejusmodi facit: *De LXX. Inter-
pretibus scito fabulam à Judæis confitam, à Ptolemaeo accersitos,*
*in unum locum conjectos, & non omnium, qui in unum locum conve-
niissent, & capita conciliasset, sed singulorum separatorum, qui di-*

vinitus in eandem sententiam confirâsse, eam Interpretationem
 fuisse. Quid ergo? Cùm coëgissent eos Ptolemaei Græcè contractus
 scribere & annos à Ptolemaeo Philadelpho putare, attribuerunt eam
 Interpretationem ei Regi, qui eis eam necessitatem gracissandi im-
 posuisset. Sed si hoc verum erat, oporteret reliquias paraphrases
 Chaldaicam, Persicam, Arabicam, quibus hodie utuntur quodam
 Rege jubente scriptas fuisse, quod & putare ineptum est. Igitur
 LXX. Interpretum paraphrasis Græca est, non auctore Philadel-
 pho, (hic verò, quod pace tanti viri dixerim, malim cum docti-
 simo Daniele Chamiero, aliisque, de quibus sup. quæst. 2. conce-
 dere, Translationis Græcæ originem ad Ptolemaeum quidem
 rejiciendam, sed cætera omnia quæ sigillatim de Interpreti-
 bus, loco, modo, &c. dicuntur pro incertis, immo Judaici cere-
 bri fragmentis maximam partem habenda) sed Judæorum su-
 dente utilitate conscripta, qui parùm Hebraicè sciebant, Græcè au-
 tem loqui & scribere ab ipsis Regibus cogebantur. Nec verò quic-
 quam verisimilium, inquit Cl. Theologus Fridericus Spanheimius
 Dub. Evang. Par. I. dub. XXIII. conjecturā summi viri Danielis
 Heinsii, qui in Aristarcho sacro c. X. sagacissimè originem hujus
 fabule indagavit, quam proinde ἀπολεξει hic inferemus: De
 quibus Interpretibus (Græcis) quas non nugas fabulas ac nenia
 excogitarunt Græci! Ut non temerè ex illis pleraque miretur simul
 & irrideat sanctissimus, doctissimusque vir & scriptor B. Hiero-
 nymus: Ipsam autem nominis originem ac scenæ obiter ut detegamus,
 quia factum id à nemine meminimus, locus hic nos monet, nu-
 merum Interpretum, interpretandi rationem, tum & quæ de sepa-
 ratione ac consensu tanto ambitu dicuntur ex 24. cap. 2. lib. Mosis
 ortum habuisse observavimus. Ubi magnus dux ille ac amicus Dei
 attulisse librum fæderis dicitur, è quo coram populo legisse quædam,
 quod Hellenistæ, v. 7. η λαβω το βιβλιον της σηρινης ἀνε ρω.
 Deinde autem v. 9. Moses, Abaron, aliique, sed & seniores LXX.
 ascendi se ad Deum dicuntur, ubi mox adduci לְאֶלְעָזֵר בָּנֵי יִשְׂרָאֵל ad principes autem filiorum Israël non misit manum
 suam:

sum: quibus nullum fuisse incommodum, Chaldaeus aut simile dixit. Pro quo mirifice Hellenista, καὶ τὸ διπλέντον τὸ Ἰσραὴλ διφώντεν εἰδεῖς: & electorum Israël non dissonuit neque unus. Ex illis ergo septuaginta senioribus, septuaginta seniores Interpretes. Et quia dicitur de illis σὺν διφώντεν εἰδεῖς, dissensisse ex illis neminem, in lege autem sive libro federis, præcesserat quod dixi: hinc historia haud dubio de Ptolemæo, hinc famosæ illæ scenæ, quas Beatus Hieronymus expludit. Hinc inventum illud neminem in tanto numero in exprimendis sacris dissensisse. Nam autem quia אַצְיוֹלִים, qua voce ibi utitur, eriam οὐχιεσθόσι sive separati, hinc historia de separatione, quod seorsim nempe ac separati legem aut contextum sacrum expresserint. Tribuat huic conjecturæ quantum quisque voleat; plausibilis admodum est, & ingenio Iudaico minimè insolens. Cui non leve pondus addit superstítio, quā numero septuagehario plus mysterii, quam cuiquam alii, recutiti adscribunt. Hinc universum orbem à LXX. nationibus diversis incoli pro rato habent; argumento loci Deut. 32. v. 8. Quando hereditates distribuit excelsas gentibus, quando divisit filios Adam, statuit terminos populorum secundum numerum filiorum Israël. At numerus filiorum Israëlis, qui ingressi sunt in Aegyptum, dicuntur 70. Genes. 46. 27. sic R. Bechai in Deuter.

בשנה הראשון הקב"ה הלשנות להזיב גבולות העמ"ק שום למספר בני ישראל id est, quando divisit Deus linguas ad statuendum terminos populorum, qui sunt 70. secundum numerum filiorum Israëlis, descendientium in Aegyptum. Eadem habentur in Targum Cantie. c. 2. v. 2. & in Midbar Rabba, id est, glossa magna, in libr. Numerorum. Hinc & LXX. totius mundi linguas dictatoria quadam autoritate, definierunt. R. David Gans in Zemach David par. 2. sub anno 996. ומספר הלשנות היה, לפ" רבי רבי רול שבע' id est, Numerus autem linguarum fuit, secundum verba Rabbinorum nostrorum, p. m. LXX. Hinc est, quod 70. Synedrii magai Assessoribus LXX. linguarum usum tribuant ac notitiam.

tiām. Textus Talmudicus ex Sanhedrin c. i. ita habet, 'אמֶר ר' מושבין בסנהדרי אלאי יורעַם בשביעים לשון שלז תחוי זהן אין מושבין סנהדרי Dixit R. Jochanan: Non constitutus erat in Synedrio nisi peritos 70 linguarum, ut non opus haberet se natus audire quenquam ex ore Interpretis. Hinc etiam multa Iudei fabulantur de 70 Angelis, 70 nationibus praefectis. Vide Targum Jonathani supposititium in Genes. cap. 11. Hinc & LXX. Angeli linguarum confusionem induxisse traduntur.

R. Elieser in suis capitulis, c. 24 קרא הקב"ה לשבעים מלאכים מלך השׁוּבִים כesa כבورو ואמר להם באו ונבלב אל: לשונם Vocavit Deus benedictus LXX. Angelos circumdantes thronum gloria ejus, dixitq. eis: Venite confundamus linguas eorum. Idem hic numerus septuagenarius apud Judaeos constituit turris Babylonica Archiectos R. Bechai in Gen. שמות כי בוני המגדל Audiri structores turris Babylonica fuisse 70. De quo etiam Epiphanius p. 129. Tandem etiam pari subtilitate turrim gradus versus orientem, & toridem versus occidentem habuisse nugantur. Vides quam amplum mysteriorum campum unus hic numerus septuagenarius suppeditarit Iudeis! Quid igitur miremur eandem expertam esse sortem hanc de Interpretibus Graecis historiam? Nec obstat antiquitatis, ἀναμφισθητης ferè numerum LXX. recipientis, consensus. Error enim videtur ab uno τρισθισμαίω Aristea haustus, cuius autoritatem meritò viri docti, Ludovicus Vives, Salmeron & Leo à Castro Pontificii; Josephus Scaliger homo exactissimi judicii Animadvers. in Euseb. eludunt. Vide censuram veterum quorundam Scriptorum Roberti Coci p. 1. & Bootii Animadvers. sacras in indi. lit. G. Graeci, Isag. Riveti p. 126.



QUÆSTIO IV.

*Quoniam Interpretes Græci exemplari fuerint usi
Hebræo, Chaldaeo, an Samaritano?*

Et hæc quoque nova, ventoso Criticorum cerebro elata,
videretur quæstio, nisi clara satis vestigia in authoribus etiam
vetustis apparerent. R. Gedalia in Schalschelet Kabbala p. 24. 6.
וְעַד כִּי יְשָׁמְרֵם שְׁהוֹנָנִים הַתְּקִין הַתּוֹרָה שְׁחִיתָה אֲזִילָם
זהונת בלאשון ארמית אל יוונית וְאֶל מִלְשֹׁן הַקְּרֻ� שֶׁהָיָה אַגְּלָנוּ הוּא
id est. Scito autem esse qui dicunt, quod LXX. translulerint legem
ex Syriaco, inter ipsos usitato, exemplari in linguam Græcam: Alios
verò velle ex lingua Sancta, quæ penes nos est. Certè ex Chaldaeo
exemplari Biblia translatæ in linguam Græcam jam olim asse-
ruit Philo Judæus, eo ipso tamen in hac causa insufficiens,
quod Lingua Sanctæ ne quidem proletariam & perfunctio-
riam habuit notitiam. Idem etiam vult R. Azarias in Meor
Enajim c. 5. qui omnes diversas & ab Hebræo discrepantes lectio-
nes ex codice Chaldaico, vitijs, & à rudi plebecula miserè dilace-
rato, ortas contendit. Testimonium cum translatione habes
apud Buxtorf. de Punct. vocal. antiq. p. 128. 131. 132. Morin. E-
xerc. Bibl. p. 37. Verum hæc sententia, ut neque rationibus, ne-
que authoritatibus stabiliri potest, sic suis merito assertoribus
relinquenda. Facilius probes, Paraphrasas Chaldaeos, poste-
riores præsertim, mutuasse nonnulla ex versione LXX. virali,
Sixt. Senens. Bibl. S 1. 4. p. 305. Meliorem superficietenus cau-
sam tueri videntur illi, qui (ex hodiernis exemplaribus Græ-
cis, ut ut corruptis & interpolatis cùmque Samaritano collat-
is, nobis judicandum est: originalia enim vel ad originalia
proximè accedentia temporum injuria nobis invidit) Sama-
riticum Legis codicem à nostræ Interpretationis Græcæ au-
thoribus susse adhibitum volunt. Guilielmus Postellus in Ta-
bulis linguarum, tabula 2. Fuit (Scriptura Samaritana) in usu
omni-

omnibus Judæus, donec ab Esra publicè est expositus Sandus Character, adeò ut LXX. duo Interpretes ex ea Mosis libros Ptolemao verterint. Parùm morarer testimonium Postelli, nisi accederet mirus & eruditis meritò expendendus in plurimis Codicis Samaritici cum Græco nostro consensu. De quo Ludovicus de Dieu (cum quo facit Joh. Selden. de mari clauso p. 37.) Comm in S. Matth. 19.v.5. Monemus autem G. 2. v.24. in Pentat. Hebræo tantum eþe וְהִי לְבָשֶׂר אַחֲרֵךְ & erunt in carnem unam. In Samaritano autem מִשְׁנַה תְּלַבְּשָׂר אַחֲרֵךְ, unde apud LXX. καὶ ἐσονται οἱ δύο εἰς στρώγα υἱῶν. Neque hic tantum, sed & in aliis plurimis Pentat. locis τῆς LXX. Interpretationem ad Samaritanum magis, quam Hebraum exemplar accedere, alias fortassis, si vitam Deus otiumque conceperit, beneficio Reveren. Ampliss. ingenio, virtute, eruditione excutissimi Praesulii Jacobi Usserii, Archiepiscopi Armachani, à cuius liberalitate exemplar Samaritanum penes me habeo, ostendere dabitur; Sic est. Constituerat magnus ille, vir & indefessus Linguarum orientalium cultor, Ludovicus de Dieu, notas in Pentateuch. Samaritanum dare, quas præmatura ejus mors eripuit. Nos igitur, quia, indulgentiā τῆς μανεῖτε, eodem Armachani usi fuimus codice, non scruta aliorum excutiemus, aut labores eruditorum compilabimus, sed ex ipso Samaritico fonte nonnulla doctioribus pensitanda proponemus exempla.

GEN. 3.v.6. Hebræus contextus, cæteræque (quas hoc loco exprimere, in sequentibus subintelligere placuit) paraphrases, Chaldææ Onkelosi & Ionathanis; Arabica Saadæ & Maurorum; Persica & vulgata habent singularem numerum וְאַכְלָנִי. Et edit. At Samar. וְאַכְלָנוּ τὸ φαγεῖν & ederunt, quam lectio nem Patres Latini sequuntur ferè omnes. Genes. c. 4.v.9. Samarit. contra textum Hebr. legit נִלְכָה הַשְׁׂדָה Exeamus in agrum LXX. οὐλέθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Quem locum excusimus suprà p. 147. & in Exerc. Antimor. c. 6.v. 20. pro Heb. מִכְלָן רַמֵּשׁ הָאָדָם וְעַל הָאָדָם ab omni reptili terræ. Samarit. habet על הארץ ומכל אשר רמשׁ על הארץ LXX.

LXX. וְיָדָה πάντες τούς ἑρπαγέμις τούς ἐρπόντες έτη τῆς γῆς. vers. 13.
 bis, & c. IX. v. 19. semel, particula in Hebrœo expressa, à LXX. &
 Samarit. omittitur c. XI. v. 5. reperitur in Samar. & Græco nostro
 codice pleonasinus verborum וְאֶת הַמִּנְדֵּל c. XII. v. 7. voci
 Hebrœæ וְאָמַר dixit, additur in utroque exemplari, Samarit.
 & Græc. pronomeni לֹא. Versu ultimo ejusdem cap. rursus re-
 dundant verba וְאֶת וְלֹא וְלֹא λֹא וְלֹא מֵת' אָמַר. cap. XV. v. 3. Hebr.
 וְיָדָה heres meus existens, Samarit. Sic
 LXX. וְאָבֵל שָׂרָה sed Sara. At Sa-
 mar. אָבֵל הַנָּה שָׂרָה sed ecce Sara. Sic LXX. נָא id &c. Gen. 2'.
 v. 8. post יְזָחֵק Samar. addit בְּנֵי, LXX. וְיָצָא מִן. c. XXI. v. 30. post
 וְאָמַר in Samar. bis occurrit אָבְרָהָם; sic LXX. וְיָצָא אֲבָגָד: idem
 observatur c. 14. v. 14. Cap. XXIII. v. 13. voci subji-
 cit Samarit. וְיָבָרְכֶנָּה אָלְלָבָן, prout LXX. וְיָבָרְכֶנָּה אָמַר.
 cap. XXVI. v. 11. Heb. בְּלָעָמו, at Samarit. sic LXX.
 παντὶ τῷ λαῷ μάρ. v. 18. Heb. חִפְרוּ בִּימֵי אַבְרָהָם foderunt diebus
 Abrahami; sed Samarit. LXX. וְרָעָזָא παּמְלִיכָא
 A'βegām. Gen. c. XXIX. v. 8. Hebr. וְאָסְפָו בְּלַהֲדָרִים, congregar
 et omnes greges; at Samarit. רְעִים, LXX. παּמְלִיכָא. c. XXXI. v. 17.
 legitur in Hebr. וְאֶת בְּנֵנו וְאֶת נְשֵׁינו; at hunc ordinem Samarita-
 ni, & eos sequuti LXX. invertunt. cap. XXXIII.
 v. 10. pro passivo הַבָּאתָה Allata est, Samarit. activè legit
 & LXX. וְיָצָא סְבִיבָה. cap. XXXIV. v. 13. אֲשֶׁר טָמָא דִינָה qui (Sichem
 filius Emor) vitiauit Dinam. At Samarit. טָמָאו. vitiarunt, quo-
 modo & LXX. וְיָצָא. cap. XXXVI. v. 4. Heb. legit pre-
 cunctis fratribus ejus: Samarit. verò, מְכֻלָּבְנֵינו מְכֻלָּנֵינו. v. 5. Heb. sin-
 gulariter ponit vestis ejus, at Samarit. בְּנָרְיוֹ. & LXX. וְיָצָא חַז בְּעִינֵינו. v. 4. in venit gratiam in oculis ejus; at
 Samarit. בְּעִינֵינו. LXX. וְיָצָא תְּבִיא אֶל עַלְמֵינו. v. 5. Heb. singu-
 lariter ponit vestis ejus, at Samarit. בְּלַא בְּלַהֲדָרִים. LXX. & Samarit. ha-
 bent וְיָצָא וְיָצָא. Gen. XLIII. 28. אֲבִינו עֹדָנו. בְּעִינֵינו אֲרֹנֵינו
 וְאָמַר שָׁלוֹם לְעִבְרָך לְאַבְנֵינו וְלְאַבְנֵינו. & dixerunt bene agitur de seruo tuo, patre nostro, is adhuc vi-
 vit, Samar. codex hujus lectionis ne vestigia quidem agnoscit,

sed substituit sequentia; וַיֹּאמֶר בָּרוֹךְ הָאֵשׁ הַוָּא לְאֱלֹהִים dixit, benedictus est vir ille Deo. Lxx. (sic impunè nobis ex vulgari loqui liceat hypothesi) utramque repererunt lectionem; ὅμοιαν
εἰς πάτησ τὸν πατήρ οὐ μόνον ζητεῖ πεπλωγμένον ὃ ἀποτελεῖ ποτε
καὶ τὸ Θεόν, quæ tamen appendix; ut notat Nobilius, non
ab Hebreo tantum, sed & à vulgata abest. Cap. 47. v. 21. Et tra-
duxit populum לְעָרִים in urbes; Samar. verò & Lxx.
εἰς πατήσ. c. 49. v. 22. Heb. habet בְּנֹת אָדָה עַל שׂוֹר filiæ ince-
dentes super murum. At Lxx. γόνος μεταπτυχώσας μετάδισπενθος;
lectionio prorsus alia, & ab Hebreo diversa, sed ex amissim codi-
ci Samarit. respondens בְּנֵי צָעִיר עַל שׂוֹר fili mi, natu minime, ad
me respice. v. 27. Vox Hebr. עַד, quam prædam vulgo interpre-
tantur, à Lxx. in ἐπι ex Samar. δι' transmutatur.

*Exodi cap. I. v. 11. pro Hebr. Lxx. ἡγιώσαστιν ἀντὴς, juxta
Samar. qui habet חִבְרָת u. cap. II. v. 3. pro Hebr. לְקָחַ לוּ תִּבְרַת. Lxx. ἡλεκτρὴν πατήρ αντε Σύβλου, juxta Samar. וְתָקַח לוּ אָמוֹת תִּבְרַת. Cap. V. v. 3. נָא, quod Lxx. cum Samarit. omittunt. Cap. VI. v. 19.
וְאַתָּ מְרִים, Lxx. addunt ἡ μασελαμ: sic Samar. quoque
אַתָּ מְרִים, Lxx. ἡλεκτραφα, sic Samar. אַלְיכָפָן. Cap. VII. v. 5.
וְיַרְעֵי מִצְרִים, Lxx. ἡγεώσοντι πάντες οἱ Αἰγύπτιοι, juxta Samar.
וְיַרְעֹו כָּל מִצְרִים. Sic v. 9. Hebr. תְּנוּ לְכָם מִזְבֵּחַ. Lxx. ἀδέτε τοῦ σ-
μείον ἡ τέρας, juxta Sam. אַלְפְּרָעָה. v. 10. תְּנוּ לְכָם אֹת אֹת מִזְבֵּחַ.
אַלְפְּרָעָה. v. 15. הַנָּה יִצְא. מִפְנֵי פְּרָעָה. Lxx. εὐαντίον φαραώ, sic Samar. v. 20. הַנָּה יִצְא הוּא. מִפְנֵה. v. 21. יוֹרֵם בְּמַתָּהוּ. Lxx. επιδειξις τὰς ράβδους ἀντες, juxta Samar. Cap. IV.
v. 6. Hebr. habet תְּנוּ וְיַרְעֵזָה, Lxx. addunt, εἰς κόλπας ἀντες, sic Samar. מִחְיקוֹ. Cap. VII. v. 28. בְּחִדר מִשְׁבְּכָה, sic Onkel. Ionath. Erpen. Saad.
Pers. at Lxx. plural. τὰ ταυτεῖα, prout Sam. בְּחִדר. Cap. X. v. 11.
וְיַגְרֵשׁ אֶתְם. לְכָל בָּהָלָגָו, Samar. v. 12. שָׁבֵב הָאָרֶץ. Lxx. شَبَّعَتْ يَمِים. v. 7. שָׁבֵב הָאָרֶץ. Sic Lxx. Cap. XIII. v. 7. שָׁבֵב כָּל פָּרִיעַ, sic Lxx. Cap. XIV. v. 7. שָׁבֵב יְמִים (vide suprà p. 249.) at Samarit. cum Lxx. six dies.*

*Leviticus c. I. v. 6. Hebr. וְהַפְשִׁיט, Lxx. ἡγεώσαστιν, sic Samari-
t. r.*

rit: idem occurrit **υ. 6. υ. 9. ϕ. υ. 10.** Cap. II. υ. 1. לְבָנִים, והפשיטו. Samar. addit. מנה הַיִצְאָה, sic LXX. θυσία ἔστι. υ. 11. תְּקַטְּרִוּ, Samar. redditו, תְּקַרְּבּו, sic LXX. θεωρούσθετε. Cap. III. υ. 11. הַקְּטַרְתּוּ, Samar. והקטר, sic LXX. עֲזָבֵב. υ. 13. ad vocem אהָרֹן Samarit. addit. חַפְשִׁיחַ, adduntur in utroque exemplari Samar. & Gr. hæc verba אֲשֶׁר מְלָא אֶת מִזְבֵּחַ, Gr. ὁ πετελειωμένος τὰς χεῖρας. Idem observatur υ. 6. ubi ad Hebr. Samar. addit. בְּאַצְבָּעַן, LXX. מְשֻׁתָּלָף, υ. 12. Heb. יְשָׁרָף, LXX. נְעַמְתָּאָגָן סְתָוָן, sic Samarit. υ. 18. ad vocem Hebr. קְטָרָת הַסְמִים, LXX. תְּמִימָה addit. Samarit. υ. 25. תְּמִימָה addit. Samarit. כְּתָרָת, LXX. תְּמִימָה. υ. 29. מְחַטָּאתוֹ אֲשֶׁר מְחַטָּאת, Samar. habet. מְחַטָּאת וְנוּסָחָה לוֹ, sic LXX. תְּמִימָה אֲמַרְתָּא, הֵיכָא אֲמַרְתָּא וְאֲמַרְתָּא. υ. 31. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אֱלֹהִים, Samar. & LXX. omittunt. Cap. VI. υ. 9. pro אָכְלָה, LXX. אָכְלָה. Cap. VII. bis, nempe υ. 11. ϕ. 25. occurrit verbum נִקְרִיב, Samar. & LXX. in utroque vers. adhibent plur. numerū. υ. 29. Heb. habet. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל תְּדִבְרָה לְאָמֵר. At Samar. נִקְרִיב לְגַעַל נִסְעָה. Cap. VIII. υ. 13. Heb. אָבְנָת, Sam. אָבְנָת, LXX. ζώνας. υ. 31. ubi Heb. habet Sam. addit. בְּמִקְדָּשׁ מְזֻעָּד אֲגִיא. Cap. XI. υ. 35. תְּצִוָּה, Samar. sic LXX. אָגִיא, Sam. אָבְנָת, ζώνας. υ. 36. מְעִין, מִזְבֵּחַ, Samar. addit. sic LXX. πηγὴν στάντων. Cap. XIV. υ. 6. אַרְתָּה, LXX. נְעַמְתָּא, sic Samarit. אֶת, υ. 13. לְפָנֵי יְהָה, יְהָה תְּהִלָּת, Sam. addit. הַמּוֹפְּחָה, υ. 20. לְהַעֲבֵר, Samar. תְּחִזְקָה, υ. 21. לְהַעֲבֵיד, Samar. תְּחִזְקָה, υ. 42. יְקַח וְעַתָּה, Samar. וְטַחו, LXX. λα-ψόνται εἰς ξελείφασι. υ. 45. וְנִנְתָּזֵן, Samar. וְנִנְתָּזֵן, LXX. נְעַמְתָּא, οὐτε λέπτο. Cap. XVII. υ. 8. עַלְהָה, at Samar. עַלְהָה, sic LXX. δέ αὖ ποιήσῃ. Cap. XVIII. υ. 2. אַל, LXX. οὐτέ, sic Samarit. לְהַעֲבֵר, Samar. לְהַעֲבֵיד, sic LXX. λατρεύειν. Cap. XIX. υ. 8. אַבְלִיו, Samar. אַבְלִיו, sic LXX. υ. 23. אַתְּךָ, Samar. אַתְּךָ, sic LXX. υ. 7. בְּאַנְיָה, sic Samar. quoque בְּיַקְרֹושׁ, LXX. δέ αὖ עַלְהָה, sic Samar. בְּאַבְנִים יְרָגְמוּ, Samarit. בְּאַבְנִים יְרָגְמוּ אַתְּךָ, sic LXX. αἴθοις λατέρβολήσθετε αὖτε. Cap. XXI. υ. 6. קְדִישָׁה, Samar. קְדִישָׁה, sic LXX. υ. 15. בְּעַמְיוֹן, Samar. בְּעַמְיוֹן, sic LXX. εἰ τῷ λαῷ αὐτῷ. Cap.

XXII. u. 5. שְׁרֵן אֲשֶׁר, Samar.interserit טַמָּא, LXX. ἐπειτα ἀνα-
θάρτε. u. 31. אֲנִי יְחִזָּה, Samar.& LXX.omittunt. Cap. **XXIII.** u. 5.
עֹשֶׂר לְחַדְשָׁ, Samar.interserit יְוִי, sic quoque LXX. μετέρα. u. 17.
שְׁתִים, Samar.addit חֲלוֹת, sic LXX. Μύο ἀρτάς. Cap. **XXV.** u. 35.
יְמִין, post hoc addit Samar. אֲחִיךְ, LXX. quoq; δ ἀδελφός σε. Cap.
XXVI. u. 20. זְהָרִין עַל, Samar. τὸ ξύλον τε
ἀγρά.

Liber Numerorum: cap. I. u. 44. Hebr. לִבְית אַבְתֵּיו הַי. Samar.
לְמִתְהָא אֶחָד לְמִתְהָא בֵּית אֲבוֹתָם הַי לְעַבְתָּהָם
חַמְלָא, LXX. καὶ φυλαὶ μία, φυλαὶ μίαν πατεράς ἀντίτι. Cap. **III.** u. 9. Sam. הַמְלָא, חַמְלָא הַז. 13. Sam. תְּפִתְּיָה, LXX. ἐπαγγέλματα. u. 19. Sam. מִבְכּוֹר. Cap. **IV.** u. 46. Sam. מִבְכּוֹר, sic LXX. ἀπό την γενεσίν. u. 49.
הַפְּרִוּס, Samar. הַפְּרִוּס, sic LXX. τὰ λύτρα. Cap. **V.** u. 6. פְּרִישָׁו, Samarit.addit. פְּרִישָׁו, sic quoque LXX. ἀπό την βαλεῖται τὸν αὐλαῖς. u. 15. LXX. τὰν αἱ ἀράται, juxta Samarit. מְשָׁא. u. 19. Sam. אַתְּ קָרְשָׁה, LXX. τὰς τὰ ἄνθες, sic Samar. אַל, Samarit. וְלִבְית, LXX. τὰς τὰς τὰς, post hoc Samarit. cum LXX. 1 omittit. Cap. **V.** u. 6. בְּנֵי יִשְׂרָאֵל post hoc Samarit. addit לְאָמֶר, sic LXX. λέγων. Cap. **VI.** u. 20. לְבָרֶן, post hoc Samar. addit יְהִיה, sic LXX. ἔται. Cap. **VIII.** u. 4. עַד פְּרִיחָה, LXX. τὰ נְצָרָאτ, juxta Samar. בְּיוֹם הַכְּבָתִי. u. 17. פְּרִיחָה, Samar. בְּיוֹם הַכְּבָתִי. Cap. **XI.** u. 12. אַל, Samar. אַל, sic LXX. εἰ τὰς γῆשׁ. Cap. **XIII.** u. 15. בֶּן מַכְ. Samar. מַכְ. Sic LXX. μαχ. u. 18. בְּגָבָב, Samar. בְּגָבָב, Sic LXX. μαχ. u. 19. post hoc Samarit.addit sic LXX. quoque. Cap. **XIV.** u. 18. post hoc Samarit.addit וְהַדְרָמָה, sic etiam LXX. ἀδηνίας καὶ ἀμαρνίας. u. 45. in fine post hoc Samar. addit יְשֻׁבוּ אֶל הַמִּחְנָה, LXX. וְשׁוּבְוּ אֶל מִצְרָיִם εἰς παρευθαλά. Cap. **XV.** u. 12. כְּמִסְפָּר, Samar. כְּמִסְפָּר, sic LXX. καὶ רְגָמָנו, Samar. רְגָמָנו, sic LXX. λιθοβολήσεων. Cap. **XIX.** u. 17. וְנִתְן, Samar. וְנִתְן, sic LXX. וְשׁוּבְוּ אֶל הַיְתָה. Cap. **XX.** u. 24. אַל עַטְיוֹן, Samar. לְכָס, LXX. habet υἱὸν, juxta Sam. Cap. **XXI.** u. 21. Samarit. רְבּוּ שְׁלֹמֹם, sic etiam LXX. ἀπό την γενεάσεων. u. 31. Hebr. בְּאַרְץ, Samarit. בְּאַרְץ, LXX. ἐν ταῖς πόλεσι.

מְעוֹדָר, Samar. יְלַחֵבּוּ, LXX. εὐλέξει. v. 30. חֶנְדָּר, Samar. Χενδρός, LXX. εὐόχτος σε. Cap. XXIII. v. 20. חֶנְדָּר בָּרֶךְ, Samar. omittit, sic & LXX. & Samarit. habet, LXX. εὐλέ-
גִּיעַ. v. ult. בְּמוֹתָה, Samar. בְּמוֹתָה, sic LXX. וְתֵן βασίδι. Cap.
XXIV. v. 7. מְדָלוֹן, LXX. εἰν τῷ αὐτῷ μέτρῳ μέτρος, sic Samar.
Cap. XXV. v. 17. צָרוֹר, Samarit. צָרוֹר, sic LXX. ἔχθραίνετε. Cap.
XXVI. v. 1. נְעָה, Samar. נְעָה, sic LXX. καὶ νεύ. Cap. XXVII.
v. 17. יְאַכְלֵנָה, Samarit. יְאַכְלֵנָה, LXX. εἴδετε. Cap. XXIX. v. 4. Hebr.
יְעַשְׂרֹן, Samarit. bis reddit hoc vocabulum, sic & LXX. Μένατον,
Μένατον. v. 5. אָחָד חֲטָאת, Samarit. λοχτάτη, sic LXX. ὕπερ διαφρίας.
v. 11. וְשָׁבֵעַ, Sam. sic LXX. ἀπονεψήσῃ ἀποτίε. v. 12. וְנָסְכִּיהָ, Samarit.
subjungit, όνομα, sic LXX. επανταῦ ὑμῖν. Cap. XXX. v. 6.
וְקָטוֹן נְדָרִיהָ, Samarit. לֹא יָקְטוֹן, sic LXX. καὶ συνταγή. v. 8.
יְקָטוֹן נְדָרִיהָ, Sic LXX. καὶ συνταγή. v. 15. קְטוֹן אַתָּם, Samar. קְטוֹן, sic LXX. επανταγή. v. 12. קְטוֹן, Samar.
Cap. XXXI. v. 2. אַחֲרָם, Samar. אַחֲרָם, sic LXX. καὶ ἔχατον. v. 12.
וְאַל עַדְתָּה, Samar. בְּלֹעַדְתָּה, sic LXX. haben etiam πάντας. v. 15.
חַחִיתָם, Samar. præponit לְמַה, sic LXX. οὐαὶ τὸ οὐαγέσσατε. v. 27.
וְאַלְמָתָה, Samar. בְּן תְּפִשִּׁי הַמְּלָחָמָה
וְאַל תְּעַבְּרָנוּ, Sam. אל תעברנו, sic LXX. επανταγή. Cap. XXXII. v. 5.
וְיְהִילְכָּם, Sam. יְהִילְכָּם, sic LXX. καὶ στο. Cap. XXXV. v. 5.
חַטְמָאָו, Samar. חַטְמָאָו, LXX. μαγεῖτε.

Deuteronomion: cap. I. v. 8. נְשַׁבּוּ וְהַזְּרִיר, Samarit. LXX.
וְאַלְמָסָה. v. 28. וְרַם, Samar. sic LXX. καὶ πολὺ. v. 41. Sa-
marit. addit. אלְהִינוּ, sic LXX. καλύπτε Θεόν τούτον. Cap. IV. v. 13.
צָוָה, Samar. צָוָה, LXX. quoque εὐτείλατο καὶ μέν. v. 12. עַל נְחָלָה, Samarit.
וְיִשְׁבּוּ לְבָلְתִּי, LXX. quoque καὶ ιατερ. Cap. IV. v. 21.
Samarit. omittit, לְבָלְתִּי, sic LXX. tantum habent καὶ φύσεων.
v. 37. בְּרוּעַס אֶחָרְיוֹן, Samar. בְּרוּעַס אֶחָרְיוֹן, LXX. τὸ στέμμα ἀπέστη μετ'
αὐτῶν. Cap. V. v. 29. אֶת־כָּל מִצּוֹתִים, Samar. omittit simul cum
LXX. Cap. VI. v. 7. בְּבִתְחִיקָה, Samarit. בְּבִתְחִיקָה, sic LXX. εἰ σκά-

נ. 20. Sam. præponit יְהִי, sic LXX. ηγένεται. Cap. X. v. 10.
 מ. אָבֹה, Samarit. אָבֹה, sic LXX. οὐτός. v. 13. מְצֻוֹת יְהִי, Samar. sub-
 jungit אָלֹהִיךְ, LXX. quoque οὐτέ τι Θεός σε. Cap. XXX. v. 18.
 אָשֶׁר אָתָם עֲבָרִים, Samar. אָשֶׁר אָתָם עֲבָרִים, sic LXX. εἰς λαὶ οὐκεῖς δια-
 βαίνετε. Cap. XXXI. v. 13. Hebr. אָתָם, Samar. habet חָתָם, LXX.
 quoque ἀντί. v. 16. וְהַפְרוּ, Samar. πορεύεσθε. Cap. XI. v. 8. pro Hebr. מֵצֹוק LXX. οὐτέλλουσαν υἱού. Samarit.
 מְצֹוֹת, v. 10. εἰσπορθεῖτε υμεῖς, ex Samarit. ubi
 Hebr. habet אָתָה בָא. Sic. v. 14. LXX. habent Καὶ μάστι, juxta Samar.
 וְנוֹתָן, ubi Hebr. וְנוֹתָן. Cap. XII. ejusdem lib. v. 28. ubi Hebr.
 habet שְׁמֻת, Lxx. addunt ή ποιήσεις, juxta Samar. γένη. v. eod.
 Hebr. מְצֹוק, Lxx. subjungunt σήμερον, sic Samarit. חַיָּה. Cap.
 XIV. v. 19. Hebr. utrumque exemplar Græcum &
 Samaritanum variat. Gr. enim habet φάγεσθε, & Samar. תְּאכַלוּ.
 Cap. XV. v. 4. voci יְהִוָה Lxx. subjungunt οὐ Θεός σε, sic Samarit.
 אָלֹהִיךְ. v. 14. vocem Lxx. reddunt καθόν, juxta Samarit.
 כְּאַשְׁר. Cap. XVI. v. 8. תְּעַשָּׂה מְלָאכָה, sic legitur. in Hebr. additur
 autem in exemplari Samarit. כֹּל & in Lxx. πᾶν ἐργον. v. 9. Hebr.
 מְהַלֵּךְ, Lxx. ἡρξαμψύς σε. sic Samarit. Cap. XXIV. v. 4.
 Hebr. תְּחִתְיָא Lxx. μιαρεῖτε, juxta Samar. תְּחִתְיָא. Cap. XXVII.
 v. 17. וְאִמְרָוּ, Lxx. οὐ θρέπτε, sic Samaritanus codex vers. ult.
 ejusdem cap. יְקִים אֶת דְּבָרֵי, Samaritanus codex addit. כֹּל, sic Lxx.
 πᾶν τοῖς λόγοις. Hieron. & Morinus : de hoc tamen loco fusè
 actum suprà p. 151. Plura conformitatis exempla colligi
 potuissent ; sufficient autem ista, proinde à nobis fideliter an-
 notata, & ex tenebris in lucem producta, i. ut ubilector Ver-
 sionis Lxx-viralis in alias & diversas planè ab Hebræo incidat
 lectiones, ortas nec ex absentia punctorum vocalium, nec li-
 terarum ejusdem organi confusione, altius, ad exemplarium
 diversorum usum, assurgat, in Lege præsertim, quam pari stu-
 dio cum Judæis transtulerunt Samaritani. 2. Ut, non sine ratio-
 ne, authores ex Sam. codice Versionem Græcā cusam statuere,
 intel-

intelligamus. Unde autem, *inquis*, amicus ille utriusque Codicis consensus, & à veritate Hebreæ enormis dissensus? R. verbis respondebimus Johan. Morini, magni alioquin editionis Græcæ pariter ac Samaritanæ Hyperaspistæ; ita ille de Hebrei Græcique textus sinceritate lib. i. Exerc. 10. c. 1. loquitur: *Sic à principio non fuisse nullus dubito; lapsu igitur temporis in textum hæc in vecta sunt.* Nam Judæorum illos sapientes translationem Hebreo textui conformem edidisse evidens est. Hæc est Philonius, Josephi, Talmudistarum & omnium Judæorum sententia. Et paullò post: *Conformatatem illam ad usque tempora Christi in violatam permanisse, dubitare nemo potest.* Differentiæ enim illæ, si ullæ fuissent; quæ aut momento aut numero suo considerari meruissent, Philonem & Josephum non latuissent, Josephum præcipue, Græcæ & Hebraica Lingua periussum. Cùm vero summis laudibus translationem illam in cælum usque exexerint, de illius discrimine ab Hebreo textu altissime tacuerint, àvaritippon est argumentum, textum utrumque fuisse conformem. Hæc Morinus. Sed urges: quomodo varietas illa irrepit? R. Natum, inquit idem Morinus, videtur tantum textuum illorum dissidium à seculo Christi ad seculum Origenis. Utut hoc εν τλάτῳ verum esse possit, propius tamen accedendum; & notoriæ hujus varietatis initium, vel ad Judæos Alexandrinos, & linguae, & Pentateuchi usu, propter odium, quo in Palæstinæ apellas flagrabant, Samaritanis affines, quos proinde sponte scripturas Græcas corrupisse Judæorum doctissimi quique credunt (vide Mœr En. p. 49. a.) כוח לשפט כי מפני השנה והקנאה לא שקטו ולא נחו עד אשר זי' פיר והפסידו את ההתקה היה אשר יצא לה שם גנום כי כליל פיר verisimile valde est, quod propter odium & invidiam, quâ flagrabant, non cessarint, nec quieverint, donec falsassent & corruissent versionem illam, quæ magnam passim famam inter gentes de perfecta pulchritudine obtinuerat: vel ad ipsum Origeneim, χαλκιντεον & σωτεριον, ob immenses quos exantlavit labores, dicatum, non sine causa referendum existimamus. *Origenes enim*

nim, ait *Claudius Salmasius* de Hellenistica p. 243. in Hexaplis suis, *Theodotionis Versionem*, quod nescio an aliquis adhuc obser-
vaverit, miscuerat & inseruerat versioni ḥp LXX. Cujus vitii il-
lustre exemplum dedimus, in libro de *Trapezeticō fenore* ex 22.
Deut. ubi sic legitur: ἐν ἔσαι πόρην ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ ἐν
ἔσαι πορνῶσσων ἀπὸ τῆλειῶν Ἰσραὴλ. Deinde subjungitur statim: ἐν
ἔσαι τελεσφόροις ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ ἐν ἔσαι τελισκόμενοις
τῆλειῶν Ἰσραὴλ, quae idem omnino sonant; sed alius verbis, cum pre-
cedenti complexu. Quid si idem nos dicamus de versione *Sym-
machi*, hominis *Samaritani*, quam *Origenes* (præter contextum
geminum Hebræum, alterum Hebraicè, alterum verò
Græcè scriptum; Aquilæ; Theodotionis; Lxx Hierichunti-
nam; Nicopolitanam; translationes) Octaplis suis inseruerat?
Quām autem facile amanuensium injuriā, & lingua sanctorum
ignorantiā factum semel, receptūmque semper, ut Samaritanorum aliqua versio Græca, sive Symmachī illa sit, sive etiam
alterius Samaritani, paullatim incautè irreperet? Id, ut ne di-
xisse tantum videamur, probabimus exemplo supra jam allato.
Gen. cap. 43. v. 27. Hebraic. contextus habet יְאַמְרֹו שָׁלֹּו וְלִעְבְּדֵךְ לְאַבְנֵו וּדְנוּ חַיִּים
& dixerunt pax est seruo tuo, patri nostro,
is adhuc vivit; quæ quidem in Versione Græca sic optimè
redduntur, ὡντινὲς ὁ παῖς σὺ ὁ πατὴρ ἡμῶν, ἐπὶ ζῆν. Sed præter
hęc verba alia sequuntur, quorum nec vola, nec vestigium ap-
paret in veritate Hebraica, nempe, καὶ εἰπειν, ἐν λογοτεχνίᾳ ὁ ἀνθρώπος
& οὐεῖν οὐ θεῶν. Unde verò hęc verba? Ex Samaritani cer-
te cujusdam versione inserta sunt, sicque duplex Versio Græ-
ca, quarum altera ex Hebræo, altera ex Samaritano contextu,
coaluit in unam: Totidem enim verbis in originali Samarita-
no, appendix hęc exprimitur: וַיֹּאמֶר בָּרוּךְ הָאִישׁ הַזֶּה לְאֱלֹהִים
& dixit, benedictus est vir ille Deo. Unum hoc exemplum con-
jecturam nostram satis reddit probabilem.

Convenit posterior hęc conjectura cum plerorumque,
corum nempe, sententia, qui Biblia Græca nec ex Chaldæo
nec

nec ex Samaritano, sed Hebræo contextu transfusa dicunt, priorem tamen præferrem, nisi obstante, qua in Exercit. An-
timor. S. 42. ventilavimus, & si hypothesis Scaligeri, cui eruditæ
non pauci aures substrinxerunt, de Judæis Alexandrinis esset
ἀνεξαγώνιθ. Sanè, si operâ Judæorum Alexandrinorum
Translatio Græca, summa urgente necessitate, prodiit, nihil
est vero similius, quam credere i. Eos in versione non Palæsti-
norum (vetabant enim mutuæ simultates & odia, de quibus
Joseph. Antiq. Jud. lib. I g. c. 10. & contr. Apion. Philo item lib.
de Legat. ad Cajum) sed vel codicibus Samaritanorum, qui-
bus cum, propter commune Imperii Alexandrini jugum, me-
liùs sine dubio convenerat; vel aliis quibusunque, ad Esræ &
Synedrii Magni Masoram non castigatis, usos fuisse exempla-
ribus. Non somnium est, nec figmentum. Ita sentire nos cogit
maxima illa differentia, quæ inter codices Græcos & Hebræos
jam inde à multis seculis fuit observata, nec aliter tolli in mul-
tis potest, nisi per Examen codicis Samaritani, ejusque cum
editione Græca collationem. II. Atque hinc tot manifestos
& notorios irreplissime errores, atque à textu Hebræo dissonan-
tias. Alexandrini enim Judæi, ut alibi diximus, Lingua He-
braicæ minus erant periti. Periculosem, quin & superciliosum
videtur, à recepta tot eruditorum opinione deflectere; at qui
cum cura hæc tractaverit, versionemque Græcam cum veri-
tate Hebræa contulerit, cognoscet non sine causa ad ejusmo-
di conjecturas nos delabi. Nec primi hanc frangimus glaciem;
præcesserunt enim alii. *Causa*, inquit Augustinus *Steuchus*
Eugubinus Gen. 23. 15. tantæ varietatis fuit, quia alios habebant
Codices. Ubi igitur nunc in Hebraicis codicibus legitur ḥ, hoc est,
ει, ea tempestate videtur legi solitum ḥ, hoc est, NON: quæ duæ
voces in sôno quidem nihil discrepant, in scriptura non mediocri-
ter. Si alios Alexandrini isti Interpretes habuerunt Codices,
aut emendatores fuerunt, aut mensesiores. Non emendatio-
res, quia iis gaudebant Judæi Hierosolymitani, penes quos

306 THESAUR.PHIOL.L.I.C.3.DE TRANSL.MAS.& KABB.
asservabantur vel autographa, vel saltem, sub templo secun-
do, Apographa integerima; ad quorum tenorem omnia cor-
rigi debuerunt exemplaria. Ergo mendoſores, vel inutuatos à
Samaritanis, vel vetustate temporis corruptos. Vide Cl. Buxt.
de orig.punct.p.133..

QUÆSTIO V.

*Qui, qualés, &c. fuerint Interpretes
Græci?*

Præclarè admodùm Clariss. *Rivetus, Isagog. ad Script. Sacr.*
cap.10. Sub Ptolomæo factam fuisse versionem LXX, nolim refragari: huic etiam rei præfectum fuisse hunc numerum Interpretum,
contra tot authorum consensum, et si non ausim præfracte negare,
licebit tamen dubitare. Certè, quotquot, id sibi negotii dari, ani-
mum ut ad exactam versionis Græcæ historiam adornandam
appellerent, crediderunt, hæsitandi argumenta posteritati
suppeditârunt non contemnenda. Propositæ quæſtionis eno-
datio & examen, de Interpretum Græcorum individuis, testis sit.
Parùm quidem intererat nôſſe, quibū nam nominibus Inter-
pretes Græci singuli venirent: ubi verò Historici, quò sic ma-
jorem scriptis suis conciliarent fidem, operæ pretium dux-
runt, nomina Paraphraſtarum exprimere, nemo dubitabit,
vel integræ historiæ gravissimum ex eo vōθēias imminere pe-
riculum, quòd tam enormiter, imò διε δρα πασῶν alii ab aliis
dissideant. Eamus in rem præsentem. *Aristæas*, à quo uno
multi, cætera ὄξυς πνέσατο, ſuos avidè imbiberunt errores, hac
nobis ſerie ὥψ εἰδουντο Collegium ſiſtit. Ex tribu Juda e-
rant *Josephus, Ezechias, Zacharias, Joannes, Ezechias, Elisæus*.
Ex tribu Ruben *Judas, Simon, Samuel, Adeus, Mathias, Esche-
mias*. Ex tribu Gad *Nehemias, Josephus, Theodosius, Baseas, Or-
nias, Datus*. Ex tribu Aſer *Jonathas, Auxreas, Elisæus, Ananias*,

Chaa

Chabrias, Sachus. Ex tribu Neptalam *Iasachus, Jacobus, Jesus,*
Gabateus, Simon, Levi. Ex tribu Manasse *Judas, Josephus, Si-*
mon, Zacharias, Somelus, Selenias. Ex tribu Simeon *Sabathetus,*
Jason, Jesus, Theodorus, Joannes, Jonathas. Ex tribu Levi
Theodosius, Jason, Jesus, Theodorus, Jonas, Jonathan. Ex tribu
Isaschar Theophilus, Abraham, Arsamis, Jason, Endemias, Da-
niel. Ex tribu Zabulon *Jeremias, Eleazarus, Zacharias, Baneas,*
Eliseus, Datheus. Ex tribu Ephraim *Samuel, Josephus, Judas,*
Joathes, Gabel, Dositheus. Ex tribu Benjamin *Isaelus, Joannes,*
Theodosius, Arsamenes, Abierhas, Ezezelus. Mirum sancè, nisi
tesseram apud omnes cordatos, vel mediocri usu iudicii, Hi-
storiarūmque notitiā pollentes, hoc Interpretum Catalogo,
magnam partem Græco, Aristæas confregerit! Senos ex sin-
gulis tribibus ad Ptolemæum missos tradit. Quî verò hoc il-
lorum temporum faciei consentaneum erit? Quî ex qualibet
tribu seni missi sint? Cùm in Judæa, et si forsan ex aliis tribu-
bus aliqui cum Judæis & Benjaminitis habitarent, reliquæ ta-
men tribus in certis non hæserint sedibus, utpote quarum ma-
xima pars jam olim ab Assyriis deportata: nec soluta unquam
earum captivitas fuerit. Imò, quod tamen delirium nugaci-
bus Verporum Magistris acceptum ferendum, ipsi illi à Sal-
manassere in abjectissimam redacti servitutem Israëlitæ *et re-*
voluta nunc potiuntur, ab omni irruptione tuti. Notorium cer-
tè παρεγανα!

At queras: Posito, res Judæorum ita fuisse in integro, ut
vel singulæ tribus suos mittere potuissent Interpretes; quod
tamen video difficulter evinci; eâne deum occasione Elea-
zarus delectum hunc instituit, an Collegium, LXX. constans
viris, huic negotio dari destinavit? *Resp.* Et heic meri fluctus!
Aristæas in ea videtur fuisse sententia, ad tam præclaram ob-
cundam functionem tum deum LXXII. selectos esse, quan-
do Eleazar sacerdos à Ptolemao Ægyptio fuit solicitatus,

quod & R. Azarias in Meor Enaj imp. 17 integro capite, de ele^tione Seniorum ab Eleazaro, inscripto, innuit.

Aliter longè Hilarius, eumq; sequutus Baronius ad Annum Christi cccxxxi. scđ. i 8. quibus ipsoſ Synedrii magni aſſeſſores L. XXII. verſionī ad ornandæ adhibitos fuſſe magis placuit, hac de cauſa, quod vulgò, Seniores, nomine Synedrii Hierosolymitanī consiliariis uſitatiſſimo, appellarentur. Sed falluntur. Ita enim ipſe quoque ſummuſ ſacerdos Eleazarus, tanquam Synedrii p̄ſes, primariūmque ejus membrum, ut vult Baronius ad An. Christi cccxxi. S. 10. (quod nemini haſtenus oꝫ n̄at̄ ὥρα in mentem veniſſe exiſtimo) ex numero Interpretum fuſſet. Hoc ſanē ſi exactiūs Baronius perpendiſſet, aut nunquam Synedrium Hierosolymitanum in Agyptum migrâſſe, aut, præter antiquitatis Iudaicæ authoritatem, Pontificem Max. Synedrii Præſidem, quem vulgò רִאשׁ הַיְשָׁבֵחַ, caput ſeſſonis, vocant, fuſſe, minimè contendiſſet. Selenus quidem, doctiſſimo de ſuſſeſſionib⁹ ad Leges Hebraorū libro, ut nodum de gemino tempore Christi Sacerdote, Anna & Cajapha, ſolveret, Baronii ſententiæ tacitè ſuffragari videtur, ſed ipſe cauſæ diſfidens; ſi conjeſſturæ venia ſit; præfatur. Caſaubonus verò, adeò h̄c omnia (quaꝫ Baronius de ſummo Sacerdote, Synedrii p̄ſide, diſſe- rebat) falſa pronunciavit, ut miratus ſit, poſtquam illa Baronio excidiſſent, non fuſſe repertum Romæ aliquem virum gravem, et terum Iudaicarum mediocriter callentem, qui ſui illum erroris ad- moneret. Nec quicquam stringit vox Seniorum, cum, ut reſte- monet Clariſ. Altingius Hist. Eccl. loco II. h̄c nomen ſit ætatis, non dignitatis. Dato igitur, non tamen confeſſo, ſenōs ex ſin- guliſ tribub⁹ fuſſe miſſos, quod Ariftreas, Epiphanius, aliq; ſentiunt, quomodo, illos Synedrii Hierosolymitani membra fuſſe, probabitur? Synedrium quippe illud; ut verè monet And. Rivetus in Isag. ad Script. Sacr. p. 127. non ex duodecim tribub⁹ poſt capiavitatem Babyloniam conſtabat, ſed, quaꝫ plorūmque ſententia eſt, ex ſola tribu Iudea. Adde, quod, cum Synedrium in- ritu-

sticulum esse ad judicandum de causis difficultibus, in populo oboris, sedemque haberet Hierosolymis fixam, existimare illos, qui Synedrium illud constituebant, deserto Reip. clavo, in alienam omnes regionem transmigrasse, impertinens omnino est.

Neque verò tantum in iis, quæ generatim de LXX. viris, sive Synedrii Magni afferoribus, sive ex singulis tribus adscitis, multi proferunt, sed & cætera, quæ sparsim autores alii, de certis tantum individualiis recensent, & anachronismis & parachronismis monstrosis, planèque àoꝝátoꝝ, refutantur. *Eurychius*, Patriarcha Alexandrinus, ad fratrem suum, *Isa*, historiam Ecclesiasticam universalem scripturus, monet in præfatione, se eam studiosè ex Lege, Evangelio, aliisque & antiquioribus, & recentioribus scriptis collegisse: inter LXX. autem Interpretes ipsum quoque refert *Simeonem Justum*, cuius historiam fideliter ex Arabico translatam, quia rara est, hoc loco inseremus. Fuit autem quidam ex LXX. viris, *Simeon Justus*, qui excepit ulnis Dominum nostrum Christum in templo. Cùmque Legem explicuisset, & scripta Prophetarum ex Hebræo in Græcum transtulisset, accidit, quotiescumque Prophetiam de Domino Christo invenit, corde suo meditatus dixerit: Hoc non eveniet. Et produxit Deus terminum vitæ ejus, ut vivaret an. 350. usq; dum nempe vidit Dominum Christum. Cùmque eum oculus suis usurpasset, dixit: Nunc dimitte servum tuum, &c. Eadem habet *Elmakinus* in Historia p. 159. Certè si *Simeon Justus*, Hillelis Babylonii filius fuit (quod quidem negat *Lud. Capellus*, Orat. de nomine p. 162. alii verò, *Petrus Galatinus*, de Arcan. Relig. Christ. lib. 1. c. 3. *Guilielmus Postellus*, de orbis concordia lib. 1. p. 24. *Buxtorf*. in abbreviat. Hebr. p. 175. *Schikhardus* de jure regio, cap. 6. p. 168. & *Bechin. Happerusch.* p. 26. non inviti concedere videntur) tamdiu inter mortales eum fuisse, falsum erit. Etsi enim Hillel, Pater ejus, vulgo יְהִלָּה, *Senex*, appelletur, annum tamen vigesimum tantum supra centesimum, narrantibus sic

Talmudicis & historiis Hebraicis, attigit. Unde consequeretur, vel duo secula filium natu majorem esse Patre.

Gilbertus Genebrardus, Petrus Galatinus, Christophorus Be-soldus, etiam Jesu, filium Syrach, Hierosolymitanum unum ex LXX. Interpretibus (qui juxta *Jansenium* eo tempore florebant) fuisse volunt. Eleazarum etiam, qui sub Antiocho martyrium subiit, volunt non contemnendam in versione Lxx. viralii locâsse operam. *Elmakinus* p. 159.lib.cit. אלסבעין שיכא אלעאור אלי קתלה אנטיבאנס אלמלך למא למס id est, *Fuitque è numero LXX. seniorum Eleazarus*, quem occidit *Antiochus Rex*, propterea quod adorare nolle *Iolum ejus*. Idem alicubi refert author lib. *Juchasin*.

Ita omnia confusa, & verè ἀγντάλλακτα cùm sint, quis vitio nobis vertat, si historiam Versionis Græcæ, quoad ipsos etiam Interpretes, perplexam pronuntiemus atque dubiam?

QUESTIO VI.

An Graci Interpretetes totam V.T. Scripturam Canoniam, an verò Pentateuchum solum fuerint interpretati?

Trifariam ad hanc quæstionem vulgo respondent. *Alii* solum Pentateuchum ab Interpretibus Græcis translatum volunt. *Alii* contrâ totum Contextum V.T. Græcè ab iis redditum probant. *Alii*, certis utrinque authoritatibus pressi, ὡς μῆτραις τοῦ θεοῦ καὶ ἀκμῶις hærentes, ἐπέχον. *Primus*; si ab Ἰωσήφῳ μαίω Aristæa discesseris; qui solum Pentateuchum translatum ab Interpretibus Græcis velle videtur, fuit *Josephus Hebreus*, cuius testimonium hac de re in præfat. Antiq. Judaicæ hujusmodi est: Πολομαῖος ὁ δευτεροθεός βασιλεὺς, φὲν παιδείαν καὶ βιβλῶν σωματικῆς αὐδάσας, Εξαρέτως ἐφιλοτιμόθη τὸν ιμέτερον νόμον, καὶ τὴν κατ' ἀυτὸν θράσειν τῆς πολιτείας εἰς τὴν ἑλλάδα μετεῖ-

μεταβαλεῖν. Οὐ γάρ πάτη ήτιν ἀρχιερέων ψάλτης ἀρετῆς δέσποτος, Ελεάζαρος, ταῦτα καθηκόντα βασιλεῖ ταύτης διασταύσαι τῆς ὁφελείας ἐπιφθάνεις, πάντας ἀντεῖπων αὐτῷ, εἰ μὴ πάτερον οὖσαν ήτιν, τὸ μηδὲν χειν τῷ πατέλῳ ἀπέρριπτον. Οὐδὲ γάρ πάσαγα σκέψειν φέρει λαβεῖν τὴν ἀναγραφὴν, ἀλλὰ ἀντὶ μόνα τὰ τὰ νόμου παρέδωσαν οἱ πατέρες, οὐ τὸν ἔξηγητον παραγένεται τοιόντας. Consentient Talmudici, qui itidem Mosaicam tantum Legem LXX. interpretatos esse, ostendunt. In Mass. Soph. c. i. Hal. 8. hæc habentur verba: שׁוב מעשה בתלמי המלך שכנס שבעים ושנים זקניהם והושיכם בשבעים ושנים נתים ולא גלה להם על מה ננטם. וכנים לכל אחד ואחר מהם אמר להם כתבו לי תורה משה רבנן. נתן המוקום עזה בלב כל אחד ואחר והוא כימי דעתן לרעות אחרת. Id est, *Alia historia de Ptolmai* (Ptolemaio) Rege, qui congregavit LXXII. senes & collocavit eos in 72. domibus, nec revelavit eis, cur convocarit illos; sed separavit unumquemque illorum dixitque: *Scribite mihi Legem Mosis, Magistri vestri.* Tunc suggerens Deus consilium in corda singulorum, ut congruerent sententiae eorum in sententiam unam. Exara verunt ergo ipsi Legem quilibet seorsim. Quam traditionem ipse merito falsam appellat Morinus Exercit. Bib. p. 360. Ex Patribus Hieronymus est, qui in quaest. Hebr: in præfat. in Paralip: in cap. 5. Ezech. & in c. 2. Micheas, propendere in eam videtur sententiam, quasi solum Pentateuchum LXX. Interpretates verterint, quod ex Aristæa, eandem foventis sententiam, libello de LXXII. Interpretibus, & ex Josepho probat. Ex recentioribus Scriptoribus Claudius Salmasius Hieronymum est sequutus. Verba ejus hæc sunt: *Atqui constat inter omnes ferè, nihil ab illis (LXX. Interpretibus) translatum esse in Græcum sermonem, praeter Pentateuchum.* Guilielmus Schikhardus iisdem calculum suum addit. In Bechin. Happerusch. p. 38. sic ait: *Sed ne plura videtur passura fuisse brevitas. Nam ab αὐτῷ Αρισταῖον, 72. diebus, ad personarum suarum numeros, hoc pensum absolvisse memorantur, quo tam angusto aliquot diecularum spacio, Amanuensis ilorum*

lorum Græcus, Demetrius vix saltem descripsiſet, nedum illi pre-meditatè vertiffene totum vetus Instrumentum: cuius 72. pars, que uni diei cederet, non certè minor evadit 14. prioribus Genesios capítibus, expedito Scribae sat negotii faceſuris. Haec tenus Schik-hardus. Atque hæc prima sententia est, quâ Authores jam re-censiti, solum Pentateuchum versum à LXX. statuunt: qui-bus non parùm favere videtur mirus ille consensus, quem ver-sio Græca habet cum Pentateucho Samaritano, de quo suprà.

Alii verò, primam hanc sententiam, tanquam minùs soli-dam, & authoritatibus magis, quâm rationibus suffultam, re-jicientes, statuunt, universum Scripturæ έδυσθαι Græca indu-tum dialeto esse. *Justinus Martyr* sententiæ huic suffraga-tur in Dialogo cum Tryphone Judæo; in Apolog. item ad Antonium Imperatorem. Celebre est *Clementis Alexandrini* hac in re testimonium, qui lib. 1. Stromat. disertè quoque Pro-pheticos libros addidit, cùm diceret: ἐρύμεις οὐδέποτε εἰς τὸν τόπον, οὐ τὰς ωφελητὰς, ἐκ τῆς θύμης ἐβραίων διαλέκτων τῶν ιερῶν ἐλάσσων γλώτταν φυσίν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαῖον, &c. Id quod & *Irenæus*, Lugdunensis Episcopus, non paucis antè annis scripserat. Apertè etiam & disertissimis verbis *Eusebius* ιερουσαλήμιον Εὐαγγελικὸν libr. 3. ex Aristobuli libro ad Re-gem Ptolemaeum: *Nos omnes scire*, ait, (tanquam in re mani-festa, & omnibus nota) ante Demetrii Phalerei tempora, imò Persarum imperium, V. Mosis libros, parùm quidem commodè, in Græcam Linguam versos fuisse: totum verò Scripturam nostram Sacram, Demetrii Phalerei operâ, & Philadelphi Regis iussu, reštè translatam. Sic Elmakin. Hist. Eccles. p.m. 159. אמרה מ מלך בטהר מוס אין יסנרא אלתורה וכותב אלנבייא Et iussit eos Rex trans-ferre scripta Legis & Prophetarum. *Epiphanius* quoque, Inter-pretationis narraturus historiam, omnes Scripturæ libros si-gillatim recenset, ac quâ singuli ratione traducti sint, narrat: deinde verò Iudæos transmisisse scribit XX. veros & genuinos, LXX. Apocryphos libros. Ex Iudei ita sentit *Josephus ben Gorion*,

tion, quem quidem magni aestimat in citatione hujus testimonii Morinus lib.cit. p.361. Sed νοθεῖς pridem convictus est non à Scaligero tantum cont.Serar.c.4.& 5. Rainold. Præl. de Apoc.Script.lect.100. sed & Baronio, Possevino, Maldonato, ut videre est apud Cœcum in censura p.49.

Tertii denique, argumentis utrinque ponderatis, rem in medio relinquunt. Sic R. Gedalias in Schasch Kabb.p.24.non deesse argumenta in partem utramque scribit, difficultem proinde sibi optionem videri, cui potissimum accederet sententia. Verba ejus haec sunt: ויה ראוּ לבקש אָם זאת ההעתקה היהת: של חמשה חומשי תורה לבר או כל המקרא וכמו בז' כילא מצתי דבר מפורש בז' . כי יש פנים לכאון ולכאן כי נמצא לחול כמה פעמים תורה שromo לכל המקראית ולפעמים רומו אל החומש לבר. ודברי אריסטיאה הזה וגס מדברי היוסיפון ודברי פילון: Hoc est, Inquirere nunc convenit, an translatio ista fuerit tantum quinque librorum Legis, an totius Scripturæ? Circa hoc nescio, in quam partem sit propendum. Neque enim quicquam certi heic invenio: sunt enim rationes in utramque partem. Sæpe quidem reprehenditur apud Sapientes nostros F. M. Legem significare totam Scripturam, sæpe etiam significare solum Pentateuchum. Ex mente tamen Aristææ hujus, Josephi, Philonis Judæi, & sapientis cuiusdam Magni ex Christianis (Hieronymum intelligit) liquet, quod Pentateuchum solum transtulerint.

Ex tribus sententiis istis diversis secunda nobis maximè probatur. Quâ enim, quæso, ratione (ex hypothesi loquor eorum, qui, quæ de Ptolemaeo vulgo referuntur, pro oraculo habent) quis afferat, Ptolemaeum Regem, antiquitatis cognoscendæ studiosissimum, solam Mosis Legem postulatam verti jussisse, neglectis Propheterum oraculis, atque omnibus aliis S. Scripturæ libris? Credibile profectò non est, Regem tot munieribus solicitasse Judæos, sumptus immensos erogasse, ut solam Judæorum Legem nanciceretur, præsertim jam ab aliis

conversam. Elegans de hac materia est *Andreae Masii* testimonium. In præfat. enim in *Josuam*, p. 119. Quæ potuisset, inquit, movere *Ptolemaeum* causa, qui studio incredibili tenebatur, omnia antiquitatis monimenta comparandi, quæ quidem literis consignata esse, ut *Mosis Leges à Pontifice posceret*, cæteras gentis nobilissimæ admirandas historias, & Prophetica oracula prætermitteret, negligeretque, &c. Consentit *Chamier*. *Panstrat.* t. I. lib. 12. p. 422. Ut taceam, elevari totius Interpretationis Græcæ auctoritatem, nisi eam omnes S. Scripturæ libros complexam, statuatur. Quibus, amabò, auctoribus reliquorum librorum interpretationem adscribamus?

Adhæc, cùm Christum & Apostolos Græca usos esse versione in Prophetarum allegandis testimonio, ex historia sacra manifestum sit, universum Bibliorum volumen ab iisdem Interpretibus translatum esse, necessum erit.

Si denique solum Pentateuchum in Linguam transfuderunt Græcam Seniores illi, multa hinc emergunt absurdia. Hinc enim Judæos Ægyptios in Parascharum lectionibus hebdomadariis suas quoque, à tempore Antiochi receptas, Haphîhar, is ex Prophetis omisisse, consequitur, id quod historiæ refutant. Ecclesia item Græcanica, si hoc statuatur, ad tempora usque Aquilæ Pontici, qui primus post Interpretates istos Textum Hebraicum Græcè vertit, Prophetarum libris, & Ha giographis translatis omnino fuit desituta, quod est absurdissimum. Ex quibus omnibus consequitur, Interpretes Græcos non Legem Mosaicam tantum, sed Prophetarum quoque oracula, & reliquos libros translatisse, ut operæ non sit attendere, quid Iosephus, & Iudeorum schola statuat. Interim, ut Aristæam, Iosephum, Philonem, cæterosque, ex quibus hac in re Iudæi plerique, & Christiani sua habent, cum reliquis reconcilient Scriptoribus, quidam nullum non movent lapidem. Omnium instar nobis unus sufficiat *Masius*, cuius verba heic loci afferre lubet. *Ad Hieronymum*, inquit, quod attinet, nus quam.

quam ille aperte hanc Controversiam judicavit. Quod autem refert, Aristæam & Josephum scribere, 5. solos Mosis libros à LXXII. senioribus Ptolemao esse conversos traditosque, id non ut dictum, sed ut sensum ab eis est, debere accipi opinor. Neque enim illos id verbis disertis scriptissime, ex iis, quæ supersunt, ipsorum monumentis satis appareat. Sed cum Legis verbo illi essent usi dixissentque, Hebream Legem redditam Græcè à Senioribus illis fuisse rogatu Ptolemai: Hieronymus hoc vocabulum ad suam causam accommodavit, sicque interpretatus est, ut Judæi solent, de Mosis V. Libris. Id igitur modo dicere voluit Hieronymus, Aristæam, atque Josephum de Mosis Libris scriptisse, aliorum librorum non meminiſſe. Cur autem Aristæas (nam Philonem & Josephum inter Judæos reputo) cur, inquam, ille, primus historiæ istius auctor, nominatim Legem diceret, in promptu causa est. Nimirum propter illustrem & pervagatam Legislatoris Mosis gloriam, apud externos præsertim populos, Judeorum sacri libri Legis ferè nomine dicebantur, &c. Et sane, quod de Lege, pro toto Veteris Testamenti Canone accepta, monet Masius & exemplis & authoritatibus aliorum nititur.

Digna sunt, quæ hoc loco notentur, verba R. Azaria in Meor Enajim c. 7. p. 47. a. Ita enim ille: וְהַלֵּא גַם לְחֹלָן נִמְצֵא בחרבה מקומות שֶׁתורה כוֹלֶל הנב'יאים והכתובים non etiam apud Sapientes nostros, F. M. multa reperiuntur loca, in quibus nomen Legis complectitur etiam Prophetas & Hagiographa? Neque Iudæus ille contentus fuit dixisse, antiquos Rabbinos Legis nomine universam sæpe Scripturam intelligere, id exemplo docet. In Talmude; inquit; cap. ה' חל'ק tractatu Sanhedrin, cap. ii. mortuorum resurrectionem ex Esa 55. v. 8. & Psal. 84. v. 5. demonstrant, deinde inferunt: בָּאָן לְתַחַית המִתְּמַס מִן h.e. hinc mortuorum resurrectio ex Lege probata est. Plura vide ex Majm. ibidem. Sed planius hoc ac evidentius reddeatur, si ex ejusdem Iosephi phrasí demonstraverimus, eundem

Authorem per Legem intelligere consuevit ipsum integrum V. Test. volumen, à principaliori parte, nempe à 5. Mosis libris, denominatione deducta. Agens enim de Iudæorum libris, qui in synagogis legi consueverant, libros Legis appellat, cùm tamen ex Evangelica constet historia, non in iis modo legis solitum Pentateuchum, sed & Prophetas. Cùm igitur hujusmodi libros modo volumen Legis, modo etiam Mosis libros ipse appellare consuevit, qui Prophetas necessariò quoque continerent; jam, cùm agit de LXX. Interpretibus, quod Legem illi verterint, vertisse etiam totum V. T. significare vobis, verisimile multis videtur. Atque hoc sicut modo conciliat Philonem Iudæum VVovverus in suo syntagmate, p. 75.
Philo ait de vita Mosis, Ptolemæi curâ conversam Legem, seu, ut vocat, δειπνον τας νοησεως, leges oraculo proditas (intelligit totam Scripturam.) Nōu& enim generaliter totam Scripturam notat, ut Joh. 15. v. 25. quod ex Psal. 34. v. 19. adducitur, perscriptum erat in iis vobis. Certè etiam Apostolus, 1. Cor. 14. v. 21. in Lege scriptum esse ait, quod habetur Esa. 28. v. 11.

QUESTIO VII.

*An versio librorum Apocryphorum V. Test. Græca iussa
dem accepta ferri debeat Interpretibus, quibus transla-
tio librorum Canonicorum?*

Qui libri ex toto V. T. codice habeantur pro Apocyp̄his, in schola Theologorum discitūr. Heic loci non de authoritate, sed de Translatione eorum quæstio movetur. Certum enim est, non omnes eā, quā nunc leguntur, Lingua primiū fuisse conscriptos. Iudæorum, præsertim R. Gedalia, D. Gans, Menasseh ben Isr. ēl, aliorūque judicia, proferre aliās, consulūs erit. Christianūrum nōc contenti testimonis dicimus, non paucos libros Apocry. hos Hebraicē aut Chaldaicē olim fuisse lectos, quos tamen omnes injuriā tempo umperiisse,

riisse, constanter asserimus. Etsi enim vel aliqui, vel omnes ex libris istis Hebraicè extant, tum typis excusi, tum etiam manu scripti (prout non ita pridem à Iudæo quodam curta nostra supplex libraria scriptis Apocryphis, in Linguam Hebraicam translati, aucta fuit) recenter tamen exercitij gratiâ versos esse, vel ipsa styli cruditas, & à Iudæis observati solœcismi satis evincent.

De *Syracide* quidem res certissima est, ex ipsiusmet praefatione: ubi, Avum ἡνὶ τῷ πατέρι βιβλίῳ, ex scriptis paternis, collectanea sua conquisivisse, dicit. Proinde solicitus se excusat, veniamque petit, quod in versione coactus fuerit τῷ λέξεω ἀθηναϊκῷ. Οὐ γὰρ ισθμωνται τὰ Ἰβεριστὶ λεγόμενα, ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέρην γλώσσαν, οὐδὲ μηδὲ ἔχει διαφοράν. Certe liber Syracidis Hebraicus non semel tantum citatur, tum apud Talmudicos, tum in Medrasch. id quod observant ex *Hebreis* R. Asarias in Meor Enajim, cap 2 ex *Christianis* verò Cl. Bux. Lex. Talmud. p. 549. & 1730. & Ioh. Cocejus ad cap. 11. Gem. Sanhed. p. 395. & 398.

De *Tobia* & *Judith* ex Hieronymi prologis constat, fuisse primitus Chaldaeo sermone exaratos; unde idem Pater peritum utriusque Linguæ Interpretem natum, in Latinum converterit. Tobiae historiam, Constantinopoli natum, edidit *Sebastianus Munsterus*, quam tamen sequoris seculi interpretationem esse, nemo, vel mediocriter Hebraicè doctus, inficiabitur.

Huc etiam refert *Guilielmus Schickardus Sapientiam Solomonis*, quam Hebraicè חוכמתא רבבתא דשלמה sapientiam Solomoni magnum, appellant, nixus auctoritate R. Mosis Bar Nachman, qui in Præfat. Commen. in Legem testetur, se licet rum, titulo hoc insignitum, vidisse. Sed manifestus committitur Elenchus testimoniī non enim Mosis Gerundensis mens fuit, aut henticum vel originale exemplar illud Chaldaicum fuisse, sed מתורה ב in Linguam Chaldaicam, sive Syriacam translatum.

Unde aliquot ex eo adducit versus, qui extant in libro Græco Sapientiæ cap. 7 v. 5. 6. 7. 8. & v. 17. 18. 19. 20.

Hūs, inquit Ioh. Drusius Comment. ad difficiliora loca Gen. addi posset primus Macchabæorum, quem Hieronymus, se Hebraicum vidiſſe, testatur. Ego ſuſpicor eum eſſe, qui in hiftoria illius gentis vocatur liber Hasamoneorum. Siquidem, quos Christiani Macchabæos appellant, eos Hebræi vocant Hasamoneos. Decæteris ex Hieronymo pronunciamus, Græcè illos ab incertis authoribus scriptos.

Cum igitur quidam, pauci licet, ſtylo Hebraico primitus ſint confignati, non ἀπορίων queritur, cui eorum translatio accepta ferenda? Nos, brevitatis ergo, cum Cl. Alting. Theol. Problem. loco 2. prob. 11. dicimus, LXX. Interpretes, ut vocant, nullum librum Apocryphum vertiſſe, ſed Theodotionem, quod ex Hieronymo, Sixto Senensi, aliisque luculenter colligi potest.

QUESTIO VIII.

*An Graeca LXX. Interpretum versio
ſit miraculosa?*

Quicunq; scripta Patrum, historica præſertim, vel à primo ſalutavit limine, is, ſi quod res eſt, fateri velit, non pauca nimia credulitatis deprehendet vestigia, quaे vel à Iudæis obtrufa, vel traditionum prætextu persuafa, cum veritate historica, & rationum ponderibus conſistere neutiquam poſſunt. Tale eſt, quod de Evangelio Matthæi Hebraico plerique, ſine ratio- ne tamen; ut apud Gomar. diſſertatione hac de re edita, vide- re eſt, affirmant. Quod item de Canone V.T. per Esram mira- culosè reſtituto, multi veterum nimis quidem avidè, ſed &; ipſo judice Baronio; incaute & incertè à verpiſ imbi- berunt. Plu- res ejusmodi hallucinationes, non importunè vellicatas, quod hominis desperata nequitiæ eſſet, ſed modeſtè erutas, lectori- que

que indicatas, suppeditat *Josephus Scaliger Elencho Trihæres.* p. 3 s. 5. Et *Isaacus Casaubonus* contr. *Baron.* p. 124. Hujus farinæ censemus hoc quoque problema, in cuius decisione eruditum multum, immo *διεσθία πανσώματα*, variant. Sunt enim *alii*, quos *χερσίτη ποστή* id defendere cernas. *Alii*, qui firmis & validis rationibus, tanquam figmenta omnia, quæ de miraculis versionis hujuscemodi comitibus sparguntur, rejiciunt. Et *illi* quidem tribus modis Editionem hanc miraculosam exhibere annuntiuntur: respectu videlicet *loci*, quod eam unusquisque integrum in cellula seclusus separatim adornarit; respectu *temporis*, quod ea dieculis 72, ad umbilicum sit perducta; respectu denique stupendi cuiusdam in vertendo *consensus*, quo singuli Biblia ita transtulisse fertuntur, ut inter se collata ne apice quidem different.

I. Cellularum igitur patronos ut audiamus, quantum colligere est, antiquissimum eius opinionis inter Christianos assertor fuit *Iustinus Martyr*, qui magno conatu authoritatem huic Interpretationi quærens miraculum illud ingens de ædificulis, queis singuli inclusi dicuntur, narrat, quippe qui *Praænetico ad Græcos* pag. xi. scribit: *Ptolemaeum non in ipsa urbe Alexandria locum assignasse Interpretibus, in quo opus suscepimus absolverent, sed septem ab ea stadiis in Pharo insula, illic exstrui iusserisse, ιστορίας τοῦ ἐπουλεύοντος οἰνοκεφαλῆς, ædificulas pari cum interpretibus numero, ut sigillatim interpretationem adornarent, quibus ut fidem apud lectorem creet, subjicit: ταῦτα δὲ μηδέ οὐν δὲ πεπλαστικάς ιστορίας απαγγέλλομεν. ἀλλὰ ἀντὶ ἐν τῇ Αἰγαίᾳ χρόνοι καὶ τὰ ἱχνα τοῦ οἰνοκεφαλοῦ εἰ τῇ φαρῷ ἐνεργοτες ἐπι σωζόμενα, καὶ οὕτως τοῦ σπέι ὡς τὰ πάτερα περιληφότων ἀποκούτες, ταῦτα απαγγέλλομεν. Neque hæc vobis; inquit; ut fabulam aut confitam narramus historiam, sed qui ipsi Alexandriae fuimus, & vestigia ædicularum reliqua in Pharo vidi mus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus acceperunt, audi viimus, hæc annuntiamus. Luculentum planè testimonium antiquis-*

tiquissimi Scriptoris, & Christi Martyris, ac constans assertio, quam ἀπόφει confirmat. Eò tamen multum debilitata, quod Iudæorum, rerum suarum immoderatorum buccinatorum, testimonio & authoritate tantum nitatur. Iustino ὁ μάρτυς & Isidorus, qui orig.lib.6.cap.3. Singulos in singulis cellulis separatos fuisse affirmat. Et Augustinus lib.de civit.Dei 18.cap.43. Singulos, scribit, separatis sedis: ita enim illorum fidem explorare voluisse Ptolemaeum. Hæc verò omnia ex uno Talmudistarum turbato fabularum fonte manare quilibet, cui non pro cerebro fungus est, ex sequenti colliget textu Talmudico: שׁוב מעשה בתלמידי ה מלך שכנים שבעים ושנים זקנים והושיבם בשבעים וחמש בתים ולא נלחה להם על מה כנסם וכנס לכל אחד ואחד מהם אמר להם כתבו לי תורה משה רבנן נתן המקום עצה בלב כל אחד והסכימו דעתן לדעת אחריו וכתבו לו תורה בפניהם Id est, *Alia historia de Tolmai* (Ptolemaeo) *Rege*, qui congregavit LXXII. *Senes*, & collocavit eos in LXXII. *domibus*, nec revelavit eis, cur convocarit eos; sed separavit unumquemque illorum, dixitque: *Scribite mihi legem Mosis, magistri vestri.* Tunc suggestit Deus consilium in corda singulorum, ut congruerent sententie eorum in unam sententiam. Exaraaverunt igitur ipsi legem quilibet seorsim. Habentur hæc in מסכת סופרים. Patet ergo hinc, quod notandum, sententia hujus fundamentum solam esse Talmudistarum, id est, portentosorum fabulatorum, assertionem, incertamque Alexandrinorum Iudæorum traditionem, quibus facile fuit & Iustino, & aliis rudera illa ædicularum 72. persuadere.

Huic sententiae fortiter se opposuit D. Hieronymus, Hebreæ & Græcae Linguae peritissimus, qui cellulas illas aperiè rideat, & fabulus, non re fabricatas in Pharo afferat. Passim quippe hujus narrationis veritatem elevat: & lib 11. contr. Ruff. astruere non veretur: *Opinionem esse nullo certo autore subnixam, & ex rumore collectam.* Sic etiam prologo in Pentateuch. *Nescio;* inquit; *quis primus author LXX. cellulas mendacio suo extruxit, quibus dirigi*

divisi eadem scriptitarent. Ad quæ verba *VVilhelmus Schikhardus Bechinath happenusch.* disp. III. p. 42. ita respondet: *Hieronymus nescire se, inquit, quis primus author LXX. cellulas Alexandrinas mendacio suo exstruxerit, quibus diversi eadem scripti erint?* At ego dicam *quis exstruxerit!* *Judæi fecerunt.* Sic *Marius Com. in Jos.* p. 118. Nam & *Judæi* Talmudem suum sequuntur, in quo de diversis ædiculis mentio est. Magnus ille *Reuchlinus* lib. 3. de arte Cabalistica excipit: *Non putasset Hieronymus cellulas illas fabulosas, si Paræneticum Justini accuratius legisset, qui se vestigia cellularum adhuc stantia vidisse afferit.* Verum, quamvis credibile non sit, ignorasse Hieronymum, id scriptum fuisse à *Justino*, nihilominus tamen, quia videbat, eum nihil habere de ea re, quām incolarum insulæ traditionem, meritò sic locutus est. *Quod enim ad vestigia ædicularum attinet, facile imponi potuit homini ad credendum in rectam grata prono, à loci istius incolis.* *Judæi* namque *Ægyptii*, ut sumimam huic interpretationi conciliarent authoritatem, & totum negotium mirificè extollerent, commentum hoc sparserunt.

Cum *Hieronymo* facit *Andreas Masius*, homo alioquin Pontificius, sed magno in his rebus judicio, in præfat. ad Græcam edit. *Josuæ: Non possum;* inquit; *non fateri, inclinare me, ut existimem, rem istam à Judæis esse confitam.* Quam rem? Ipse postmodum se explicat: *Justinum, commonstratis nescio quibus veterum ædificiorum obscuris vestigiis, non mirum est, si inducere potuerunt Judæi, qui tum Alexandriæ habitabant, ut id crederet, quod à suis majoribus acceptum, ipsi non solum credebant, verum etiam ejus memoriam gentili quadam superstitione colebant anniversario feso.*

Eadem quoque habet *Bellarminus* lib. II. de verbo Dei cap. vi. *Quod Justino Judæi fabulam, à se confitam, persuaserint, & quasdam ruinas ostendentes cellulas esse dixerint LXX. Interpretum,*

Adde,quòd de ædiculis sententiam,dissensus *Justini*&*Epi-*
phanii,ejusq; vestigia lambentis,*Justiniani*,infirmorem red-
dit.Ut enim ille *singulis* unam tribuit cellulari,ita hi *binos* fui-
se in divisis conclavibus disclusos scripserunt.

Huc accedit,quòd nec *Aristæas* ille Ἀριστολημαῖος,qui pri-
mus rem istam literis consignavit,de diversis ædiculis,re cum
primis memorabili,& quæ admirationem erat consecutura
apud seros nepotes meritò maximam,ne per febrim quidem
somniauit.

Nihil dico de *Fl. Jofepho*,qui cùm esset gloriæ gentis sua
avidissimus,libro tamen Antiq.xii.cap.2 narrans hanc histo-
riam,adèò non cellularum meminit,ut portius in uno conclave
de communi omnium sententia factam esse illam interpretationem
apertè scriptum reliquerit. Sic & *Zonaras* annal.l.i.
p.142. à *Demetrio* εἰς ἑταῖρον, in unam domum deductos eſe
scribit.Vide & opera *Zuingl.*t.3.p.207.

Sicco pede transeo vel ipsum *Philonem Iudaum*,*Tertullia-*
num,*Chrysostomum*,*Eusebium*,& alios, qui cùm multa narrent
de versione hac mirabilia,οἰνῶν&c nunquam præteriſſent,
quod erat omnium præcipuum,ſieos verè fuisse credidiffent.
Ex quo jubare meridiano clariū elucescit, illam de cellulis
opinionem,verius fabulam,non quidem à *Justino*,ſed à Ju-
dæis *Alexandrinis*; pro more nugivendulis; confitam & con-
flatam,quām veram historiam eſe. Quibus præſertim,ut suas
commendarent versiones,miracula crepare in more positum
eſt.Vide ſuprà p.257.de versione Chaldaica *Onkelosi* & *Jona-*
thanis; de Editione verò Græca *Zemach David* p.15.b.ex lib.
Juchas.& *Meor En*.

11. Idem quoque de *secundo* miraculo judicium eſto,quan-
do exiguo & pauculo illo diecularum LXXII. ſpacio ad finem
perducta dicitur LXX. Interpr.translatio. Certum quidem eſt,
opi-

opinionem hanc suos naqtam assertores, qui eam acriter defendunt. *Bellarminus* enim, qui modò nugaces Iudæos, ob præclarum illud de ædiculis figmentum, increpare desit, aperto rictu, aliud, priori majus, commentum eructare audet: Verba ejus lib. II. de V. D. cap. v i. pag. 80. sic habent: *Certum esse videtur, quod omnium consensu celebratur, LXXII. Viros, Hebreos, senos videlicet ex qualibet tribu filiorum Israël, utriusq. Linguae peritisimos, spacio dierum LXXII. mirabili consensione, in Græcum idiomam translusse.* Cui non sine applausu adstipulatur *Galesinius* prot. Apost. in commentario de Bibl. Græcis, inscripto Cardinali Montalto, dicens: *LXX. dierum spacio tam ingens opus cum summo omnium stupore confectum fuisse. Sed haec, inquit, Frideric. Spanhem. Dub. Evangel. Par. i. p. 165. (scil. de exiguo temporis termino prolatæ) sine judicio à Galesinio, purpuratis Romanis obnoxio, corrasa, lectoribus pro veris & solidis obtruduntur.* Et paulò post commento huic ita illudit: *Ueique sanè valido stomacho opus est, ut concoqui posset narratio de LXX. cellulis, de consensu illo miro, & de exiguo temporis intervalllo, quo totum opus confectum fertur.* Quivis sanè horum studiorum vel mediocriter peritus, ad uātau fuisse videt hac tempusculi brevitate opus tam immensum, ex una in aliam transferre Linguam. Vix enim ac ne vix quidem fieri potuisset, ut Amanuensis illorum Græcus, tam angusto aliquot diecularum spatio, Pentateuchum saltem descripsisset, nedum illi præmeditatae vertissent totum vetus instrumentum, cuius septuagesima secunda pars, quæ uni diei cederet, non certe minor evadit XIV. prioribus Geneseos capitibus, expedito Scribæ totidem horis sat negotii facesfuriſ.

III. *Tertiū tandem, quod cum versione hac concurrit, fertur, miraculum, mirabilis ille in vertendo consensus est, quo singuli, singulis cellulis disjuncti, iisdem verbis & phrasibus usi feruntur. Hujus quoque sententiæ eximii extitère patroni, plerique tamen Hebraicæ Linguae ignari.* Mirificé nec

citra suspicionem vanitatis consensum hunc interpretum extollit *Philo* de vita Mosis lib. II. fol. 510. Εὐθεῖαν τε προστί-
τευον, εἰς ἀλλα ἀλλοι τὰ διὰ ἀντὸν πάντες ὄνοματα νοῦ σύμφαγε,
ἔως εἰς θεοβολεῖνες ἐκέσοις ἀσέπτως ἐνηχθεῖσαι, velut Numinis
correpti vaticinabantur, non alii alia, sed omnes eisdem verbotim,
quasi inspirante quopiam & invisibiliter dictante. Philonis autho-
ritatem secuti *Irenaeus*, *Clemens Alexandrinus*, *Tertullianus*, &
alii, quorum omnium testimonia proferre longum nimis
foret.

At vero hoc quoque Iudeorum Hellenistarum esse ιυρημα, ex superioribus, quae de cellulis diximus, colligere haud est difficile. Si enim adiculis singuli non inclusi, sed in una Basilica congregati communis opera editionem hanc adornarunt, miraculum hoc sponte evanescit. Unde vero & quomodo commentum hoc à Iudeis cusum, clarissimus vir, *Daniel Heinsius* in Aristacho sacro, seu ad Nonnum notis, cap. X. aperit. Numerum Interpretum, inquit, interpretandi rationem, & quae de separatione ac consensu tanto ambitu dicuntur, ex xxi. cap. Exodi ortum habuisse, ubi de Mose legitur versu IX. Αὐτὴν Μωυ-
σῆς νοὺς Αἴρων, νοὺς Ναδαΐς, νοὺς Αἴρεσθαι, νοὺς ἐβδομάντοντα πρεσβυ-
τέρων Γραμμή, & διεφώνοντες εἰς εἰς, de quibus postea in eodem con-
textu Graeco versu XI. additur, νοὺς τῆς Κτιλέντων τῆς Γραμμῆς & διε-
φώνοντες εἰς εἰς, & de electis Israël non dissentit ne unus. Hinc, ait idem Heinsius; historia haud dubie de Ptolemaeo, hinc famosæ illæ
scenæ, quas Hieronymus illudit, hinc inventum, illud, neminem ex
tanto numero in exprimendis Sacris diffensisse.

QUÆSTIO IX.

*An LXX. Interpretes acti Spiritu Prophetico
Biblia verterint?*

Heic quoque in contrarias disceditur sententias. Alii enim
affirmativam tacentur, negativam alii. Nempe affirmationi
hujus

hujus quæstionis patrocinatur *Philo Judæus*, qui ; cùm unam hanc interpretationem in rebus divinis usurpare coactus fuerit, omnem movit lapidem, ut Editionem hanc LXX. Viralem maximè faceret, atque Divinam ipsi astrueret ab *derītārī*; nomine ἀεροτέας ipsam insignivit, quòd interpres illi Numine quasi correpti fuerint vaticinati. Hunc quoque in sententia hac subsecutus est *Irenæus*, pater vetustissimus Græcus, anno videlicet post *παρ.δενοντα* 170. aut præter propter, Episcopus Lugdunensis, qui libr. II. ait: *Unus & idem spiritus Dei, qui in Prophetis prædictis, & in senioribus interpretatus est, quæ prophetata fuerant.* Clemens itidem Episcopus *Alexandrinus*, Irenæi verba imitatus, interpretationem istam esse veluti ἀληθινὴν ἀεροτέαν asseruit. Verba ejus lib. I. Strom. f. 143. sunt ista: Εὐχεῖσθαι δὲ τὸν μέρην τοῦτον ἵδιαν ἐγένετο εἰπεῖν οὐαὶ τοῖς ἀεροτέασιν οὐαὶ πάσαις εἰπεῖν οὐαὶ πεπληθεῖσαι, καὶ τὰς λέξεις. Θεός γάρ τοι βέλημα μεμελετημένον εἰς ἀληθινὰς ἀνοάς. Οὐ δὲ Χριστὸν νοίᾳ Θεῷ, τῷ τούτῳ ἀεροτέαν ἐνεργεῖσθαι. Cùm autem unusquisque ex sua interpretatus esset prophetia, omnes simul interpretationes sententiis & dictis consenserunt. Dei enim consilium singulare, qui Græcorum auribus illa præparaverat. Neque vero ab inspiratione Divina alienum, at qui prophetiam dederat, interpretationem quoque, tanquam Græcam prophetiam, daret. De S. Augustino audire placet *Andr. Rivetum*, Theologum summum, *Flag. ad S. Scr. cap. x.* Videlur; inquit; vir alioqui summus (S. Augustinus) cùm per Lingua Hebraicæ imperitiam uti non posset originali Lingua, abruptus fuisse in eam sententiam præjudicio quodam, quo tamen non vidit, se Canonicam autoritatem tribuere viciōfissimæ editioni. Hanc quoque sententiam famosus ille Olympi Papistici Atlas *Bellarminus*, ambabus, ut ajunt, manibus amplectitur, libro namq; II. de verbo Dei cap. 6. inter alia hæc effutit verba: *Certissimum esse debet, LXX. Interpretes optimè translatisse, & peculiari modo Spiritum S. assistentem habuisse, ne qua in re errarent, ut non tam inter-*

pretes, quām Prophetæ fuisse videantur. Quæ mutuò accepisse videtur à *Galefinito*, Curiæ Romanæ addicissimo, qui in commentario de Biblis Græcis, suprà quoque allegato, ait: *Divinam illam interpretationem à ratibus potius, quām ab interpretationibus scriptam afflatuque cœlesti confectam esse*. Quare *Bailius*, Papæ fidissimus paraistes, interpretationem hanc Græcam divinitus inspiratam dicit, in suo *contro. Catechismo*.

Verùm, qui paululùm perpendit, quām opinio hæc de Prophetico Interpretum istorum spiritu infirma nitatur hypothesis, eam ex animo suo penitus evellet, sponteque valere jubebit. Cui enim non constat, assertionem hanc, ob stupendum & ne in minimis quidem variantem consensum, quem præcedenti quæstione redarguisse nos sufficienter autumo, ortum suum trahere?

Quid? quod Prophetarum est non præterita tantum conscribere, sed & futura prædicere, hoc tamen tantum abest, ut de interpretibus istis dici valeat, ut ne illud quidem ipsis competat, utpote qui annos præteritos, modò quæ nunc in Biblis Græcis cernitur septuaginta interpretibus tribui possit εποχὴ, supputare non potuerunt, nedum sequentium annorum futura prædicere. Quod enormis illa S. Chronologiæ perturbatio apud *Eusebium*, *Augustinum* & *Nicephorūm*, qui LXX. sequuti ab orbe condito ad usque cataclysmum annos numerant 2242. cùm non plures elapsi fuerint, quām 1656. ut ex Textu Hebræo, cuius etiam vestigia hac in parte premit vulgata editio Latina, palam est, plus satis testatum & comprobatum facit.

Tandem qui potuit versio illa esse prophetica, cùm illo tempore, quo in lucem est divulgata, nulli amplius fuerint Prophetæ. Manifestum enim est, quod ipsi Iudæorum magistri agnoscent, factam fuisse, postquam apud Judæos Prophetia cessavit. Prophetarum enim, juxta *Lactantium*, ultimus *Zacharias* fuit, secundum alios verò, & quidem communiter, Ma-

lachias, qui & חותם הנביאים Rabbinis, *sigillum Prophetarum*, appellatur. Hinc est cur Clariss. Rivetus loco antè citato hoc ipsum manifestis demonstret verbis: *R̄m, inquit, gestam ante Herodis tempora accidisse non dubitamus, iis tamen temporibus, quibus Spiritus Sanctus non afflabat immediate Judæorum sapientes.*

Præclarè igitur Hieronymus distinxit inter vatem & inter pretem: *Aliud est* (inquit in Mich. cap. 3. & Præfat. in Genes.) *vatem, aliud esse interpretem; ibi Spiritus ventura dicit; hic eruditio & verborum copia, quæ non intelligit, transfert.* Quæ verba Hieronymi postquam in commodum suum vertisset Martinius Martinez Hispanus lib. I. hypotyp. cap. 4. addit: *Non dubito, quin Hieronymi authoritas hac in re magni ponderis futura sit apud eruditos, qui veluti testis oculatus omnes n̄os LXX. vidit ac prodidit. Hæc ex oraculo edita putatote, nihil potest esse verius, hic namque est oculatus testis; illi tantum quæ ab aliis acceperunt referunt.* Et alibi idem Martinez mentem suam clariùs ac planiùs exponit, dicens: *Nullibi non adimit* (scilicet S. Hieronymus) *senioribus illis Spiritum S. nec immerito profecto.*

QUESTIO X.

An LXX. Interpretes loca quedam studio παρηρυλεῖσθαι.

Ut status quæstionis hujus rectè intelligatur, sciendum est, non de iis nos loqui παρηρυλεῖσθαι, contextū Græci, quæ ortæ sunt vel ex literarum similitudine, vel vocum affinitate, vel pronunciationis harmonia, quarum examen sequetur post: id vero est, quod hoc loco quæritur: *An consulto, & destinata operâ interpretes Græci versioni suæ alia addiderint, quæ in contextu Hebræo nūspiam apparent, alia defalcarint, alia deniq; aliter, quam phrasis Hebraica sonat, reddiderint?* Sunt sanè, qui non obscuris verbis id affirmant.

1. *Talmudici*, quorum verba in Talmude Babylonico traxi.

אמר ר' יהודיה אפ' כשהתוiron רכבותינו : Megillah c. i. fol. 9. haec sunt :

יוניות לא התיירו אלא בספר תורה ומשום מעשה רתמי המלך רתניה , מעשה בתימי המלך שכנים שביעים ושנים זקנים והכנים בשבעים ושנים נתחים ולא נילה להם על מה כינסן ונכנס אצל כל אחד ואחד אמר להם כתבו לי תורת משה רבכם נזון הקדוש ברוך הוא בלב כל אחד ואחד עזה והסכומו قولין לדעתך אחת וכתבו לו אלהים ברא בראשית עשו אורים בגלים ובגדות וכל ביום הששי ישבת ביום השבעי זכר ונקרעה בראו ולא כתבו בראש הנה ארודה ואבלה שם שפטם ותזחק שרה בקרוביה כי באפס הרנו שור וברazonם עקו אבום ווקח משה את אשתו ואת בניו ווינגבם על נושא בני ארם ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשער ארצוות ד' מאות שנה וישלח את זאטורו בני ישראל ואל זאטורו בני ישראל לא שלח ידו לא חמד אחד מהם נטהתי אשר חלקה אלהיך אתם להאר לבל העמים וילך ויעבור אלהי אחרים אשר לא צויתי לעובדים וכתבו לו את צערת הרוגלים ולא כתבו לו את ארנבת מפני שאשתו של תלמי ארנבת שמה Id est : Dixit Rabbi Iuda, cum etiam permiserunt Magistri nostri Linguam Graciam, non permiserunt nisi in libro legis, idque propter opus Ptolemai regis, quod sic traditur : Opus Ptolemai, qui congregavit 72. seniores, & introduxit eos in 72. domunculas, neque aperuit eis, propter quid eos convocaverat. Ad unumquemque autem seorsim ingressus dixit illis ; Scribite mihi legem Mosis, magistri vestri. Deedit Deus uniuscujusque cordi consilium, conveneruntque omnes in unam sententiam (recensentur nunc 13. loca, quæ aliter interpretati dicuntur, quæque hoc maxime spestant) & scripserunt ei (Genes. i. v. 1.) Deus creavit in principio (Ibid. v. 26.) Faciam hominem ad imaginem & similitudinem ; & (Genes. II. v. 2.) perfecit die sexta, requievit autem die septima ; (ibid. V. 2.) masculum & feminam creavit eum, non, creavit eos ; (Genes. XI. v. 7.) age, descendam & confundam ibi labium eorum ; & (Genes. I. 8. v. 12.) arrisit Sara propinquus sibi ; (Gen. 49. 1.) quoniam in ira sua occiderunt bovem, & in voluntate sua diruerunt praesepem ; (Ex. 4. v. 20.)

v.20) & accepit Moyses uxorem suam, & filios suos, & equitare fecit eos super id, quod gestat filios hominum; (Ex. 12.40.) & habitatione filiorum Israël, quā habitaverunt in Aegypto, & in reliquis terris, annorum fuit quadringentorum; (Ex. 24.11) & misit minimos filiorum Israël, & ad minimos filiorum Israël non misit manum suam; (Num. 16.15.) Nihil desiderabile ab iis accepi; (Deut. 4.19.) quæ dedit Dominus Deus tuus, ut lucerent omnibus populis; & ivit, & servivit Diis alienis, quibus non præceperam servire. Scripsierunt etiam ei, parvam pedibus: non enim scripsierunt ei, leporem, eò quòd uxor Ptolemaei vocabatur Arneba, lepus, ne diceret, irridens me Judei; ideo posuerunt nomen uxoris meæ in lege. Judorum hæc traditio ne ipsos quidem latere potuit Muhammedanos. Unde Ahmed ben Edris p.m.26. אליהו תעתך באנ סבעין אנתמעה עלי תבריל תלאה עשר חרפה מן אחרוראה בער אלמשיח עם פיו ומאן אלקיזרא id est: Fatentur Judei, congregatos esse LXX. ut corrumperent legis loca XIII. post Messiam, s. q. pax, tempore Cæsarum. Eadem etiam habentur in Talm. Hierosol. tract. megillah c. 1. Et in Bereschit Rabba sect. 8. in Chronologia R. Abrahami Ben Dior. p. 84. qui & simul rationes, Rabbini-ca θεοχία dignas, harum παρεπολυεῖν reddit. Sic R. Azar. in Meor Enajm. pag. 46. & seq. Variant tamen in nonnullis, quæ ipsa non levem rei gestæ suspicionem excitare possunt. Alii enim loco 13. uxorem, alii matrem Ptolemaei Arnebtam appellatam volunt, tertii planè omittunt. Rursus alii locum 9. ita legunt: Et habitarunt in Aegypto, & alius terris &c. Alii: In Aegypto & in terra Canaan. Meminit etiam hujus loci Aben Esra comment. ad Exod. 12 & R. Lipm. p. 34. Sed quid nodum quærimus in scirpo? Reperiantur licet, ut monet R. Azarias, libro jam citato, pag. 47. col. 2. in hodierna Græca translatione ex XII. illis locis muratis quatuor, Gen. II. v. 2. Exod. IV. 20. & Num. X. v. 15. Exod. XII. v. 40. (qui locus palmarius est, & eodem modo in codice Samaritico reperitur, maléque ad con-

textus Hebræi dignitatem & integritatem convellendam producitur, ut supr. p. 143. à nobis dictum est) aliter quam veritas Hebræa adimitat, non mysteriis, aut insulis illis, quas prætendunt Rabbini, rationibus, sed Interpretum potius libertati, aliisque causis verisimilioribus dandum est.

Verum, accidit heic sententiæ huic patrocinantibus Θρύλῳ illud Poëta:

Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdis.

Cum enim dixissent antea, Interpretes LXXII. à spiritu propheticō afflatos, hanc versionem adornasse unanimi consensu, jam nunc loca quædam invertisse eos, ac depravasse nungantur, ut ne scilicet gratiâ Regis exciderent, quod factum si esset, Spiritui Sancto seu Prophetico, qui ἡσεγωπολίπητις est, omnino modè adverlaretur. Hinc Job. V. *Vox verus* in Synt. sui cap. 5. p. 51. non immerito ait: *Cum ne verbo quidem discreparent (οἱ εἰδουνοντα) in tota interpretatione, qua ratione, quæso, in singulis istis locis concurrerent, quæ obducta oportuit, aut quomodo uno, eodemque interpretationis velamento omnes usi sunt, si cellulis seclusi ne quicquam inter se communicarunt? Invitus hæc refero, qui pio errori lubens favorem, nisi renitentem veritas retraheret. Quibus verbis velut unâ spongâ duas oblitivit fabulas, separationem puta in cellulis, & spontaneam, in locis quibusdam, permutationem.*

Sive itaque versioni isti, vel in istis, vel in aliis locis historicis, de suo quid adjecerint, sive quæpiam adeemerint, sive appositis dictionibus involuta explicarint, instinctu Spiritus Sancte quicquam inverterunt, aut illicite foedarunt, sed humanâ vel incuriâ, vel imperitiâ, vel aliis de causis liberis deflexerunt.

II. Majoris vero momenti sunt, quæ *August.lib.de civ. Dei 14. & 18.cap.44. Hieronymus præfat.in Pentat.eumque secutus Sixtus Senensis Bibl.S.lib.1v.p.302.monet,LXX. Interpretes multa Prophetarum testimonia de Christo ac S. Trinitate prætermissee, aut aliter interpretatos esse, non quidem ex incuria, vel*

malitia, sed pio, prudentique confilio, ut & Regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Hæc verò, quod pace tantorum virorum dictum sit, neq; cum scopo Ptolemæi, aut quisquis ille fuerit, cuius auspiciis versio illa Græca prodiit, neque cum intentione Dei, neque tandem cum fine omnium interpretationum consistere possunt.

Qui enim interpretationis hujus Mæcenas eum, ad quem tanto studio intendit, feriisset scopum, si potissima Scripturæ pars, Mysteria de Deo, Trinitate, Incarnatione Filii, vel intacta, vel mala fide translata fuisset? Neque impediit metus (quem prætendere solent) profanationis aut irrisio legis Divinæ, cùm, ex mente Judæorum, cor Ptolemæi & servorum ejus rectum fuerit cum Judæis & lege eorum: Meor En. p. 46. a.

Sed & Deus, qui nihil frustra vel facit, vel fieri permittit, intentione sua; absit blasphemia verbo; excidisset, si sacratissima & secretissima religionis Judaicæ mysteria vel silentio præterita, vel male translata Iudæis, soli Linguae Græcae in Ægypto & alibi assuetis, fuissent tadita. Neque enim dubitandum, quin in Iudæorum potius hellenistarum, quam Ptolemæi gratiam, translatio hæc fuerit adornata.

Et quo tandem fine interpretationes Scripturæ S. cuduntur, nisi ut, quod per ignorantiam Linguarum Orientalium plebi Ecclesiasticæ negatur, id ipsum per accuratas translationes compensetur. Id verò quomodo fiet, si ea, in quibus cardo salutis nostræ vertitur, vel planè non reddantur, vel male. Hæc de *παρεπολυειδεῖς* dicta sufficiant.

Hoc interim cum *Ferdinando de Escalante* clypeo concion. lib. vi. cap. 10. non dissimulamus, non statim Versionem Græcam in omnibus iis damnandam, quæ, cùm veritati consona sint, primo oculorum obtutu ab *Hebræo* dissentire videntur. Certum enim est, multa etiam in hodierna Editione Græca apparere, quæ, etsi non cuilibet obvia, diligenter tamen examinata, sensum Scripturæ aptum continent & concinnum. Vide *Buxi tract.*

de Orig. Punct.p.119.122. Quòd si verò inter Hebræos & Graecos codices quid occurrat ita dissonum, ut utrumque verum esse negqueat, illud Scriptorum errori tribuendum, & in hoc casu veritati Hebraicæ, unde LXX. transtulerunt, magis credendum.

QUÆSTIO XI.

*Utrum Spiritus S. in Novo Testamento unica
hac versione usus sit?*

Quæstionem hanc multis verborum lenociniis veram persuadere nobis contendunt quidam, Papicolæ præsertim, qui versionem hanc authenticam afferentes semper ex ea Apostolos, & ex nullo alio codice hausisse, quæ citârunt, testimonia aperte scribunt. *Sixtus Senensis Bibl.S.libr.s. Apostolos, quanquam scirent Editionem LXX. Interpretum in multis redundare, & in multis deficere, eam tamen non modò non contemptisse, sed ubique eam prædicâsse, & ex ea prima fidei Christianæ fundamenta jecisse, memorat.* Huic non sine applausu accinit *Job. Morinus*, cuius verba in præfat.Bibl.LXX. authoritate Sixti V. editorum, hæc sunt: *Hac Apostoli, Apostolicique viri, nullaque alia usi sunt; hac fidei dogmata, doctrinamque suam comprobaverunt; hanc in sermonibus & homiliis ad populum enarraverunt; hanc denique solam in Ecclesiârum sinum, tutelamque deposuerunt, & Episcoporum fidei commiserunt.* Confer. *Exerc. Bibl.p.141. & 149.* Quâm graviter verò hallucinentur isti, ex collatione citationum cum translatione LXX, evidenter ostenditur.

Fatemur quidem, Versionem LXX. Spiritum S. in Novo Fœdere sèpiuscule, nec tamen indiscriminatim, sequi ac usurpare, nempe, *vel* quando illa sensum exprimit; *vel* quando Spiritus S. mysticum quid ex textu illo vult elicere; *vel* quando per συναρτάσιν quandam se vult accommodare, aut Hellenistis inter Judæos, aut Gentilibus recens conversis, apud quos versio ista in maxima erat æstimatione; *vel* cùm discel-

fione in à recepta inter Hellenistas Editione periculosa, & si-
ne fructu Ecclesiæ futuram animadvertit.

Nec hoc tantum, sed & ultrò largimur, Evangelistas, & A-
postolos Græcè scribentes citâsse aliquando loca, ubi discre-
pantia quædam à Textu Hebræo manifestissima est. Nempe,
Apostoli & Apostolici Viri in ponendis testimoniis de V. Test.
non semper verba considerârunt, sed sensum, nec eadem ser-
monum calcârunt vestigia, dummodo à sententiis non rece-
derent, ut loquitur Hieronymus comment. in Amos. Hanc er-
gò adhibuerunt, in iis tantum rebus, quæ nihil per se de veri-
tate fidei derogabant. Quod Andr. Rivetus, quem antea cele-
bravimus, loc. cit. luculenter confirmat: *Negamus sequi authen-
ticam esse editionem, quâ aliquando, non semper, usi sunt Apostoli,
quâ in nonnullis etiam discrepantibus, sed extra fidei justitiam, usi
sunt Apostolici Viri, sed per indulgentiam, & ut se accommodarent,
quantum fieri posset, receptæ quidem communiter Versioni, sed non
ex omni parte perfectæ. Quam eandem sententiam secutus Frid.
Spanhem. Dub. 19. par. III. in loc. Matth. III. 3. cùm ait: Notan-
dum, Evangelistas secutos Versionem LXX. in plerisq; quæ & ma-
xima authoritatis erat apud Hellenistas, & multis præ manibus,
quando id fieri poterat salvâ dictorum Propheticorum substantiâ,
tum ut libertatem suam ostenderent, tum ne in relevi, & adiaphora
malis cavillorum, infirmis scandali occasionem ullam præberent.*

Verbo dicimus, Evangelistas & Apostolos in citationibus
suis I. modò expressisse contextum Hebræum. Et ne verbis
duntaxat triumphare videamur, ipsam locorum inter se colla-
tionem inibimus. Manifestus est locus Matth. II. v. 15. Εξ Αἰ-
γύπτου συάλεσα τὸν γόνον με, ex Aegypto vocavi filium meum. Quæ
verba apud Hos. XI. v. 1. in versione LXX. sic extant: Ἡξ Αἰγύπτε
μετεκάλεσα τὰ τένα ἀντα, ex Aegypto accersivi filios ejus. Ubi
palam est, Evangelistam, nulla versionis istius habita ratione,
de verbo ad verbum Hebraica reddisse, quæ sic habent:
מִצְרַיִם קָרָא תְּהִלֵּת בָּנִי i.e. Ex Aegypto vocavi filium meum. Con-
fer

334 THESAUR. PHIOL L.I.C. 3. DE TRANSL. MAS. & KABE.
fer Hier. præf. in Pent. Huc quoque facit locus Joh. XIX. v. 37. collatus cum Zech. XII. v. 10. ubi LXX. legentes רְקִרְבָּן vertunt κατερχίσασθο, Apostoli ex Hebræo רְקִרְבָּן, ενείποσθ: de quo loco ipse Hieron. comment. in Zachariam. En discrimen & ipse judica! Sic Hos. XI. 1. collat. cum Matth. II. 15. Jerem. XXXI. v. 15. collat. cum Matth. II. 18. Et Hos. VI. collat. cum Matth. IX. 13. Adeundi Taylor & Bootius in libello contra Morinum hac de re edito. Atque de his intelligi debet illud Hieronymi in Malach. c. III. Ex quo perspicuum est, Apostolos & Evangelistas & ipsum Dominum Salvatorem non LXX. Interpretum autoritatem sequi, qua Hebræ Lingue habentes scientiam non indigent; sed ex Hebræo transferre quod legerint, non curantes de syllabus punctisque verborum: dummodo sententiarum veritas transferatur. Quod quidem & in pluribus locis eos fecisse docuimus, & maxime in eo libro, qui à nobis inscriptus est: De optimo genere interpretandi: multis simul testimonii approbatum est.

II. Modò, posthabito contextu Hebræo, tempori & consuetudini consulentes, secutos Versionem LXX. viralem, tum quoad nomina propria, Luc. III. v. 36. Gen. XI. 12. juxta quosd. tum quoad voces alias, Act. XIII. v. 41. collat. cum Habac. I. v. 5. Ubi Textus N.T. & LXX. habent oi κατασεγνται, contemptores, textus verò V. T. בְּנוֹיִם, in gentibus: nempe LXX. legerunt בְּנוֹרִים: tum quoad permutationem literarum, Rom. IX. v. 33. collat. cum Jes. XXVIII. 16. ubi uterq; contextus Græcus habet ε καταχυσθισε, non pudebit, Hebræus autem לא יחיש, non festinabit; hic scilicet suspicari licet, LXX. legisse לֹא יבוֹש: tum denique quoad puncta vocalia, Act. XV. 16. collat. cum Amos. IX. 12. ubi Lucas & LXX. scripserunt oi κατάλογοι της αιθεωπιαν, reliqui homines: Textus Hebræus אֲתָה שָׁארית אֶדוֹם, reliquia Edom: nimirum LXX. pro אֶדוֹם legere אָרוֹם, homo: vide & Hebr. XI. 21. collat. cum Genes. XXIV. v. 31.

III. Modò testimonia à codice Hebræo pariter atque Graeca versione dissentientia citâsse, vide Matth. II. v. 6. collat. cum Mich.

Mich. V. 2. ubi Evangelista ait: Καὶ σὺ βοηθεῖς, γὰρ Ἰάδα, καὶ δι-
μῶς ἐλαχίστην ἐν τοῖς οὐρανόσιν Ἰέδα, οὐ σε γὰρ ἐξελένουσστα τὴν γῆ-
μην, ὅσις ποιησαὶ τὸν λαόν μα τὸν Ἰσραὴλ. Quæ verba & He-
braicus contextus, & editio LXX. aliter habent, ille enim hic
est: וְאַתָּה בֵּית־לְחִסּוֹת אֲפָרָתָה צָעִיר לְהִיוֹת בָּאָלֶף יְהוָה מֶמֶּךְ לִי, יְאַבְּן:
Hunc LXX. ita reddiderunt: Καὶ σὺ Βοηθεῖς οὐδὲν ἐν φρεστῇ ὀλιγοστὸς εἶ τὰ ἔτη ταῦτα χαλιστὸν Ἰέδα, οὐ σε μη
ἐξελένουσσι, τὰ ἔτη εἰς ἀρχοντάτην Ἰσραὴλ. Sic Esaj. XXIX. 10. col-
lat. cum Rom. XI. v. 8.

QUESTIO XII.

*Quo loco versio LXX. viralis inter Gentiles,
Iudeos, Christianos & Turcas sit
habita?*

Quemadmodum omnes gentes, quarum pectora vel me-
diocri cognitione Dei imbuta erant ac induta, Sacri Contex-
tus in illam, quæ vernacula ipsis fuit, linguam translationem,
perquām magni aestimārunt: Iudei, in captivitatem abducti
Babylonicam, Chaldæam; Persæ Persicam; Samaritani Sama-
ritanam: ita cum primis versio illa Græca, quasi Catholica,
magno semper habita fuit loco à *Gentibus & Iudeis: Christianis & Turcis.*

I. Et ut *Gentilium* testimonium in prima acie collocemus,
novimus utique Ptolomæum Philadelphum, hominem den-
sissimis idolatriæ Ægyptiacæ (de qua consulendus *Cicer*
lib. de nat. Deorum primo, & lib. 5. *Tuscul.* quæst. *Diodorus Si-*
culus lib. 1. *Juvenalis Satyr.* 15. *Plutarchus* tomo 1. p. 670. in
Sympos: ex Iudeis *Majmonides* More Nevochim, *Philo* de le-
gatione: ex Christianis *Justinus* in resp. ad orthod. p. 250. *Bux-
torf.* Synagog. Iudaic. c. 12. *Aubanus Boëmus* in descript. Africæ
p. 40.) tenebris immersum, non sumptibus tantum regiis ver-
sio-

sionem istam Græcam procurâsse, sed & eandem adornatam in Bibliotheca Alexandrina summâ fide asservâsse.

Sed & aliud, honoris magni, à Gentibus versioni Græcae habiti, neque id obscurum, nobis ostendit vestigium Philo Judæus, qui solennitatis anniversariæ, in memoriam adornatae versionis, à Græcis & Ægyptiis æquè, ac Christianis celebratæ, sequentibus meminit verbis: Διὸ καὶ μέχει τοῦ ἀντὶ πᾶν ἔτε
ἔσπει τῷ παντούς ἀγέται, καὶ τῷ φάρεῳ νησον, οὐ εἰς Ἰερουσαλήμ
μόνον, ἀλλὰ καὶ παμπληθεῖς ἐτεροὶ δικαιωθεῖσι, τὸ τε χωρίον σε-
μιώσοντες, ἐν ᾧ πρώτον τὸ τῆς ἑρουλειας ἅγιόλου φέρεται, καὶ πα-
λαιός ἔνεργος Βρυγεῖται ἀεὶ νεαζόντος δικαιοσύνατος τοῦ Θεοῦ, id
est, Quonobrem usque adhuc anni versaria solennitas festumque
celebre agitur, in insula Pharo, in quam transeunt non solum Iudaï,
sed innumera hominum aliorum multitudo, locum veneraturi, in
quo primùm illius interpretationis lux effulgit, & pro veteri benefi-
cio itentidem recenti gratias acturi.

II. Judæos etiam, tum *Hellenistas*, in Ægypto alibiq; Græ-
ca lingua utentes; tum *Hebraistas*, versionem Græcam inde
à multis seculis magno in pretio habuisse, veterum, hac de re,
testimonia ambigere nos non sinunt.

Ut enim in *Hellenistarum* potissimum gratiam Biblia Græcè fuisse translata dubitamus nulli: ita etiam, primùm
atque versio illa prodiit, magno applausu ab iis fuit excepta,
ut ex R. Asaria(p. 26. S. בְּדַת הִזְרִירָה מְאֹת כָּל קְיֻם חֲפַתְרוֹן, Con-
firmatio interpretationis (Græcæ) ab universo Israëlitarum cœtu)
colligere est. Unde idem Hellenistæ, inde ab ultima antiquitate,
in Synagogis suis, per universum ferè terrarum orbem,
Translationem Græcam legerunt, ipso monente Tertulliano
in apologetico C.XVIII. Sed & Judæi, inquit, palam leditant:
νεττιγαλις libertas vulgo auditur Sabbathis omnibus, qui audierit,
inveniet Deum. Nettigalem, inquit VVovv. in Syntag. appellitat
libertatem, quia hanc audiendi & legendi libertatem pecunia sibi,
sive tributo redemerunt. Cumque, circa annum Christi 552.
tem-

tempore Imperatoris Justiniani, lis acrior esset oborta inter Iudeos, aliis pro solo contextu Hebraeo, in Synagogis publicis prælegendo, aliis pro versione Græca, ejusque usu, certantibus, ipse Augustus, auctoritate sua interposita, ejusmodi tulit sententiam: Εκάδουμεν, ὃς οἱ μὴ μόνης ἔχοντι τῆς ἑβραικῆς φωνῆς, καὶ ἀντὶ περιηγήσας τῷ τοῦ ιερῶν βιβλίων ἀνάγνωσιν βέβαιον, οἱ δὲ καὶ τῷ εὐλατίδα τελεγραμβάνειν πάξιεστι, καὶ πολὺ μᾶλις χερονού τοῦτο τέττα τελέσεις σφᾶς ἀντὶς σαστάζεσσιν. Ημεῖς τοιοῦ τοῦ τελετας παρθόντες, καλλίγραφοι εἰπεῖν οὐκέτι τέττα τελέσεις τῷ εὐλατίδα φωνῇ τῷ τοῦ ιερῶν βιβλίων ἀνάγνωσιν τελεγραμβάνειν ἐθέλοντας, καὶ φωνὴν πάσιν ἀπλάσιν, οὐδὲ τὸπον οὐτιπαθετέαν τοῖς αἰκάσιοις εἴπειν. Θεωρίζομεν τοιοῦτον ἀδειαν εἶναι καὶ τὰς σωματικὰς τοὺς ἀντίρρητούς, καθ' ὃν ἑβραιοὶ ὅλως τόπον εἰσί, εἶναι τὸ εὐλατίδην φωνῆς τὰς ιερεῖς βιβλικές αἰναριώσοντεν τοῖς σωματισιν, οὐ καὶ σὸν πατέριν τυχὸν. [Νοιταλῆς Τάντης φαμέν] οὐ καὶ τὸ ἀλλων ἀπλάσις τοῖς τόποις συμμεταβαλλομένης σὸν γλώττην καὶ σὸν δὲ ἀντίρρητον αἰναριώσωσεν. ἐφ' ὧν σαφῆντες τὰ λεγόματα τοῖς σωματισιν ἀπαστρέψενται, καὶ τὰ ἀνταξήντα τολιτθεῖσται, id est, Comperimus, alios quidem soli insistere Hebraicæ linguae, eaque uti in sacrorum librorum lectione velle, alios verò etiam Græcam asciscere operæ pretium esse existimare: atque adeò longo jam tempore ob hoc seditione inter se dissidere. Nos igitur, his cognitis, meliores esse iudicavimus eos, qui Græcam quoque linguam ad lectionem sacrorum librorum assumere volunt; quin imò omnem simpliciter linguam, quam loci ratio aptiorem commodiorēmque audientibus efficit. Sanctimus igitur facultatem licentiāmque dari volentibus, Hebraicis in Synagogis suis, ubicunque locorum Ebræi fuerint, Græcâ linguâ sacros libros prælegere in unum convenientibus; atque etiam, si fors tulerit, patria sive vernacula (Italicam, Latinam sive Romanam hanc dicimus) aut simpliciter aliis quoque, unâ cum ipsis locis mutato sermone, & qua per ipsum fit lectione: in quantum plana amicta esse possunt dicta congregatis cunctis serie perpetua, ipsique secundum eadem & vivere & conversari. Authent. 146.

Neque verò parùm auctoritatis versioni isti Græcæ à Judæis ἐλλειπον accessit ex eo, quod privatis quoque eam tererent manibus: id ut maximè versimile est, ita expressis à Baronio asseritur verbis, ad ann. Christi 231. S. 39.

Quod Judæos *Hebraistas* attinet, qui mèrè erant Hebræi, & nullum gustum Græcarum literarum ceperant, ut à Græcorum gente, lingua & studiis omni ex parte alienores, ab ea versione abhorrebat, qualibet occasione eam proscindentes, vitiisque ejus & errores notantes. Indignati nempe, arcaña suarum ceremoniarum, legémque sanctam, ab ipso Deo traditam, profanâ & idololatrarum linguâ scriptam vulgò patere. *Invidens*, inquit *Augustinus* lib. 15. de Civit. Dei c. 11. *nobis* (Judæi) quod Lex & Prophetæ interpretando ad nos transirent. Hinc non tantum fabulantur, tenebras per totum orbem sparsas fuisse, imperante Ptolemaeo, cuius auspiciis ista adornata fuit; sed etiam, ob eandem, jejunium mense Tebeth, & quidem ejusmodi, qualia ob *νεούλειαν* aut publicam calamitatem, aut casus adversos instituere solebant, Judæos celebrasse, dolori nempe, quem inde conceperunt, testando. Unde lamentum illud in tract. *Soph.* *מעשה בחמשה וקניהם שנכתבו* להלמי המלך את התורה ונינה והיה היום קשה לישראל כי כתשענשה *בזהען* id est, *Opus quinque Seniorum, qui scripserunt Ptolemaeo Regi Legem Græcè*: fuit dies ille gravis Israël, sicut dies, quo factus *yitulus*. Constat quidem, quam ridiculum, in patrocinium versionis Græcæ, recentiores Iudæi verbis istis affingant sensum: (vide Meor En. R. *Asariae* p. 50. & Schalsch. *Kabbal*, p. 24. a.) Verum effugia esse, quæ nodum istum non solvant, ipse fassus est *Morinus* in Exerc. Bibl. p. 371.

Utut verò hæc omnia ita se habeant, negare tamen neutrum possimus, ipsos etiam Iudæos originarios, non parùm versioni Græcæ tribuisse. Occasione enim ejus, publicis Talmudistarum decretis sanctum est.

1. Ut Lex Græcis literis scriberetur: juxta illud *לְאֵת הַתִּירָה וְקַנְיָמִים שִׁיכְתָּבוּ*

שִׁכְתָּבוּ סְפִירָם בְּכָל לְשׁוֹן אֶלְאַ בְּוּנָה id est, Non permiserunt scribere libros ullâ lingua, exceptâ Græcâ. R. Azar. loc. cit.

2. Ut eadem in Græcam linguam transfunderetur: quod idem R. Asarias ex Talmude probat.

3. Ut in Synagogis publicis Græcè legeretur. Unde historia Talmudica *Tal. Hieros.* Sota cap. 7. R. Levi ivit Cæsaream וְשָׁמֵעַ לֹּן קְרִין שָׁמֵעַ אלִינְסָטוֹן audiensque eos legentes (lectionem Audi Israël, ex Deut. 6.) ἐλλασί, Græcè, voluit impedire ipsos: R. Iose id aniiadvertisens, irascebatur, dicens: Qui non potest legere Hebraicè, num omnino non leget? immò leget quacunque linguâ, quam intelligit ac novit, & sic officio suo satisfecerit. Ergo, infert Cl. Buxtorf. in Lexico Talmudico p. 104. etiam Græcè sacra legere, in Synagogis fuit permissum, quod à multis negatur. Vide etiam R. Asar. c. 9. p. 53. a.

III. Ad Christianos ubi fuerit ventum, quām hic, bone Deus, ampla se offert testimoniorum seges?

A. Prūnò enim ipsi nonnunquam Apostoli (nam quòd Irenæus lib. 3. eūmque secuti alii existimant, Petrum & Iohannem, & horum secessores prophetica omnia ita enunciâsse, quemadmodum Interpretatio Seniorum continet, aut manifesta est της αὐθοληκῆς ἀπερτεῖα, aut de aliis intelligi debet codicibus, quām quibus Hieronymus, aliquique post ipsum sunt usi) in citationibus suis vestigia premunt editionis Græcæ, vide sup. quæst. XI.

B. Apostolorum exemplum sequebantur Ecclesiæ aliæ, Græcæ, Latinae, Syriacæ, Arabicae, que omnes versionem istam, tum in coetus publicos, tum in parietes privatos, libentissimè exceperunt.

Et de *Græcis* quidem *Ecclesiis* res manifesta est, illam enim non receperunt tantum, sed ea continua tot annorum serie usæ fuerunt: nec sine causa, ferè unam illam, quovis modo tolerabilem, retinuerunt. Nempe, ut in Republ. sæpe iniquas leges non abrogamus, ne levi inducta mutatione tota civitas convulsa laboret. Unde & Philosophus statuit, si quid in Re-

publ. mutandum, illud tum demùm commode fieri, cùm stella Saturni spatia sua confecit. Qua ratione haud dubiè mota antiquitas non temerè eam repudiavit. Hinc *Augusti* libr. 18. de Civit. Dei c. 43. ait, quòd et si aliae subortæ interpretationes, tamen illam solam recepit Ecclesia, eaque usi Græci populi Christiani, qui nullam aliam nōrānt. Sed non sine discrimine: *Alexandria* enim, scribit Hieron. præf. in Paralipo. & *Aegyptus* in LXX. suum *Hesychium* laudat authorem, *Constantinopolis* usque ad *Antiochiam* *Luciani Martyris exemplaria probat: mediae inter has provincias* *Palæstinos Codices* legunt, quos ab *Origene* elaboratos *Eusebius* & *Pamphilus* evulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat.

Ecclesiæ Latinæ non ipsam quidem versionem Græcam, auribus suis barbaram, in usum, quâ publicum, quâ privatum, admiserunt, sed Translationes alias ex editione LXX. viralis, cujusmodi *Augustini ætas* plurima tulit. Testatur enim lib. 2. de doctrina Christiana c. 11. suo tempore Latinorum Interpretum, qui ex Græco in Latinum eloquim Biblia transtulerint, infinitum fuisse numerum. Si cui enim primis Ecclesiæ temporibus ad manum venisset codex Græcus, atque aliquantulum sibi adesse utriusque linguæ facultatem sensisset, ausum fuisse statim interpretari: unde innumerabiles Biblorum apud Latinos Interpretationes, quas inter, *Augustini* judicio, excellebat *Itala*, quòd verborum tenacior esset cum perspicuitate sententiæ. Græcis, ob vulgarem ejus usum, *nouin* (quo nomine ipsam quoque editionem LXX. viralem venisse, ex *Philastrio* & *Hieronymo* probare conatur *Baronius* ad ann. Chr. 231. S. 40. 41.) Latinis, Græcorum imitatione, *vulgata*; vel etiam, respectu editionis Hieronymianæ, quæ recentior erat, à *Gregorio Magno* & aliis *Vetus* appellabatur. Atque sic per annos propemodum 400. Ecclesiæ Latinæ versionibus, à Græcis mutuatis, fuere nutritæ. Tandem verò, postquam *Hieronymus* Presbyter (verba sunt *Augustini* de Civ. Dei lib. 18.) homo doctissimus & omnium

omnium trium linguarum peritus, non ex Græco, sed ex Hebreo in Latinum eloquium Scripturas Sacras convertisset, ejusque tantum literarum laborem Judæi veracem esse fas si fuissent, reluctantibus non paucis, quibus una in versionem vulgatam seu communem sequi placuit, ipsa tamen editio Hieronymi sensim prævalere cœpit. Vide Baron. loc. cit. S. 45.

Latinarum Ecclesiarum exemplum imitatione dignum aestimabant Ecclesia Syriacæ & Arabicæ, quarum sedulâ operâ præcipua Vet. T. fragmenta ex Translatione LXX. viralî in linguas vernaculaς, Syriacam & Arabicam, sunt conversa.

A *Syriacis* Ecclesiis quid præstitum sit, sequentibus percipe *Andreas Masij* verbis: *Habeo aliquot Sacrae Historiae libros* (Iudicium nempe Historias & Regum, ut in epist. dedicatoria p. 6. refert, præterea Paralipomena, Esdram, Ester, Iudith; denique Tobiæ & Deuteronomii bonam partem) *qui & conversi in linguam Syriacam, & scripti sunt Alexandriae; anno ab Alexandro magno novies centesimo vicefimo septimo: hoc est, ante hos nongentos & quinquaginta annos: sunt, inquam, conversi ad verbum de Græco exemplari, quod manu Eusebii ad Origenis libros, qui in Cæsariensis Ecclesiæ bibliotheca aſſervabantur, fuerat emendatum: cum huic ad eam rem adjutor fuisse Pamphilus. præfat. in edit. Græc. Iosuæ p. 125.*

Nec cedunt Arabes, quibus versio Græca geminam dedit interpretationem Psalterii, tum in *Syria*, tum in *Aegypto* recepti, monente *Augustino Justiniano*, Episcopo Nebiensi, ad Psal. 14. Sic *Simeon de Muis* aſſert. verit. Hebr. p. 146. qui *Arabicam*, inquit, *Psalmorum versionem edidit, haud dubium, quin ex Græco tranſtulerit, non ex Hebreo*. Huc refer Pentateuchum *Ibn-Sina*, de quo supra p. 274. Est in Bibliotheca Oxoniensi, antiquissimis Orientalium monumentis celeberrima, Pentateuchus alias Arabicus, in quo itidem de versionum Græcarum origine, LXX. viralis cum priinis, obeliscis item Orige-

nianis, prolixè agitur. Habet inter cætera, LXXII. *Interpretes à Ptolomæo Tiberiadem fuisse vocatos.*

Sunt hæc testimonia, pro editione Græca, ferè universalia. *Singularia Ecclesiæ primitivæ Patrum si recensere vellemus, nimium quantum quæstionis hujus moles excresceret.* Videatur *Justinus Martyr* adversus Tryphonem & apologeticum. 2. *Irenæus* lib. 3. c. 24. adversushæret. *Clemens Alexandrinus* Stromat. lib. 1. *Euseb.* lib. 8. de præparat. Evang. c. 1. *Epiphanius* libello de ponderibus & mensuris. *Cyrillus Hierosolymitanus*, Catæch. quartâ. *Chrysostomus* in cap. 1. Gen. homil. 4. in Matth. c. 1. homil. 5. *Theodoreetus* præfat. in Psalmos. *Procopius Gazæus* in principium Genesim. *Theodorus Antioch.* in cap. 1. Soph. *Euthymius* in illa verba Matthæi, *Ecce virgo concipiet.* Ita Patres Latini, *Tertullianus*. Apolog. c. 18. *Hilarius* prologo in Psalmos in Psalmum 2. aliòsque nonnullos. *Ambroſius* lib. 3. Exam. c. 5. in Psal. 43. & Psal. 118. lit. Thet. *Augustinus* pluribus in locis, ut Epist. 8. & 10. quæst. 169. super Genesim. in quæst. super Iosu. libr. 6. quæst. 19. l. 2. de doct. Christiana c. 15. & lib. 4. c. 7. lib. 2. de consensu Evangelistarum c. 66. lib. 18. de Civ. Dei c. 42. & 43. Qui plerique non encomiis tantum amplissimis versionem Græcam ornant, sed eam planè δρόπτεσσον faciunt. *Hunc enim errorem primaria Ecclesiæ primitivæ columna errârunt, ex quo innumeris alii propululârunt:* verba sunt *Sixtini Ama*. ab initio sui Antibar. *Veterum fateor esse magnum numerum (Chamier. panstr. tom. 1. p. 463.) qui hujus editionis Græcae maximis fuerunt admiratores:* sed ii, ut plurimum Hebraicæ linguae imperiti: proinde iudices cœci de coloribus pronunciantes. *Nam & Augustinus meritis conjecturis novas versiones impugnabat: quas merito irridebat Hieronymus.* Horum lapsus inde facilius percipimus, quod editio nem admirarentur, qualem habebant: id est, ut ex Hieronymo discimus, corruptam depravatamq. locis infinitis: ut reliqua taceam, quæ ipsi authoribus merito imputanda sunt. Si igitur illi tot errores defendenterunt, quis ausit, in ea re eorum iudicio standum pronunciare?

ciare? Vide *Druſ. comment. in Gen. p. 15. & Scal. Ep. 93. p. 236.* Gravis est de sui temporis historicis querela *Thucydidus* in libri I. proœmio dicentis: *Homines, quæ de rebus præteritis audierunt, nulla prorsus examinatione adhibita (ἀβοτανίσως) à se in vicem accipiunt.* Et paulò post: *A plerisque studium veritatis negligitur (ἀταλάπωροι οἱ ζητητοὶ δὲ ἀληθεῖς) dum obvia quæque, & quæ magis in promptu sunt, consequantur.* Ad quæ Thucydidis loca *Tacitus* respexit videtur, cùm lib. 3. annal. cap. 19. Adeo, inquit, maxima quæque ambigua sunt, dum alii quoque modo audita pro compertis habent: alii verò in contrarium vertunt: & gliscit utrumque posteritate. Similem omnino querelam de quorundam historicorum in investiganda veritate negligētia instituit Imp. *Andronicus* apud *Nicephorum Gregoram* lib. I. Interdum ex ignorantia veri & imperitia rerum, hæres illinunt ac memoria mandant, quæ à quovis audierint, priusquam expendant, sintne probabilia & veritati consentanea, an verò absurdā, & ab ea prorsus abhorreant. Id vel maximè in Historia de versione Græca evenisse videtur. Non multūm deliberabant posteri, quam bene de illa Majores essent locuti. Consensisse sufficiebat iis, quibus per originalium linguarum ignorantiam penitus rei veritatem investigare non licuit.

Possimus addere alia quoque testimonia, quibus autoritas versionis Græcæ veterum suffragijs prolixius assereretur, ut cùm eandem in Conciliis adhibuerunt, *VVorver. p. 57.* in disputationibus publicis & privatis adversus hæreses (sed non semper eo successu, quem inspectio fontium Hebræorum fuisse largita) in sublidum vocarunt; commentariis denique variis illustrarunt. Vide ibid. & *Salmas. de Hellenist. p. 157.* Quia verò omnia, quæ dici possent, angustis scopi nostri limitibus non comprehendenterentur, vel præcipua delibassæ sufficiat.

Hodierno die quo loco esse debeat versio LXX. viralis, superfluum ferè est quærere; ostendant nobis, qui *ad Divinas ejus pro-*

propugnant, versionem, quæ hodie ab eruditis teritur, ipsissimam illam esse, quæ ab Apostolis usurpata, & deinceps ab Ecclesiæ primitivæ Patribus tantopere coimmendata, atque sic æquos omnes bonos habebunt judices. Concedent nempe (utimur verbis Claril. Chamieri panstrat. libr. I 3.c. I.) hanc Græcam editionem utilissimam fuisse generi humano: quod jam ante Christum ita paulatim assuefieri cœpit cœlesti doctrinæ; & in mediis idolatriæ tenebris haberit veritatis lucem; ac credeant, profelytos multos esse factos ex hac eantorum Mysteriorum communicatione. Sed & ad Ecclesiam Christianam magnum inde fructum pervenisse, docuisse experientiam: cum aliquot seculis vix aliter sive Græcis sive Latinis V. Test. cognitum fuerit. Nam et si extabant aliae versiones, tamen hæc erat celeberrima, omnibusque maximè cognita, &c. Concedent, cum Hieronymo, Interpretes Græcos, tanquam minimè contemnenda auctoritate præditos, suspicendos, eorumq; versionem non solum veneratione prosequendam, sed etiam, nisi manifeste ab originali deviaret, aliis omnibus præferendam; negabunt tamen, vel Prophetas fuisse Interpretes, vel interpretationem eorum cum ipsis fontibus eodem loco habendam. Sic, inquam, de Editione ista sentirent, si illibata ad hæc nostra tempora asservata fuisset, optimi quiq; Quia vero jam Hieronymi, immo Origenis, ætate LXX. exemplaria lacerata fuerunt & inversa, ut videre est apud VVovver. p. 87. & Bulling. Epit. temp. P. II. tab. 4. Glaß. Philolog. p. 58. & nos rudera tantum & lacryava Veteris versionis habemus, ut doctè probat Cl. Rivet. Isag. ad Script. S. p. 140. aliiq; Theologi juxta ac Philologi i. Reformati, Salmas. de Hellen. p. 243. Joh. VVovv. Syntag. de LXX. p. 28. Alting. Theol. hist. Loc. 2. Schikh. Bechin. Happ. p. 39. 2. Pontificii, testimonium Pagnini vide sup. p. 180. Martinezi Isag. Riv. p. 141. Bellarm. de verbo Dei libr. 2. c. 6. nemo indignabitur, si parciùs nunc editio illa commendetur, ejusque restitutio ex fontibus Hebræis urgeatur.

v. 12. אָבְדוֹן עַד à Græcis vertitur ἔτι πεντέν οὐρανόν, significatio prorsus mutuata ab Arabibus, qui æternitatem usitatissimè per אָבְדוֹן exprimunt. Quid sibi velit *Psal.* 8.v.2. vox Τηνή, ἐπίθετη, suprà p. 355. discussimus. *Psal.* 10. v.7. vox חַצִּירָם, atria denotans, à LXX. redditur μῆτρας τοῦ, significatione, sine dubio, petita ab Arabico verbo חַצֵּר, floruit: nisi malis eos legisse עַשְׂרֵי. Sic aliquoties vox חַלְדָּר, mundum significans, transfertur à LXX. per ψαυστινοῦ, seu subsistentiā, durationem, quo sensu vox hæc Arabibus usitatissima est: vide- sis *Psal.* 39.v.6. & 89.v.48. Sic *Psal.* 68. v.12. vox יְהֻדָּו ἀγαπητὸν Græcis denotare non potest, nisi elicias ex verbo Arabico וְדָר amavit. *Psal.* 90.v.10. וְper επίρχουμ exponitur, quem significatum habet apud Arabes גְּנָזֵר. *Proverb.* 30.v.31. וּמְלָךְ אֲלֹקִים. *Cant.* 4.v.1. מִבְּעֵד לְצִמְתָּה, εὐπολέλευθηκοῦ ἐν ἔθνει: certè ex אֲלֹקִים מִינָּם, aut δημογραφίᾳ significatum non extorquebis, nisi ipsissimum Arabicum אֲלֹקִים, populus, agnoscas. *Cant.* 4.v.1. מִבְּעֵד לְצִמְתָּה, εὐπολέλευθηκοῦ σε, sic etiam v.3. & c.6.v.6. planè ex signific. verbi Arab. מְבָצֵא, absurduit, conticuit. *Iesa.* 7.v.6. וְגַנְעָנֶה, LXX. καὶ συλλαλήσαντες ἀντοῖς, ex signific. verbi Arab. גְּזָר, narravit, recensuit. Et cap. 14.v.4. שְׁבַתָּה מְרַחַב, LXX. καὶ αἰσπέπαυται δημιουργίας: nihil profectò verisimilius videtur, quām asserere, illos ex usu Arabici fugit, מְרַחַב δημιουργίας, ut vertisse. *Jerem.* 12.v.9. צְבוּעַ, LXX. ἢ σκόλαιον ὑδάντι, vel ad Hebr. respexerunt טַהַר exit, cui tamen repugnat analogia Grammatica; vel ad Arab. طَاهِي, Terra regens, qualis est spelunca, &c. Huc refer *Jer.* 3.2.v.36. בָּרְבָּר, Gr. ἐπισολῆ, ubi, dubio procul, Interpretes in mente habuerunt usum verbi Arab. דָּבֵר, duxit.

Exemplum Dialecti Aegyptiacæ, ab Interpretibus Græcis observatæ, produximus in Exerc. Anti Mor. p. 57. Confer *Conr. Diet.* Diatrib. p. 136.

Neque verò significationis tantum, à Syris & Arabibus mutuatæ, apparent ubique vestigia: ipsa quoque temporum formatio, solis Syris propria, nonnunquam ab Interpretibus Græcis

videtur observata. Hinc *Jere. 48.v.2.* vocabulum מְרַגֵּן pro Infinitivo nominascente, cuius litera formativa apud Syros est מ, usurparunt. Illustrius habemus exemplum *Habac. 3.v.18.* לְמִנְחָה בְּנִינּוֹתִי, LXX. τῷ νυκτοῖ με ἐν τῇ ωδῇ ἀντεῖ, quasi Particip. מִנְחָה Infinitivus esset.

D. Non paucas quartò à contextu Hebræo differentias in Græcam editionem invexit Typothetarum & amanuensium αβλεψία & oscitantia, qua de re *Joh. VVorv.* in Syntagm. suo cap. 12. pag. 95. ita loquitur: *Librariorum imperitiam & negligentiam veteres Christiani* (vide *Hieron. prolog. ad Paralei. Praefat. in Esd. August. de civ. Dei lib. 15.c.13. Ferd. de Escal. clyp. conc.lib.6.c.9. Morin. Exerc. Bibl. p. 341.) plurimis locis accusant: ut comment. de *polymathia* c. 18. abunde ostendi, & pañim in veterum Ecclesia scriptorum librī obseruare licet. Atque illi quidem omnes quasi facta conjuratione sacram Scripturam depravârunt: quibus sponte incitatis signum dedit lascivia ingeniorum, quæ falsa scientiæ ostentatione eò temeritatis procedere sustinuerunt, ut nihil penè relictum, quod acumine suo non sollicitârint. Cùm igitur tam multi ad eundem offenderent lapidem, abesse non potuit, quin Scriptura multis modis luxata, & omni parte mendoza prodiret: In primis verò septuaginta Interpretatio tam fœdè inquinata, ut ipsi authores suam non agnoscerent. Hinc nata tot lectionum varietates penitus inter se diserepantes, quas in vetustissimis scholiis notatas videmus, & ipsorum exemplarium etiam antiquissimorum dissensus, ut vel summa ingenia sine metu naufragii hæc vada & syrtes transire non possint. Sic *Gen. 4.v.5.* vulgata exemplaria habent οὐέσνος τῷ ἀργοσπόῳ, cùm legendum sit, οὐέπεσος, ut ex Romano & manu scripto exemplari restituimus. Sic *Gen. 11.v.2.* pro παιδίον, corruptissimè in exemplari manu scripto habetur παιδίον. Ea dem ratione *cap. 13.v.1.* pro τῷ ἀρχῷ in quædam exemplaria irrepsit τῷ οὐλουλῷ, & *v.5.* pro voce οὐλουλῇ, legitur vulgo τῷ κτλών. *Cap. 19.v.3.* quædam exemplaria habent τόπον pro πότον, επεμψέν pro ἐπεψέν. *Cap. 24.v.30.* In manu scripto quo-*

quodam Bibliothecæ nostræ satis antiquo legitur, *τὸν τῆς γῆς*, pro *τὴν τῆς πηγῆς*. Cap. 3 i. v. 6. verba Hebræa *Μνήση* redunduntur *δέηται ἀμνῶν*, pro *μυῶν*. Sic *Hosea* 9. v. 8. legitur *ποτός οὐρανίος* pro *ποτός*, ut restituit *Drus.* quæst. Hebr. lib. i. pag. 12. Sic 2. *Reg.* 3. v. 4. leg. *λόγων διαβόλου* pro *λογισμῷ*: & *Amos.* i. v. 1. pro *ἐν αὐτούς* *περιπέτειαν* (vel ut alii habent *άναρτην*, seu *κατεραθιαπεῖν*) leg. *περιπέτειαν* vel *πενεδεῖν*. *Drus.* pag. 63. Ita 2. *Sam.* i 7. v. 8. pro *ἀποτελεῖται* *ἐν τεκνομηλύν* leg. cum *Drus.* pag. 82. *ἐν πενεδεῖν*, *orbatus*. Et cuin eodem pag. 84. *Habac.* 2. v. 5. pro *καπούμην*, quod Græca, Antuerpiæ impressa, Biblia habent, vel *καπούμην*, ex editione Basileensi leg. *καπούνεμην*. Ita *Joël.* i. v. 17. editio Aldina habet *ἐν πενεδεῖν* *πανεγί*, *Basileensis πανεγί*, pro *πανεγί*. Vide *Drus.* pag. 89. Sic *Nicolaus Fullerus* MisCELL. Sacr. lib. III. pag. 327. locum Psalimi 30. v. 12. *εἰς χρεῖαν ἐμοὶ*, emendat *εἰς χρεῖν ἐμοὶ*. Sic *Genes.* 19. v. 6. pro *οὐρανῶν ὅπισθι* *ἀντεῖ*, ostium verò adaperuit post se, leg. *οὐρανῶν ὅπλων ἀντεῖ*, obdidit autem fores post se. Nam & *οὐρανῶθεν*, ostium claudere denotat, sed certo modo, trudendo nempe & obnixè à se dimovendo. Sic *Deut.* 32. 42. pro *ἄμα*, quædā exemplaria leg. *ἄμα*. *Psi.* 132. 15. pro *θήση* paulatim irrepit *χήση*, unde & vulgatus Interpres retinuit *viduam*: quamvis de loci hujus corruptione alii loquantur aliter. Vide *Calvin.* Tract. Theolog. p. 373. Quid si, ipso hoc exemplo moniti, dicamus, idem etiam obtigisse *Psal.* 2. v. ult. ubi hodie, & ab aliquo tempore, obtinuit lectio, *σπάζεις παιδίας*, pro *σπάζεις παιδός*, aut *παιδία*? ita contextui Hebræo optimè quadrabit, & nihil in hac conjectura à communis translationis illius fato alieni fingitur. *Psal.* 31. v. 16. *ἐν ταῖς χερσὶ σαὶ οἱ κλησί με*, pro *κλησί*. *Thren.* 4. v. 7. quidam habent *ἐπιράθησαν*, pro *ἐπιρράθησαν*. *Ezech.* 32. v. 18. *κενεῖς*, pro *κανεῖς*. Sexcenta alia exempla observabis in Concordantiis *Kircheri Græcis*: Nos ea tantum ex variis autoribus excerpti mus, quæ ut majoris sunt momenti, sic à viris doctis magno studio pristino nitorि restituuntur. Sic in *Aquil.* versione, *Prov.*

19.v.13.pro *σαγετὸς σωύτῳ* Θ., legitur *σαγετὸς σωύτῳ* Θ. Nēque omitti debet locus, *Jerem. 49.v.24.* ubi codices quidam habent *Θαλάσης ἐν*, alii *τοῦ ἐν Θαλάσῃ*, pro *τοῦ Θαλάσης τοῖς*. Et quamvis errores isti ferè sint Catholici, in omnibus prope modum codicibus obvii, editionum tamen, quarum & ante & post reformationem prodierunt non paucæ, (de quibus *Morinus* in *Exercit. suis de Hebr. Gracique textus sinc. pag. 387. & seqq.*) magnum esse discrimin, ultrò concedimus. Quod verò idem ille *Morin. præfat. Bibl. Græc. Seçt. XIII.* thrasonicè admodum jacet, *summum illum Pontificem, Sextum V. post tot secula intermortuam* (*Baron. in annal. a. Chr. 231. S. L. eam, veterissimam illam, Hieronymi ætate superiore, vocat*) *versionem LXX. viralem, quam solam Apostoli suis suffragiis comprobaverint, si fere redi vivam*, & alibi etiam, loco præsertim citato in *Exerc. editionem Romanam cæteris omnibus multis parafangis præferat, animi satis audaculi index est.* Cur enim *solam suffragiis suis prævarint Apostoli editionem Græcam, qui ea indifferenter fuerunt usi?* Cur editio Romana, (qua multum præstitum esse minimè inficiamur) cæteris omnibus præstet, cum non raro minus inde commodus emergat sensus, & à mente Spiritus S. Hebraicè loquentis, longissimè recedat?

Sed audiat *Morinus* unum atque alterum testem domesticum, de hac editione Romana candidius sentientem. *Idem evenisse*, inquit *Jacob. Tirinus, Jesuita Antuerpiensis contr. 2. de Verb. D. num. 6. VERSIONI LXX. INTERPRETUM, pluribus exemplis demonstrat S. Hieronymus, addens tamen, ante Origenem extitisse tantam varietatem exemplariorum LXX. quantam codicium: qua dum Origenes voluit corriger, corrupti magis. Et quamvis iusuxi Sixti V. jam correctior prodierit, nondum tamen omnino correctam constat ex Gen. V. ubi Mathusalem tam senex inducitur, ut XIV. annis post diluvium superfuerit, cum tamen certum sit, eum in arc. non fuisse. Et in omnibus penè numeris annorum, qui in Scripturis tot locis occurrunt, coto cælo dissident LXX. ab Hebraeo*

brœo & Latino & Chaldeo & Syriaco textu; v. gr. *Jon.* III. ubi
 illi habent, adhuc XL. dies, in LXX. eſt, adhuc tres dies & Ninive
 subvertetur. *Exod.* 32. v. 28. pro viginti tribus millibus occisis
 (quomodo etiam S. Paulus legit) ipsi nonnisi tria millia po-
 nunt: 1. *Reg.* 17. v. 4. pro sex cubitis & palmo non dant Goliatho
 nisi quatuor cubitos: *Jobo* in fine libri pro CXL. annis ab exæcta
 calamitate dant ipsi annos CLXX. *Dan.* 9. v. 26. ubi in *Hebræo*
 & *Latino* eſt, post hebdomadas LXII. occidetur Christus; ipsi
 vertunt, post LXIV. hebdomadas deſtruetur unctio: *Et pro eo*
quod in Latino eſt, (sed ab Hebræo) non erit ejus populus,
 qui cum negaturus eſt; LXX. legunt, judicium non eſt in eo:
Genes. 36. v. 2. & 14. ex Ana filia (quomodo *Hebræa* & *Latina* le-
 gunt) ipsi filium faciunt, & mulierem vertunt in virum: *Cap.* 37.
 v. 28. & *cap.* 45. v. 22. argenteos vertunt in aureos, & *Exod.* 38.
 v. 28. pro deargentavit, ponunt inauravit: *ibidem* v. 27. bases co-
 lumnarum vertunt in capitella: *Deut.* 32. v. 6. sit Ruben parvus
 in numero; ipsi ponunt, sit multus in numero; v. 8. pro filii Israël,
 vertunt Angelos Dei: 1. *Reg.* 23. v. 3. pro Juda vel Judæa ponunt
 Idumæam: 3. *Reg.* 11. v. 13. omittunt historiam Razon: v. 25. pro
 odio ponunt gravem afflictionem; pro Syriâ, terram Edom;
Pſal. 55. v. 4. pro timebo legunt non timebo: *Oſea* 1. v. 4. ulciscar
 sanguinem Jezrahel domum Jehu, vertunt, visitabo sanguine-
 nem Israël super dominum Juda; *Amos* 3. v. 9. pro Azotis po-
 nunt, Assyrios, &c. Hanc etiam Editorum Romanorum im-
 peccantiam (detur venia Tertulliani verbo) haud obſcurè ne-
 gat *Bonfrerius* Iesuita, Præloq. in Pentat. cap. 22. Seçt. 8. ex Græ-
 cis editionibus LXX. tres enumerat, quæ hoc tempore cir-
 cumferuntur. 1. Inquit, *Complutensis* eſt, quæ in Regiis Bibliis
 fuit expressa, quæ multum à germanitate & puritate antiquæ ve-
 rustatis, quâ Patres olim usi, deviat. 2. Eſt *Basileensis* codicis, quæ
 à p̄æcedente non raro diuersa eſt, videturque priore purior & ger-
 manior, etſi in multis etiam à veterum lectione recedere videatur.
 3. Eſt Græca versio, quæ Romæ à Cardinali Caraffa ex antiquis-

fimo codice expressa est, quam *Sixtus V.* Pontifex sua, ad hanc editionem præfixa, præfatione commendat, & recipi jubet. Et hæc omnium optima, quæ hactenus in Ecclesia Romana prodierunt, et si & hæc subinde à veterum Patrum fragmentis diversa esse reperiatur, imò, in nonnullis Scripturæ partibus, tanta est hujus etiam codicis, à lectione ea, quæ apud Santos Patres est, discrepantia, ut planè diversa versio videri possit. Exemplo esse possit canticum *Deboræ*, nam ubique ferè ab *Origenis*, *Augustini*, *Theodoreti*, *Procopii* lectionibus hic codex in eo cantico dissidet, cum *Regius* & *Basilensis* codex longè propius ad istorum Patrum lectiones accedat.

E. F. Quintam & Sextam varietatis causam ipsis *Nicolai Fulli*. *Miscell.* *Sac.* pag. 354. exprimemus verbis: *Occasio autem, quâ laxatas eis veluti habenas corrumpēdi augoror, multiplex erat apud Gracos versionum copia & varietas.* Nam eas multis illi mirisque modis & mutilarunt, & permutterunt, & confuderunt, (vide R. *Afar.* pag. 49. a. ex *Hieron.*) & perverterunt. *Oblata est & altera vitiandi velut ansa, nimirum Lectoris subinde in albo exemplaris sui pro arbitrio (ut fit) adjecta annotatio: Ab hac item manus continere nequibant scriptores librarii: quin imò inconsiderata prorsus & singulari certè temeritate, desumpta ex margine, in sacrum verborum Scripturæ contextum inserere non metuerunt.* Atque hæduæ vastæ sunt mendorum tanquam lacunæ, ex limpidisimis Hebraicæ veritatis fontibus potissimum detergenda & expurganda. Prioris exempla nusquam ferè non sunt oculis expositæ: Posterioris licet non adeo frequentia inventantur, non raro tamen reperias. Exempla produximus in Exerc. *Anti-Mor.* *Sect.* LXI. & LXII. quibus adjunge exemplum *Fulleri*, petitum ex *Psal.* 96. v. 10. Ubi verba θνο τ& ξύλα, hac ratione, irrepslerunt. Idem judico de loco *Exod.* 21. v. 22. ubi vox ἀξεινοτέρως & bis irrepsit, ex margine, sine dubio, cui illustrationis ergò fuit adscripta. Ita verò paulatim omnes occupavit codices, ut, quod ex *Catena Patrum* *Msc.* monstrare proclive esset, in ejus explicatione non parùm se torserint antiquissimi scriptores *Cyrillus*, *Theodo-*

retus, &c. Atque ex hoc ipso loco Casuistæ, quos vocant, interrogati, utrum abortum procurare sit homicidium, respondent, si fœtus nondum sit formatus, non esse propriè dictam occisionem, adeoque puniri non posse. Vide *Anton. Garisol.* explic. & defens. Decr. Syn. Carent de imputat. primi peccati Adæ p. 44. Huc etiam refer *Psal. 118. v. 29.* ἔξομολογήσουαι τοι ὅτι ἐπείκεστά με καὶ ἐγένετο εἰς σωτηρίαν, ad quem locum addit *Episc. Nubienf.* *Hic suprà scriptus versus habetur in communi Latina Interpretatione, habeturque in Græca, & in utraque Aræbica, nihilominus est obelo confodiendus, quando nec Hebræa, nec Chaldaea, quæ archetypus censentur, illum minimè habeant.* *Hoc ipsum quam in Scriptoribus profanis frequenter acciderit, collige ex querela Henrici Stephani, Not. in Athenag. p. 195.*

G. Accedit *septimò* Judæorum & Hæreticorum perfidia, quâ codices Græci non parùm fuere turbati. Quod enim Patres nonnulli acris in Judæos, tanquam Scripturæ corruptores invehantur, non intelligi debet de fontibus Hebræis, ac si illos profanè tractassent, sed tantum de versione Græca, cui præsertim Alexandrini (vide suprà p. 303.) Judæi vim non uno tantum loco intulerunt, ut videre est ex cap. 2. quæst. de contextus sacri integritate. De Hæreticis vide Syntag. *VVover. p. 94.* *Morin.* Exercit. p. 314. & 190. ubi duobus probat exemplis, hæreticos impiam suam falcam in S. Scripturam mississ.

H. Sed & *octavò libertati Paraphrasarum* multum tribuimus, qua Interpretes Græci utentes, sensum in multis expresserunt, parùm de verbis solliciti. Atque hinc tot ubique occurunt vocum, Phrasium, sententiarum repetitiones quod *Pentateucho Samaritano* (cum primis in Exodo) & *Græc* sic est usitatum, ut ubicunque eadem occurrit historia, eadem θρόνοι νοιεῖ vel repeatantur verba, vel etiam, ubi temporis ratio & seriei respectus exigere videtur, ex posterioribus capitibus ad priora rejiciantur: Exemplum sit locus *Exod. 2. 22.* qui translatus

I. Quò referri debeat magna illa Chronologiæ & annorum
 diversitas (in *Genesi* præsertim, ubi à mundo condito ad diluvium
 recensentur anni 2242. cùm contextus Hebræus tantum 16; 6.
 idque rectissimè, fatente, & tum rationibus, tum auctoritate
 probante *Jac.Gordono*, Jesuita, quæst. Chron.p.21. & Prophe-
 tia *Zione*, ubi loco 40. dierum, trium tantum fit mentio: unde
 in ejus explicatione Veteres multum se torserunt: vide *Sixt.*
Senens.Bibl.S.p.425. *Morin.Exercit.p.837.* Loc. Coñ *Melch.*
Can.p.316.318.) quâ exemplaria Græca à veritate Hebræa ni-
 miūm quantum discedunt; distractio item, & divulsio capi-
 tum, quæ non tantum à fontibus alia planè est, sed in ipsis
 quoque Codicibus Græcis, (præsertim in *Ieremias Morin.Exer-*
cit.p.406.) varia, heic loci ventilare nolumus. Accuratio-
 ris indaginis & examinis est: Illud solùm moneo, nihil in Roma-
 na Editione sic esse dilaniatum & dilaceratum, quod non con-
 stanter defendat idem in Exerc. præsertim p.398. & deinceps:
 nihil in Chronologicis tam absolum, quod non excusat, aut
 conciliare studeat p.344.

K. Nonam varietatis causam constituimus confusionem
 Hexaplorum *Origenis*, quâ factum, ut, quod vel *Theodotionis*
 fuit, vel *Symmachii*, vel alterius Interpretis Græci, LXX. viris ad-
 scriberetur. Tantum potuit asteriscorum, lemniscorum, hypo-
 lemniscorum, obeliscorum omissione, trajectio, perturbatio.
 Exemplum dedimus suprà p.304.

L. Ultimum tandem differentiarum fontem ipsis *Huldrici*
Zuinglei nostri verbis aperiemus, tom.3.p.207.b. præf.in Iesa.
 Sed non cuncta Biblia, ut isti vanissimè fingunt, verum quisq; suam
 partem, quæ inter dividendum vel sorte vel consilio ei ob venerat,
 transtulit. Cujus sententia argumentum est, quod eadem voces,
 dictiones, figure & locutiones, non tantum in diversis libris, sed in
 eisdem nonnunquam, diversimode translatæ sunt. Ubi nemo unus

potuisset sibi ita excidere, ut non meminisset, quomodo prius eundem sermonem aut sensum reddidisset. Quanto minus si omnes simul communibus opera & sententia vertissent? Adde quod quidam, fœlicissime interpretando, facile probaverunt mundo, quantum ante celluerint eos, qui indocte provinciam istam gesserunt. Nactus est Jesajas interpretem se esse indignum. Sed jam longius esset, per singulos libros ostendere quam eruditè, aut minus traducti sint: quod in ipso publicæ lectionis curriculo semper prodidimus.

Alias differentia causas ex Augustino, aliisque Patribus comminemorat Morinus, Exercit. Bibl. p. 186. quarum potissima est, quod spiritus S. Iusti LXX. Interpretes multa aliter veterint, quam præ se ferat veritas Hebreæ. Ita enim voluisse eum gentes primum institui, & nonnulla celare, quæ in Hebreis habentur, nonnulla vero docere, quibus carent. Sed hoc nimis manifestè repugnare videtur scopo tum Dei, tum eorum, in quorum gratiam versio hæc prodiit, qua de re suprà p. 330.

Ex his autem, quæ hactenus dicta sunt, sequentia emergunt novæ iuræta.

1. Ex versione Græca Contextum Hebr. non esse emendandum.
2. Versionem Græcam hodiernam ita esse corruptam, mutatam, mutilatam, ut primæ illius integritatis & venustatis lineamenta magnam partem perierint.
3. Magnum operæ pretium facturum illum, qui vel ipsam versionem antiquam castigaret, omnes differentiarum fontes (quos plerosque hac ultima questione indigitasse nos fidelissimè confidimus) ostenderet, loca transposita restitueret, luxata redintegraret, vel novam, eamque ad veritatem Hebream exactam, translationem adornaret.

Hæc de prima versione Græca, sequitur

II. Cujus author est

אquila עקיילוֹם Aquilas, de quo observa I. Aquilam cum Onkeloso & in Talmude, & in Medraschim sape confundi: vide Moor En.

p. 145. sed malè, non tantum ob rationes *suprà* p. 258 laudatas, sed etiam quia aliquoties Talmudistæ & commentatores versionis Aquilæ Græcæ mentionem faciunt. Exemplis Græcis luxuriant scripta Patrum antiqua, ut videre est ex editione Romana & Francofurtensi; Hebræa suppeditat R. Azar. Meor En.p. 146. & Buxt. Lex. Talm. p. 1241.

II. Versionem Aquilæ geminam fuisse, quarum altera dicitur ἡγεῖθεια, Hieron.t.5. fol. 180.g.

III. Aquilam, curiosum & contentiosum Interpretē, etiam Etymologias transferre fuisse conatum. Id.t.6.fol.6. & t.4.fol.15.t.3.fol.168.

IV. Aquilam, hæreticum licet, Hier.t.4.fol.10. nunquam ita fastiditum fuisse, ut vel propterea versio ejus ex Ecclesiæ limitibus planè ejiceretur, vel flammis adjudicaretur. Impie proinde facere Pontificios, & Ecclesiæ primitivæ praxi planè contrariè, qui orthodoxorum, quos hæreticorum nomine aggravant, Translationes Vulcano tradunt. Vide ὁδηγὸς P. I. p. 131.

III. Est

סימוכס Symmachi, cuius meminit R. Azarias Meor En.p. 147.b. Et Hieronymus operum t.7.fol.45. & t.4.fol.10. De quo, ut & Theodotione, Origene ejusque hexaplis multa scribere per instituti nostri rationem nihil attinet. Ea enim hic potissimum tractare lubet, quæ Orientalium suppeditant scripta, nativis suis terminis enunciata, quæ in historiis, aliunde quam ex Judæa petitis, ferè desideramus. Vide interim R. Azar. Par. 4.c.45. qui unus copiosius hanc diducit materiam, quam reliqui Judæi omnes.

Versionis *Latinæ* unius ferè mentionem faciunt vulgatae, cuius authorem nominant

I.

תוציא טוועת מפרש Interpretem errantem, vel **תוציא טוועת Interpretem errantem** *Mārash*

rantium: Haksp.lib.cit.410.

II.

המְעַתֵּק לִנְזָרִים Interpretem Nazarenorum, quo nomine potissimum venit in Meor En.p. 53.145.

III.

המְעַתֵּק Interpretem: sic κατ' ἔξοχων appellatur à Kimchio ad Psal.
110. Aben Esra Psal.3.ad vocem סלה cum הפתרגם לערלים, Interpretem præputiatorum, appellat.

Nolumus autem hic actum agere, aut post Homerum Iliada scribere: De versione hac vulgata Rambourtius, Chamier, Sixtinus Amama, aliquique ita doctrinæ juxta ac prolixè egerunt, ut mantissam tam elaboratæ lucubrations non ferant: iis quicquid velle adjicere, magnis Cræsi divitiis est addere teruncium. Interim, ne quis heic etiam loci nostram desiderare possit σεριουλα, strictim quicquid veteres & recentiores de hac versione prodiderunt, exhibebimus. Præcipua capita sunt hæc:

I. Certum quidem & extra controversiæ aleam positum esse, Hieronymum V.T. in Latinam transtulisse linguam. Et primò quidem veterem illam Italam seu vulgatam, de qua Augustin. l.2. de doctr.Christ.c.15.(tum, quia nullum certum habuit auctorem, tum quia non de Hebræo fonte, sed de novi, vel de LXX. Interpretatione sumpta esset, sic dictam Sixt. Senens. Bibl. Sanct. p.666.ex August.de civit. Dei lib.18.c.43. & Hieron. pref.in Evangel.) emendavit, ut ipse fatetur Hieron.advers. Ruf.l.2. Baron. ad ann. Chr. 231.S.47.48. Deinde aliam ex Hebræo de novo, Psalterio excepto (quod ab Hieronymo emendatum ex vulgata ideo retentum fuit, quia, cum in Templis quotidie decantaretur, difficulter mutari potuisset, Rivot. Isag. ad Script. S.p. 145.) transtulit. Vide August.de civit. Dei. 18.c.43. Hier. Epist. ad Aug. Præfat. in Psal. Ep. 133. Apolog. ad Ruf. Præfat. in Job. meminit suæ translationis, quam sub asteriscis & obelis ediderrat. Nec tantum à veritate Hebraica in posteriori illa non receperit, ut fatetur præfat. in Pentateuch. quon nomine commenda-

ta fuit Judæis, teste *August.de civit. Dei lib. 18.c.43.* (sed & recentiores appellæ honorificam ejus faciunt mentionem: vide *Meor En. 147.a.b.*) Ubi tamen communem errat errorem, quando eum appellat **הַחֲשָׁמָן המְעִתָּה**, quod nomen, teste *Elia Lev.* Cardinalibus tribui solet, cardinalitia autem dignitas, imò vix nomen, sensu curiæ Romanæ, temporibus illis innotuit. Consule *Erasm.in vit. Hieron.& Polydor. Vergil.de invent. rer.p.239.*) verū etiam ne videretur tempus & sumptus, pro lingua Hebræa notitia impensos, male collocasse, & à Præceptore suo *Barriaba*, aliisque Judæis, mercede conductis (de quibus ipse *Hieron. Ep. I stola ad Rustic. Pamach. item & Ocean.*) nihil didicisse, ipsorum nonnunquam Talmudicorum explicaciones in versione sua fuit secutus. Indicia ipsa hodierna Transl. vulg. habet non pauca, ab *Hak. I.al.c.p.410.collecta.*

11. An verò totius versionis Vulgatæ, quæ hodie hoc nomine venit, auctor dici possit *Hieronymus*, controvertitur. Affirmativam tuerintur ex Christianis *August. Steuch. Eugub. Job. Picus Mirandulanus, Mafius Præf in Ios. Petrus Sutor*, aliquique, Pontifici præsertim. Ex Judæis *Kimch.ad Psal. 110.&c.*

Alii versionem hanc Hieronymo absolute tribuendam esse negant. *Gulielmus Budæus* a ñot. ad *Pande&t. p.163.* vehementer in eos detonat, qui authorem versionis vulgatæ Hieronymum faciunt. Quorum etiam audaculam assertionem flagellant *Bellar. de V. D.lib.2.c.9. Azorius Instit. Moral. 8.3. Maldonatus ad Luc. 16. Sacroboscus Par. 1. c.3. de vulg. V. Lindanus de opt. gen. Interpr.l.3. Pagnin. Gramm. Hebr. ad Frid. Fregosium, & in Bibl. *Erasm. Epist. ad Dorp. Theol. Paulus Frosenpronianus* Episcopus, &c.*

Hieronymo hanc versionem non posse tribui argumento ferè omnes certant eodem. videsis *Rolloc. de vocat. p.122. Perkins. probl. de Ement. Catholic. p.109. 110. Lud. de Dieu comment. ad Matth. c 9.v.25. Sixtin. Amamam in Penta. v. vulg. p. 29. 63. 64. Eras. Roterodamum Ep. ad Dorp. Casp. VVaser. thes. de*

de vers. Bib. S. 9. *Humfred. cont. Cam. doct. Jes. t. III. p. 316.* Imò ipsum quoque Martinez hypotyp. l. 1. c. 4. Argumentum est: Hieronymi editionem accuratam fuisse, textui Hebræo conformem (*Sixt. Sen. Bib. S. p. 667*) id quod de Versione Vulgata dici nequeat: Item: ipsum subinde Hieronymum verba Vulgatæ editionis castigare, commodioraque substituere, id quod sine dubio factum non fuisset, si authorem agnosceret Hieronymum. Quanquam hoc *Cl. Bootio* in Ind. *Animadvers.* Sacr. non satisfaciat, quippe qui existimat, nihil absurdum esse per *devitie genitivis* corrigere, quod vel per inscitiam antehac nos fugit, vel per incuriam irrepit. Vide *Bell. de V. D. I. 2. c. 9.*

Alii Authorem Editionis vulgatae planè ignotum esse scribunt: *Galatin. de arcan. Relig. Christ. p. 286. b.*

Alii ex duabus eam, veteri Itala seu Vulgata, ex Editione LXX. viral translata, (castigata tamen ab Hieronymo *Baron.* ann. Chr. 231. S. 48.) & Nova Hieronymi conflatam esse volunt. Ita sentiunt plerique scriptores Pontificii & Reformati. *Baron.* ad ann. Chr. 231. S. 47. de origine & occasione hujus permixtionis ita loquitur: *Accidit autem Gregorii tempore (quo-to verò potissimum anno, quo uero auctore, incertum remanet) ut quoniam due simul vulgatae editiones, Vetus & Nova, dissensionum ac contentionum interdum ministrarent occasionem; in diversa studia Fideles ea in re distraherentur ab invicem, dum alii Veterem, Novam alii sequerentur, turbas cieret, alteramque defendens, in alteram minus dignè invehernetur; essetque ea diversitas veluti seminarium iurgiorum, ac turpem ederet Ecclesiæ faciem, dum in divinis laudibus, ceterisque sacris officiis, alii alias psallendo, legendo, concionando, tractando consestantur: ut hac ex parte penè divisæ schismate Ecclesia videretur. Sed divino afflante numine prouisum est, optimèque consultum, ut ad Ecclesiasticum communem usum una ex duabus, quæ usui omnibus esset Ecclesiæ, conflaretur, quæ Communis omnibus atque Vulgata uno nomine à cunctis diceretur, explosâ illâ Veteris & Novæ nomenclatura.* Rés que eve-

nit ex sententia, ut, eam unam Occidentalī Ecclesiā usū recipiente,
omnis mox ea de re cessaverit controversia, omnesque, sicut una fide
compaginati, ita uno spiritu, unoque ore Christum Dominum unā
cum Patre & Spiritu S. laudibus assiduè celebrarent: licet alicui
Ecclesiæ, venerandæ antiquitatis ergo, permisum fuerit veterima
illa Septuaginta in psallendo uti editione; cum alioqui eadem, sed
à Hieronymo emendata, reliqua omnes utantur Ecclesiæ. His ad-
de Sixtin. Senens. Biblioth. S.p. 645. a. Dried. l. 2.c. 1. de Eccles.
script. Theolog. Duac. præfat. in V. Test. Clem. Pap. præf. in Bibl.
Marianæ Epist. ad Sander. p. 57. Consentient Junius, VVitta-
kerus, Rivetus Isag. Script. S.p. 145. VVorverus Synt. sub fi-
nem, Chamier. Panstr. t. 1. p. 500. Certè versionem hanc non ab
uno profluxisse auctore, diversitas styli arguit, ut ὑπέρδι obser-
vat VVorverus de Græc. & Lat. Bib. Interpretat. p. 99. Nam Ec-
clesiastici Interpretatio antiquiora imminiscet vocabula. (Eius-
modi aliquot vocabulorum vulgati Interpretis examen insti-
tuit Conr. Diet. lib. cit. p. 177.) Unde & Bellarm. de V. D. l. 2.c. 11.
Non est unius authoris, sed quædam habet ex Hieronymo, quædam
ex Luciano, quædam ex Theodotione, quædam ex alio Interprete
anonymo. Ita Rivet. Isag. in Scr. S.p. 145. ait; Versionem esse ex
pluribus mixtam.

Concludimus hinc, Sextum V. Coccium, Gretserum, aliósque
sedis Romanae parastatas & parasitos egregiè cœgbatatēv, quando
Canonizatæ suæ Versioni autoritatem eximii istius Patris obtin-
tu conciliare satagunt.

III. Accedimus ad ejus integritatem, de qua tenendum

A. Verissimum esse, quod scribit Masius præfat. in Josu.
Idem illi accidisse, quod Versioni Græcæ; quæ quantas illa susti-
nuerit mutationes, & ipse explicat, & nos aliquot jamjam di-
scussimus quæstionibus. Idem asserit Marcus Marinus, Cano-
nicus Rom. præf. in arc. Noæ, & Sixt. Senens. Bibl. S.lib. 8. p. 646.
De erroribus, inquit, verò, quos Hieronymus in veteri translatio-
ne annotavit, & recentiores in hac nova editione pariter annoi-
runt,

runt, ingenuè fatemur & nos, multos errores ab Hieronymo emendatos in veteri traductione, & similiter in hac nostra nova editione nonnullas inveniri mendas, solēcismos, barbarismos, hyperbata, & multa parūm accommodatè versa, & minus Latinè expressa, obscure & ambigue interpretata, itēque nonnulla superaddita, aliqua omissa, quædam transposita, immutata, ac vitio scriptorum depravata; quæ Sanctes Pagninus, Thomas Cajetanus, Franciscus Forerius, & Hieronymus Oleastrius, viri ex Dominicano Ordine eruditissimi, interpretationibus & explanationibus suis indicarunt. Quibus adde Paulum Burgensem, Franciscum Vatablum, ARIAM Montanum, Lyranum, Laurentium Vallam, præsertim Isidorum Clarium, qui testatur, se octoginta millia errorum in veteri vulgata annotasse.

B. Errores varios & notorios, universum quidem Codicem sacrum Editionis Vulg. occupasse (quorum luculentum specimen nobis exhibuit *Sixt. Ama*. in Examine Pentateuchi, cui si reliquorum accederet censura librorum, nihil esset, teste Cl. Riveto in *Isag. p. 148.* quod quis in hoc genere desiderare posset, id verò nostro hoc tempore commodiissimè fieret, si præter versiones illas vulgares, Orientales quoque, in opere nupero Regio expressæ, examinarentur,) præ cæteris tamen libris mendis scatet Psalterium, vel quod cum Jobo & libris Solomonis ex Græco sit translatum; vel quia Monachos, Tractatores, Scriptores & Cantores imperitos reperit: Unde querela Lindani libr. 3. de optimo genere Interpr. c. 3. Itas, inquit, justissimas veterum Patrum, de vulgari isthac tam Psalmorum, quam N. Test. versione, querelas euidem optarim nos posse ire inficias, &c. Et prefat. in *Psalt.* Davidis vetus, à sexcentis amplius Scribarum mendis castigatum, utrumque concedit, & quod ex Græca versione, cuimprimis in Psalterio turbata & confusa, Psalterium (& quidem per Græculum aliquem, ut habet de *opt. gen. Interp. l. 3. c. 6.*) sit translatum; & quod eidem, cleri ignorantia tam male fuerit prospectum. At nunc, inquit,

id

id planè evenit (prob dolor) quod fonticulo, quem immundæ sues
 plurimæ suo rostro sulcantes in fætidum per vertunt cœnum, magis
 lutoſis deleatæ ſordibus, quàm limpido fontis rivo. Cum enim
 hoc poſtremo ſæculo plerique Clericorum alienis planè à ſua quiſque
 profeſſione ſtudiis intricate, ac diuinorum propemodum incurii, di-
 viños Psalmos mendis plurimis, iisque fædiſſimis, contaminateſ
 cum illa Cantorum colluvie (qua magis verborum numeros appen-
 dere, ne präcipitate dicam & de vorare, quàm ſenſum tenere ſtudet)
 negligenter maluerint recitare, quàm repurgare, repurgatoſe que in-
 telligere, ac prudenter ſive intelligenter psallere: hinc factum tan-
 dem, ut tot nunc ſcateat Psalmorum liber vitiis, mendis, lectioni-
 bus variis, manifestisq, adeò corruptelis, ut vix ſpes foret studioſis,
 poſſe ſuæ priſtinæ redi integritati, germanæque lectioni. Qui peri-
 culum fecerit Psalmos caligandi, veriſſimum comperiet, quod nos
 attigimus. Poſtequam igitur varia linguarum variarum, variis
 etiam in regionibus conuileſſimus exemplaria, & per aliquot anno-
 rum Olympiades corrigendi Psalterii, noſtra in Eccleſia Dei Ca-
 tholica uifitati, ſylvulam collegiſſemus, tandem cum optati aliquid
 orii contigiffet, eam cädere aggressi ſumus: hoc eſt, varias Psalte-
 rii noſtri lectiones codicum Latinorum ac aliorum idiomatum, ma-
 xime verò Hebræorum, Chaldaeorum, Arabicorum, ac in primis,
 unde noſtra eſt transuſa, Græcorum collegimus. Atqui duo hi
 ſunt fontes, è quibus tot mendæ in Edit. Latinam ebullive-
 runt, barbaries Cleri, & versionis corruptæ (quod negat Sixt.
 Sen. Bib. S.p. 644.b.) qualis à longo tempore fuit Græca, trans-
 latio. Geminum hunc corruptionis fontem attingit etiam
 Calvin. traſt. Theol. p. 373. Quanquam, ut verum fatear, danda
 eſt uenia Latino interpreti, qui Græcam translationem, qua potuit,
 diligentia expreſſit. Iſtos verò aſinos quis ferat, dum interpretatio-
 nis donum eripiunt Eccleſię: & hoc tanquam luto oppoſito, aditum
 präcludunt, ne ad puram Davidis intelligentiam accedat? Adde,
 quod non ignorantiam modò lapsusque interpretum preferunt ve-
 ræ aliorum cognitioni: ſed nulla erit tam crassa hallucinatio, que
 non

non divini oraculi vim habeat. Quale exemplum *Psal. CXXXII.*
extat. Nam, cum illic Dominus victimum se populi sui benedictum
promittat, sacrificulus quispiam lusciosus duas literas conjundim
legens, c. & i. putavit scriptum esse viduum. Quia autem vox erat
nullius significationis, interpositâ literâ, induxit novam lectionem,
quæ in toto papatu regnat. Nullum enim est Italiæ, Galliæ, Hispaniæ,
Germaniæ Templum, ubi non magno clamore reboent: Viduam
eius benedicens benedicam. Et tam sunt vel attenti, vel perspicaces,
ut nemo tam ridiculam corruptelam animadvercerit. Sed nihil
mirum, si erecta nobis panis voce, nomen viduitatis inducant: cum
in hoc sint roti, ut animas pane cœlestis vita crudeliter viduent. Vi-
de etiam Cens. *Sixt. Am.* p. 29.

C. Nævis his atque maculis (quas jam Gregorius suo tem-
pore sâpe fuerat fecutus, ut *Luc. 15. v. 8. everit domum, pro,*
everrit) notatam fuisse versionem Vulgatam, non tantum ante
Concilium Tridentinum, cum humilis adhuc esset, & pari
authoritatis passu cum aliis versionibus ambularet, sed cum
in alto authentias throno, temeraria Canonizatione, esset col-
locata. *Sixtus V.* anno ab edito decreto XLIV. in Bulla, Biblii
suis præfixa, ait, *eam se nunc dare Vulgatæ sacræ tam V. quam N.*
Tert. pagina Latinam Editionem, quæ pro authentica à Concilio
Trid recepta sit. Unde mox ad hanc suam, veluti amussim, re-
liquas omnes in posterum editiones conformari vult, ne mi-
nimâ quidem particulâ mutatâ, additâ vel detractâ. Sed ecce,
vix biennio exacto, *Clemens octavus*, nova Biblia edidit, quibus
Bullam suam, Sixti superciliösâ valere jussâ, præmisit. Quan-
tani verò, suo judicio, copiam è Sixtina Clemens sustulerit,
Thomas Jamesius, nuper Bibliothecæ Oxoniensis Proto-Bi-
bliothecarius, in *Bello Papali* suo disertè ostendit. Certum est,
1. Multas voces, à Sixto malè omissas, bene restituissé Clementem.
2. Alias, à Sixto interpolatas, à Clemente bene expun-
etas. 3. Manifestas diversitates, contradictiones aut contrarie-
ties inter Editionem Sixti esse & Clementis. 4. Notorias dif-

ferentias in locis, de industria mutatis. Exempla refert *Sixt.*
Am. *Antib.* *Bib.* p. 121. & *deinc.* *Anti-Bec.* *Croc.* *P.* f. p. 154. Tibi
 sequentia sufficient, 3. *Reg.* 2. v. 4. legit *Sixtus*, si custodierint fi-
 lii tui vias meas. Clemens legit, vias suas. Ejusdem lib. c. 7. v. 9.
 legit *Sixtus Intrinsecus*. Clemens *Extrinsecus*. lib. 4. *Reg.* c. 15.
 v. 19. legit *Sixtus*, Sex viros. Clemens sexaginta. Lib. 1. *Esdræ*,
Sixtus Sexcenti. Clemens, *Sexingenti* cap. 2. v. 66. ibid. *Sixtus*,
quadragesima. Clemens, *sexaginta*. Lib. *Sap.* c. 2. v. 11. legit *Sixtus*,
Lex in iustitiae, ubi Clemens, *Lex iustitiae*. Ut *Ecclesiastici* c. 21.
 v. 15. unus *insipientiam* legit, ubi alias *Sapientiam*.

Extenuant hos errores Pontificii, & ex Elephanto muscam
 facientes, dicunt, typographorū tantum & amanuensium esse
naegegugata: *Tirin.* *Cont.* 11. *de V.D.* num. 9. *Ribera* *Habac.*
 1. num. 13. *Christoph.* à *Sacrobosco* defens. *decr.* *Trident.* pro
 vulg. vers. par. 2. c. 9. *Gregor.* *de Valentia* *Anal.* *fid.* l. 8. c. 5. (vide
 c. 2. *Proleg.* *in Cens. vulg. Sixt. Am.*) aliisque, quorum nomina
 recenset *Morin.* *de Hebr.* Græcique Text. snc. p. 345. Verūm,
 si quis ex Censura *Sixt. Amam.* in Pentat. & *Jamesii* bello Papal-
 li diligenter expenderit errores, deprehendet, Homero potius
 dormitanti, quam Pontificis insuetæ & incredibili diligentiae
 (disertè enim ipse *Sixt.* in *Præfat.* *Edit.* fatetur, quò magis incor-
 ruptè res perficeretur, sua se ipsius manu correxisse, si qua prælo vi-
 tria obrepserant. Idem testatur *Angel.* *Roccha* *Bibl.* *Vatic.* p. 229.)
 eos adscribendos. Unde ingenua *Azorii* confessio, *Instit.* *Moral.* l. 8. c. 3. Multi, qui post Concilium Tridentinum scripsere, ut
Vega, *Sixtus Senensis*, *Payva*, *Lindanus*, *Canus*, fatentur aliquos
 esse in *Vulgata Latina* errores, non solum *vicio Scriporum*, sed
 etiam ipsius *Interpretis* incuria vel ignorantiā. Et *Sim.* *de Muis*
Assert. *Heb.* *veritat.* p. 46. Quis enim præstet hanc, quam habemus
 hodie, *Latinam Editionem omnibus mendis carere?* Vide quoque
 p. 119. Sic alii. Unde *Morin.* loco laudato conqueritur de *Sixt.*
Senensi & *Lindano*, quòd nimii sibi videantur in enumerandis
 & exaggerandis erroribus *Edit.* *Vulg.*

VI. De usu ejus observandum.

1. Usum versionis Hieronymianæ, & puræ, & mixtæ, per multa secula in Ecclesia Latina eundem fuisse, qui fuit Translationis Syriacæ in Ecclesiis Syriacis, Arabicæ in Arabicis.

2. Falsum tamen esse, versionem vulgatam *solanam*, & *penitus* fuisse receptam per annos 1000. à Christo nato. Contrarium asserit *Sixti Senens. Bib. S. p. 666.* idq; probat *Perkins. in probl. p. 109. Crocius in Antibec. p. 34.* & cum primis *Cham. t. I. p. 496.* qui exemplis docent luculentissimis, versionem *veterem*, Italam, ante *Gregorii tempora*, *Novam* verò Hieronymianam post ea à Patribus promiscue ferè usurpatam fuisse, vide Synt. *VVorv. p. 98.*

3. Pueriliter Stapletonum Vulgatae versionis (loquimur de hodierna, quæ hujus cum Pontificiis controversiæ objetum est) usum ostendere tempore Tertulliani. Certè nec *Tertullianum*, nec *Cyprianum*, nec *Clerum Romanum* tempore Cypriani, nec *Hilarium*, nec *Ambrosium*, nec *Augustinum*, nec *Opptatum*, nec *Fulgentium*, nec *Primasium*, nec *Prospferum*, nec quemquam alium, Versionem Vulgatam fuisse fecutum, ante *Gregorii I. tempora*, quem terminum ipse figit *Bellarminus*, & *Sixtus Senens. Bib. S. p. 666.* (moti sine dubio authoritate Epist. *Gregor. ad Leandrum*) abundè evicit præter alios *Perkins.* prob. de ement. *Cathol. p. 108.* Et quì ejusmodi versio, cuius authorem multi Pontificii longè post in rerum natura extitisse volunt, Tertulliani tempore in usu fuerit? Sed existimavit fortè *Stapletonus* eam nunc Vulgatae nomen obtinere, quæ *Itala* olim dicebatur. At meminisse oportuisset, ex Graeco illam fuisse translatam, adeòq; & ab Hebræo, & ab Hieronymi translatione, & ab ipsa illa, quam habemus, Vulgata (à Psalterio si discesseris) immane quantum differre. *Riv. Cath. p. 261.*

V. De *authoritate*, quæ alia fuit ante Concilium Tridentinum, alia post illud.

A. *Ante Concilium* nemo fuit, qui authenticā ei tribuerit au-

thoritatem, aut qui verbis ejus fidem absolutè adhibuerit. Liberè, adde & frequentissimè, versione hac, præter alias Latinas, usq; sunt Ecclesiæ Latinæ, quemadmodum Syri Syriaca, Arabes Arabica, Æthiopes Æthiopica &c. Et si ne ipse quidem *Hieronymus* hoc nomine suam suscipi voluit versionem, ut testatur *præfat.* in *Jel.* quæ est Ep. 105. & *præfat.* in *Esr.* quæ est Ep. 109. quantò minus privilegio tanto gaudere potuit deflorens, multisq; modis vitiata Ecclesiæ Latinæ translatio? Hinc proclive est probare.

1. Nullius concilii authoritate, nullis Patruin suffragiis *Audientiæ* huic versioni fuisse adjudicata. *Eras.* Ep. ad *Dorp.* Theol. *Aut mibi vel unam profer synodum, in qua sit hæc editio comprobata.*

2. *August.* Episc. *Neb.* supr. p. 375. *Liranum* (de cuius origine *Buxt.* de voc. p. 155. *Ioh.* *Vitod.* p. 93. *Fascit.* temp. p. 82.) *Burgensem*, quorum testimonia adducit *Drus.* com. in *Pentat.* *hujus* p. 503. *illius* p. 350. & alios. *Cham.* t. I. p. 508. ejus *populueius* masculè & intrepidè se opposuisse, & ad fontes eas exegisse. His concinit *Job.* *Driedo* cuius in recapit. lib. de script. Eccl. inter alia hæc sunt verba: *Cæterum commonstravi Hieronymum, Ambrosium, Bedam, Lyranum, cæterosque multos Latinum Sacre Scripturæ contextum, quo nunc utitur Ecclesia, multis in locis arquisse atque emendâsse, & ideo non oportere damnare, aut à communione separare, tanquam hereticos, eos, qui ex Scripturis Sacris, in suo fonte editis, afferunt, in textu Latino quadam posse corrigi atque emendari, neque oportere propter hanc rem in Ecclesia Dei habere schismata atque dissidia, & neque Hieron. voluisse translationem suam Ecclesiæ dare, tanquam authenticam atque divinam, in omnibus sic consonam Scripturæ Sacrae, quippe qui diversis in locis arbitrio lectoris relinquit, si sic vel aliter velit interpretari. Et neque sedem item Apostolicam, qua usque in *Gregorii* tempora est usæ editione utraque, censuisse eandem Hieron. editionem in omnibus se esse recipiendam, tanquam in nullo sensu authoris deviam, & Ecclæ-*

clesiam hactenus non cura visse de solæcisis quibusdam in editione nostra Latina, per interpretem admissis, quibus & usi sunt sanctissimi & eloquentissimi Patres, citantes textum juxta formam verborum editionis nostræ. Hæc omnia & id genus alia, vide pag. 70. & 84. usque in pag. 96. & infrà, usque ad cap. secundum ejus d. m. libri. Patet hinc neminem ad fontes recurrere, ubi opus erat, fuisse impeditum, sed ad eos potius impulsum, iussu Hieron. Epist. ad Sun. & Fretell. & libr. contr. Helvidium, Epist. ad Marcell. & in c. 8. Zach. & August. de Civ. Dei l. 15. c. 13. lib. 2. de doct. Christ. c. 11. 12. 15. & Ep. 59. liberè recurrisse.

3. Versiones alias, ipsius Pontificis iussu, vel approbatione, prodiisse ab Erasmo, Xanth. Pagnino, propterea maximè, quod vetus illa Editio tot nævos contraxisset & vitia. Rectissime Maresius contr. Tirinum p. 33. Si authentica antea fuisset, nec Leo X. approbatæ fuisse Vers. N. T. est. ab Erasmo adornatam, nec Clemens VIII. novam Psalterii interpretationem, quam Cajetanus procuravit; neque fas fuisset Sandi Pagnino, Lucensi concionatori Apostolico, Leone X. authore & sumitus faciente, novam adorare translationem totius Scripturæ &c. Vide Sixt. Sen. l. 4. p. 301.

B. Post Concilium Tridentinum alio fuit habita loco à Reformatiis, alio à Pontificiis.

1. Reformatos studiū partium nunquam adeò transversos egit, ut authorem Versionis Vulgatae de Ecclesia bene meritum negarent. Nunquam dubitarunt, nec dubitabunt in posterum, quin authori ejus Ecclesia Christiana eo nomine multum debeat, quod Latinis quoq; auribus, tam peregrinâ lingua scripta, mysteria regni cœlorum fecerit intelligibilia. Quam enim candidè de Vulgata Editione sentiant Theologi Reformati, ex scriptis eorum liquet. Vide Fag. Not. ad Genes. 4. v. 8. Drus. comment. in Pent. p. 350. & 503. Bez. præfat. in N.T. Lud. de Dieu præfat. ad lect. animad. in IV. Evang. Chemnit. Exam. Concil. Trident. P. 1. p. 273. Sixt. Am. c. 6. prol. censur. ad Vulg. Vers. Sib. Lubber, lib. 2. de princ. Christ. dog. c. 5. Joh. Croc. in

Antib. cont. I. q. 2. p. 37. Riv.. Cathol. Orth. tract. I. p. 263. Sed mel hoc audi, inquit, Sixt. Am. in cens. p. 19. quicunque vulgatum plusculum aestimas, audi inquam, vñ c̄ri operei B̄zilieo c̄fici, non odimus vulgatam, non contemnimus, quod errores n̄e v̄osque suos habeat &c. Sed eam Ecclesiis pro authentica obrudi, idque cum anathematis denuntiatione, si quis ullo prætextu eam rejicere audeat vel præsumat, aut existimare cum Gretzero & Ludovico de Ten. Rivet. Isag. Scr. p. 159. meliorem Latinam non posse dari, quod ipsum displicet Serario in Antib. Sixt. Ama. p. 152. illud est, quod indignamur.

Falso igitur Bellarmin. de V. Dei l. 2. c. 2. nobis affingit, nos, odio versionis hujus fascinatos, laudes illi suas detrahere. Nec calunnia caret illud Baronii an. Chr. 231. S. 63. Quoniam verò Novatores (Romanae curiae stylus est, quo Veteratores isti Reformatos notant) plerique adversus vulgatam editionem, veluti furore quodam percit, hostiliter debacchantur &c.

2. Quantum Pontificii huic in Concilio Tridentino detulerint versioni, ex sequenti Canone Synodico discimus: Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri Vulgata Latina Editione habentur, pro sacris & Canonis non suscepereit &c. anathema sit, Sess. 4. Decret. de Can. Script. Et Decreto II. clarius: Insuper eadem Sacrosancta Synodus statuit & declarat, ut haec ipsa vetus, & vulgata editio, que longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus & expositionibus pro authentica habeatur, & ut nemo illum rejicere quovis prætextu audeat, vel præsumat. Opportunè monet Rivetus Isag. Scr. S. p. 153. Patres in condendis Decretis, variis semper lusisse ambiguitatibus & homonymiis, nisi quando dānnandi essent, qui Ecclesia Romanae extremum vale dixerunt. Argumento sit præsens hic Canon, acerbum latis pomum $\ddot{\text{e}}\text{st}$: de quo tot sensus, quot sive mitræ, sive cuculli, sive capitara fa. Unde in regno Papistico, inter Iberos præsertim, non ver-

verbis tantum, sed & tantum non verberibus de genuina hu-jus Canonis explicatione pugnatum est, vide *Sixtin. Ama.* Antib. p. 67.

A. *Alii volunt Vulgatam, cùm ita sancta, ita integra, ita mysterii plena sit, ut & ipsa omnis erroris immunis & ejus au-thor verè Propheta extiterit, à Synodo Tridentina non aliis tantum versionibus, sed ipsis quoque fontibus prælatam.* Sic sentiunt *Morinus Exerc. Bibl.* p. 346. *Titelmannus, Petrus Su-tor, Ludo vicus Tena, Julius Caesar Bulengerus, Stapletonus, An-ton. Possevinus l. 2. Bib. s. Joh. Pineda de reb. Solom.* p. 229. Vide *Antib.* p. 69. 71. 73. 74. & 90. *Rivet.* *Isag.* p. 162. 154. & *odrys* P. 1. p. 266. *Cham.* t. 1. p. 494. Atque horum sententia est, *Edi-tionem Latinam non modò in rebus fidei & morum, sed & in cæ-te-ris omnibus, errore carere;* verba sunt *Azorii.* Eam proinde Con-cilium approbâsse simpliciter, & sine ullo recursu ad aliam le-ctionem, *Ludov. de Tena,* nec per Ebraicam & Græcam corri-gendam, sed è contrà, *P. Deza* Jesuita, *Riv.* *Isag.* p. 154.

B. *Alii existimant, Concilii Trident. Canonem pro av. de vñx Vulgatae Editionis stare posse, et si nec auctor ejus Propheta, nec ipsa erroris sit expers,* modò nihil sit contra fidem & bonos mores. Ac proinde, in negotio fidei & morum, exemplaria La-tina ex Græcis & Hebræis non esse corrigenda. Sic *Basilius Le-gionensis, Bellarminus, Sebastianus Perez, Episcopus Oxomen-sis, Dominicus Bannes, Melchior Canus, Gretserus, Joh. Sacro-boscus, Vega, Driedo, Serarius, Andradius,* de quibus *Amama* in *Antib.* p. 86. 87. 88. *Rivetus* in *Isag.* p. 148. 149. Horum omni-um sententia est: *Nullum in rebus fidei & morum Versionem Vul-gatam habere errorem.* Atque eatenus tantum versionem illam authenticam & mendi immunem esse declarata in non verò absolu-tè. De hac sententia loquitur *Morin.* in *Exercit. Bibl.* p. 345. *Aliorum enim sententia nihil obest, qui Vulgatam Ver-sionem eatenus tantum approbatam volunt, quatenus fidem spectat, bo-nosque mores, atque ut omnibus certum esset, nullo eam foeda-tam*

tam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide & moribus colligi posset, ut *Andreas Vega* testatur l. 15. in *Concil. Trident.* c. 9. In cuius rei fidem, testem citat fide dignissimum illustrissimum *S. Crucis Cardinalem, Concilii Præsidem.* Idem etiam de sententia Concilii Jacobus Laines, Societatis Jesu præpositus generalis, qui omnibus Concilii sessionibus interfuit, testatus est hac de re à Johanne Mariana interrogatus, ut ipse Mariana celebris ejusdem societatis Presbyter refert c. 21. tractatus de editione Vulgata. Itaque leves esse in *Vulgata* defectus, levia errata, huic decreti Concilii Tridentini explicationi nihil prorsus obest, si ve errata illa sint Interpretis, si ve irreptitia: Interpretem enim sententia illa negat Prophetam fuisse, & divinitus inspiratum. Hoc consequens de ejusmodi erratis, & defectibus levioribus, si ve irreptitiis, si ve ab ipso Interpretate commissis, fatentur, & docent authores gravissimi, ut Melchior Canus libr. 2. cap. 13. & lib. 11. cap. 5. præcipue ad argum. 11. & 12. Sixtus Senensis in fine Bibliothecæ sanctæ, Mariana loco citato, Lindanus de optimo genere interpretandi lib. 3. c. 2. 4 sed præcipue, 13. & alibi: his suffragatur Gretserus, Bellarmini propugnator, l. 2. c. 20. & alii plerique, quorum sententia tuò Catholicus acquiescere potest.

C. Alii statuunt authenticam eam esse, sinceram & per omnia infallibilis fidei, non tantum quoad dogmata & mores, sed etiam quoad rerum gestarum historiam. *Tir. Cont. 11. de V.D. num. 9.*

D. Alii porrò, tantum de variis Latinis Editionibus, non de ipsis fontibus hoc loco sermone m esse volunt. Multum Latinæ versioni à Patribus Concilii tribui, non respectu fontium, sed aliarum tantum Translationum. De his vide supra p. 135. *At qui hi omnes contextum Græcum & Hebræum, eum etiam, quem nunc habemus, vulgato præferunt.*

E. Alii non quidem negant, ad fontes Hebræos & Græcos, ex hoc Synodi decreto, esse recurrendum: inficiantur autem, illimes nunc fluere & limpidos. Noluissent Tridentinam Synodum

dum cuiusquam hic officere libertati, aut quemquam ab Examine fontium coercere, supervacaneum tamen esse, consulere velle fontes, quos jam prideim Judæorum infecerit malitia. Nempe similes sunt Saracenis, qui quidem scripta Apostolorum & Prophetarum reverenter excipienda esse docent, at negant, quidquam eorum intemerata fide ad nostras venisse manus. Vide testimonia *Gretseri*, & *Lud. de Tena* in *Antib.* p. 97. 98. quibus adde *Lansel.* Jesuitam contra *Casaub.* c. 13. Vide *Izag. Rivet.* p. 156.

F. Alii Synodi mentem ita explicant, ac si eadem utriusque Editioni, Originariæ & Vulgatæ, decreta fuisset authoritas. Sic *Philipp. Gamach.* in *Exercit. Morin.* p. 45. Unde & *Bellarminus* & *Sacroboscus* & *Gretserus* sustinent, & fontes & versionem Vulgatam in iis, quæ ad fidem & ad mores pertinent, esse incorruptam. *Antiba.* p. 158. ac proinde fontibus emendatis, emendativam versionem Latinam fuisse æquiparatum, ut *Serrarius* loquitur p. 95. & *Gretserus*: sufficit nobis exæquatio, non postulatur prælatio.

G. *Bailius* Jesuita sum. controv. tract. I. q. 15. duas approbat versiones, id est, juxta Canonem Tridentinum, agnoscit authenticas, veterem Vulgatam, & novam Hiernymianam, quarum neutra integra amplius reperitur. Ubi ēν παρόλῳ observabis, Jesuitam loco citato, non tantum non de Reformatis conqueri, quasi minus digno loco Versionem Vulgatam haberent, sed quod ipsi eam fontibus præferrent: quam tamen Jesuitæ impudentiam solidè refutavit *And. Riv.* in *Cath. Orth.* p. 261.

H. *Morinus*, ut vertumnus est inconstans, authenticas Vet. Instrumenti tabulas ostendit modò in Editione LXX. virali, modò Vulgata Latina, modò codice Samaritano. Usque adeò eorum fluctuant & nutant animi, qui semel fontibus Hebræis ἀποστολοι indixerunt bellum. Mirandum profectò universalem

omnium Controversiarum judicem tam diu connivere,& de sopiaenda tam acri lite non diligentius cogitare!

Primam sententiam sequitur maxima Cleri Papistici pars, cui persuasum est, Versionem Vulgatam, eamque unam, in Scholis & Ecclesia pro authentica recipiendam: sacrificulis nempe difficile erat, aliam à Servitiae elogio ornare Editionem, quamquam quae ipsis intelligebatur. Atqui his ipsa Concilii verba favent, quae volunt, nullo eam praetexture rejiciendam.

Causæ hujus Decreti, vel cusi, vel ita explicati, sunt tres.

I. Ignorantia Linguæ Sanctæ, quæ circa Reformationis tempora & deinceps longè maxima erat. Vide supra pag. 146. Et *Differ. noſt. de Reform. Ecclesiast. theſ. 4. & 17.* Ulcus hoc masculè tangit *Eraſm. Roterod. Ep. ad Dorp. Theol. Verentur,* inquit, ne, cum perperam *Divinas citant Literas, id quod ſapientiū faciunt, Græcæ aut Hebraicæ veritatis* (quam minime novabant, & quæ ipsis Scholasticis res fuit incognita, *Canus loc. comm. l. 2. c. 13.*) *authoritas in os jaciat* (quam querelam de Lutheranis Cochlæus apud *Canum p. 59. b. movent*) & *mox apparet, eſſe ſomnium, quod velut oraculum adducebatur.* Et paulò superius: *Bonas literas metuunt, & ſuæ timent tyrannidi.* Atque ut intelligas me non temere hoc divinare, cum opus (Translatio N.T.) effet institutum, & fama jam percrebuit, accurrerè quidam graves, ut habentur, viri, & insignes, ut ſibi videntur, *Theologi, per omnia ſacra typographum obteſtantes, ne quid Græcitat̄ aut Hebraismi pateretur admisci.* Ingens in eis literis esse periculum, nec quicquam eſſe fructus, ad ſolam curiositatem eſſe paratas. Vide *Can. Loc. Com. l. 2. c. 13.*

II. Quod erroribus Pontificiis multis in locis suffragari videatur. In veteri litera Vulgata Editionis, inquit *Albertus Ingolstadiensis Ecebolus*, latent multa mysteria fidei Pontificiæ. Exempla adduxi in ὁδηγῷ P. 1. p. 258. & deinceps. Vide & *Sixt. Ama. proleg. in Cens. Vulg. c. 1. & in Antib. p. 85. Chemni. Exam. Concil. Trid. P. 1. p. 278. Rainol. Epift. ad Seminaria Anglic.*

glic.p.26.Pontificii plerosq; errores excusare studēt,tum quo ad Grammaticam,tum quo ad res ipsas.Vide *Bellar.* de V.D. 1.2.c. 12. cui oppone *Cham.* t.1.p. 5 16. vide etiam *Dier.* diatrib. p.176. Ita vero omnia defendendo faciunt,ut apud omnes bonos in manifestum ἀμετίας τοιούτων crimen incurvant.

III. Consuetudo, quæ cum primis in Papatu instar legis est. De qua eleganter *Erasm.* ad Dorp. Porrò, quod scribis, ab hac Editione non esse recedendum, tot videlicet concilii approbata, more vulgarium Theologorum facis, qui quicquidullo modo in publicum usum irrepsit, Ecclesiasticae tribuere solent authoritati.

Sed temerarium esse hoc decretum, probamus:

1. Quia Platonis Ideam in fastigio sublimi collocauit, & (quod *Thomæ* nefas Par. 3. quæst. 68 art. 10.) infantem in ute-ro baptizavit. Ridiculè enim eam Synodus canonizavit versionem, quæ emendatissima longè post (vide *Serar.* in Antib. p. 101.) erat proditura, delegatis VII. viris, qui emendationi præsens, quæ tamen non processit, uti liquet ex historia Concilii Tridentini.

2. Quia ipsa illa versio, quæ 46. annis (historiam habet *Sixt.* Am. in Antib. p. 105. & in cens. proleg. c. 3.) à condito decreto, nomine Editionis Authenticæ prodidit, adhuc scatet erroribus, barbarismis, solœcismis, ut suprà probavimus, & ne ipsi quide[m] inficiari ausint Pontificii, vanissimi aliâs Editionis Latinæ adoratores: vide *Cham.* p. 5 12. 5 16. 5 25. *Croc.* Antibec. p. 152. Catal. cum primis *Lucæ Brug.* post Edit. Pontificum publicatum, ad calcem Prol. *Six.* Am. cens. in Vers. Vulg. Unde ipse *Bellar.* in epistola quadam, data Capuæ 6. Dec. 1603. ad Fr. Lucam Brugensem, sic inquit: *De libello, ad me missō, gratias ago, sed scias velim, Biblia Vulgata non esse à nobis accuratissimè castigata, multa enim de industria justis de causis præterivimus, quæ correctione indigere videbantur.* Quibus verbis id quoque innuit Cardinalis, se ex numero correctorum fuisse. Eadem mens fuit *Joh. Baptista Bandino,* Typographiæ Vaticanæ Praefecto,

fecto, qui in literis, jussu Baronii ad Moretum, Romæ 1604. prid. kal. Augusti datis, sic inquit: *Fatetur, in Bibliis nonnulla adhuc supereesse, quæ in melius mutari possent; quædam etiam nescio quo pacto sic impressa reperiuntur, ut e.gr.1. Sam.2.17.* Retrahebant homines à sacrificio, cùm libri omnes, & impressi, & MS. habeant: Detrahebant homines sacrificio. Ejusmodi nunc versionem pro ipso Dei verbo velle obtrudere, nónne extremæ amentia est?

3. Quia non est hominis versioni, quæ authentica non fuit, quod de Vulgata fatetur *Andradius*, autoritatem Authentcam conferre. Aut quotusquisque hominum adeò sibi suffenus est, ut iis, quæ jure divino authentica non sunt, in rebus fidei authenticum largiri sustineat valorem? Atque hæc causa est, quod in ipso Concilio Decreti hujus iniquitatem improbarint. Fr. *Aloysius Catanaeus* disertè pronuntiabat, nullam omnino versionem eo modo recipi posse, salvo decreto, *ut veterum*, quod in jure Canonico extat. Citabat Cardinalem *Cajetanum*, asserens, eum, postquam 1523. in Germania Legationem Pontificis nomine obiisset, dicere fuisse solitum, unicum hæreticos refellendi & convertendi medium ex genuino intellectu sensus literalis in originali lingua petendum esse, ipsū inque huic studio XL. reliquos vitæ suæ annos impendisse. Addebat, *Cajetanum* dicere consueuisse, eum, qui Latinum solummodo textum intelligeret, dici non posse infallibile Dei verbum intelligere. Talis enim, inquietabat, solummodo inteligit vocem Interpretis, qui errare potest. Sæpe deniq; optasse, eum S.S. Literas interpretandi modum à superioris ævi doctribus observatum & excultum fuisse.

Quòd si Causas tam corruptæ, Majorum nostrorum temporibus, usitatæ, deinceps vero authoritate Synodi Tridentinæ Canonizatæ, editionis Latinæ, scire desideres, eas ita paucis accipe.

1. *Prima & præcipua causa est confusio diversarum translatio-*

lationum, non ex Hebræo tantum contextu, sed & editionibus Græcis satis mendosis, transfusarum.

II. *Secunda* est ignorantia linguarum originalium, quæ ab eo cum primis tempore, quo Aristoteles, per Theologos Scholasticos, in Christianorum scholas introductus est, summa esse cœpit & crassissima.

III. *Tertia* est neglectus linguæ Latinæ, qui translationis pristinum nitorem non parùm obfuscavit & obscuravit. Nec enim credibile est, tot barbarismis, solœcismis, & notoriis erratis, quibus etiamnum scatet, ab Authore fuisse initio contaminatum.

IV. *Quarta* est prodigiosa Amanuensium licentia, quâ, pro llibitu, codicem sacrum tractando, addendo, minuendo, transponendo, tam male posteritati consuluerunt &c. Atque hinc non modò *Lindanus* in correctione Psalterii, sed & *Theologi Lovanienses* in emendatione totius contextus tantam ubique annotarunt varietatum segetem.

V. *Quinta* est Clericorum oscitantia: Ea enim tanta fuit, ut non tantum, ex collatione veterum exemplarium, errores ex universis non sustulerint Bibliis, sed ne quidem ex Psalterio, usu quotidiano satis familiari. Imò quò illi crebriùs librum istum tractabant, eò etiam inhonoratorem, erroribúsq; pleniorēm à se dimittebant. Vide suprà p. 384. & *dissert. de Reform. Relig. S. I.*

VI. *Sexta* est pertinacia Pontificis Romani, quæ in erroribus etiam manifestissimis patrocinium Versionis Vulgatae, contra Editionem Authenticam, suscepit. Vide Ep. *Rainold. ad semin. Angl. p. 27.* cui quidē novo Pontificis conatui multum profuit reliquorum ejus gnathonū, sive conniventia, sive indulgentia, quâ cùm non tantum certissimè persuasum iis esset, tutiùs ex ipso fonte hauriri aquas, sed etiam tum rationibus, tum authoritatibus convicti, pluribus momētosis in locis Editionem Vulgatam vitiatam esse & corruptam, maluerunt

tamen ingenio suo satisfacere, & contra naturæ dictamen, antiquitatis exemplum, Papæ ut gratificarentur, in *omnibus* eam probare, *nullo prætextu rejicere, ipsis fontibus præferre*. Ideò nempe pro hac sua editione tantopere decertant, ne cogantur aut antecessores suos, Scholasticos Theologos, damnare, aut cum Iudæis ex iisdem fontibus bibere, aut à doctoribus reformati, ipsi Ecclesiæ cardines, hominibus obscuris, discere religionem Christianæ fundamenta tractare.

SECTIO IV.

*De*MASORA & MASO.
RETHIS.

מִסּוֹרָה, vel מִסּוֹרָת, vel etiam מסורה. Est traditio vel *manualis*, vel oralis, à בְּסֶר, tradidit. Unde El. Lev. præf. 3. והכלל כי לשון מס'ר oralis, על דבר שיתן או יפקוד אדם ביד אחר שיחזיקנו בראשותנו, in genere verbum מס'ר dicitur de re, quam homo tradit, sive committit in manum alterius, ut eam pro lubitu recipiat in potestatem suam. Hoc loco sumitur à nobis pro doctrina Hebræorum critica, quâ Scripturæ S. versus, voces & literæ numeratae, omnisque ipsarum varietas notata, & suis locis cum singulorum versuum recitatione indicata est, ut sic constans & genuina ejus lectio conservetur, & ab omni mutatione aut corruptione æternum præservetur, & valde præmuniatur. Buxt. Comment. Mas. p. 6. Brevius ex Hebræorum mente, *Masora est doctrina critica, circa rectam lectionem & scriptiōnēm vocū, quoad literas, vocales & accentus*, Buxt. de orig. Punct. p. 83.

Ejus considerabimus:

I. *Causam Efficientem*, de qua non eadem omnium est cruditorum sententia.

Aliæ

Alii originem ejus arcessunt ab ipso Beato Mose, ita El. Lev. præf. 3. p. 11. בון עניין הפסורת הזאת לפי שנספרה לחכמים איש מסורת id est, Atque hinc dicitur מפי איש עד עורה וסיעתו tradita fuerit sapiencibus, uni ab altero (initio facto à Mose, ut paulò post sequitur p. 12.) usque ad Esram & societatem ejus.

Alii non nihil retrocedunt, & Masoræ originem Esræ & Synagogæ magnæ tribuunt, R. Isaac Sangarus, aut R. Juda Levi-ta, Hilpanus, sive quisquis libri Cosri author est, part. 3. p. 26. a. זמה תהשׁב על אשר תקנו המקרה בפסקים תחלה ואחר: ita loquitur בן בנקור ואחר בן בטעמיים ואחר בן במסורות על שמירת המליא והחסר עד אשר מנו אותן אותיות ובררו כי יוו דגנון החז' הרורה ושמירות hoc est, Et quid ב' כל נברוי מקמן ופתח זצרי וסגול יוצא מן הוקשה וכו' uidetur tibi de eo, quod ordinârunt vel instruxerunt (viri Synagogue magna Scripturam Distinctione in versus, Punctuatione, Accentibus, Masoris) de observandis scil. plenis & defectivis, eosq; ut etiam literas numerârint, & explicârint, quod litera Vau in voce גחן media sit litera Legis; de vocibus item, irregulatiter cum Kamerz vel Patach, Tzere, vel Segol punctatis, &c. Idem scribit R. Gedal. in Schalsch. Kabb. p. 21. 22. R. Asar. in Meor En. c. 59. p. 179 b. Elias præfat. ryth. 1. & præf 3. R. Chajim præf. in Bibl. R. Mos. Bar Nachman præf. in Leg. Imò, ait Buxt. in Mas. p. 130. est hæc communis Hebræorum sententia. Vide plura in eodem authore c. 11. & quæ habet Cl. Filius, de orig. Punct. p. 410. Sixt. Am. in Antib. p. 23. Schikh. Bech. Happ. p. 55. Myll. Rabb. p. 6. Alsted. Encycl. l. 4 p. 2217. Verum, quid obstat, quod minus utramque probemus sententiam, ita ut initium tam laboriosi operis Mosi feramus acceptum, continuationem Esræ? De successione hac Masoræ, id est, genuinæ lectionis & scriptioris Bibliorum, per multas ætates continua-ta, scribit author lib. Cosri p. 26 a. מכל ספק שהיה שומר בלבבותם בפתחם והקמן והשבר והנטיה והשבה והטעמים בכל הכהנים מפני צרכם לעבודה ולהוראות את בני ישראל ובכל חטאלים מפני שנצטו וחיתה עמו וקרו בו כל ימי חייו ובלב השופטים מפני צרכם אלהם

אליהם בדיןיהם ובלב הטנחים מפניהם זרכם אליהם במה שכתבו
ושמרתם ועתהם כי היא חכמתכם ובינתכם ובלב החסדים נדי
לקבל שבר ובלב אנשי החונף להתגדר בהם ושמו שבע המלכים
וחטאים אותות לתכננותם אשר העתקום בקבלה ממשה
i.e.

*Sine dubio in cordibus custodita fuit ratio t& Patach, Kametz,
Chirek(propriè fractura, ita autem hanc vocalem Hebraeorum
Grammatici, Aben Esra cum primis, appellant, more Ara-
bum, à quibus Hebræi recentiores & Methodum, & plerosque
terminos Grammaticos mutuârunt) & extensionem (syllaba-
rum quantitatem) & Scheva, & accentus. Et quidem in corde sa-
cerdotum, quia ipsis necessarium fuit ad cultum, & addocendos filios
Isræl. Et in corde Regum, quibus in mandatis datum fuit, ut sem-
per secum haberent (librum legis) eumq; legeret omnes dies vita. Et
in corde judicium, quia necesse habuerunt in iudiciis. Et in corde Sy-
nedrii, quibus opus habuerat, propterea quod scriptum erat: Et
custodietis & facietis, quoniam haec est sapientia vestra & intelli-
gentia vestra. Et in corde justorum, ad accipiendam mercedem. Et
in corde hypocritarum, ut extollant se in iis, vel, ea magnificant.
Et posuerunt septem reges, & accentus in signa dispositionibus illis,
qua per Kabbalam inde à Mose eo usque (ad tempora Esræ & Sy-
nedrii magni, ut ex R. Juda Muscati Cl. Buxi. de orig. punct.
p.29. explicat) propagârunt, vel transcripserunt, viri videlicet qui-
dam, quomodo supplendum putat, ex vetusto aliquo exem-
plari, R. Azarias cap. cit. in Meor En. Uno verbo, בעיל, המסרת
ולא פים דר אחר דור בטה שנין
fuerunt quasi centeni & milleni in singulis generationibus per an-
nos multos, inquit. Eli. præf. 3. Masor. Author fuit Moses ad le-
gis nitorem perficiendum; propagator Esra ad amissum re-
stituendum; conservatores Tiberienses, quorum opera, qua
antè traditioni orali committebantur, jam literis sunt tradita-*

II. Materiam, quæ sunt annotationes criticæ, contextum
sacrum conterentes

A. In literis, quarum observarunt Masorethæ tum qualitatem in figura, tum quantitatem in numero. *Figuram literarum* deprehenderunt in quibusdam extra communem usum aut majusculam, aut minusculam, aut inversam, aut extra ordinariè punctatam, ex quibus omnibus singularia quædam mysteria Judæi exsculpunt, ut videre est in comment. Masor. Buxt. p. 152. & de inc. & Sixtin. Am. tum in dissertat. sua de קרי & בתי כהנא, tum in explicatione anomal. special. Nobis in genere Cl. Buxt. judicium apposuisse sat erit: *Causæ hujus diversitatis*, inquit, non est dubium, quin priscis illis Sapientibus dignæ & justæ fuerint, sed quas exilia varia, & calamitates gravissimæ postorum, vel oblivione deleverant, vel in commenta varia & inania mysteria ferè converterunt. In genere tamen illa talia monuerunt ad majorem & accuratiorem præsentis rei considerationem, & arcanum quendam sensum, cuius notitia oralí traditione propagata inter priscos illos fuit, donec Scholæ meliores eversæ, & doctores fugati, districti & penitus tandem sublati fuerunt, ut sic ista doctrina, scripto non comprehensa, tota ferè intercidet. *Figure* tamen istæ diversæ conservatae fuerunt, cœn priscæ sapientiæ externa monumenta & testimonia.

In Quantitate observarunt, quoties una quæque litera occurreret, quæ cujuslibet libri, aut capituli, media esset. Hinc, ut ex reliquiis, quæ de Masora hodie prostant, colligimus, Lev. 11. v. 42. ad literam ו in voce בְּחֹנֶן Masora notat, quod in voce בְּחֹנֶן Masora notat, quod in hoc loco in contextu Hebreo reperiretur, expressit Raf Saadia Gaon circa annum 927. quod tamen ob brevitatis studium hoc loco inserere non licet. Videatur Joh. Buxtorf. comment. Mas. p. 183. & Hug. Brug. comment. in Dan. p. 51. Sic El. Lev. וְעַד מִצְאָנוּ שְׁמָנוּ מִסְפַּר כָּל אֶתְרָא. Porro reperimus, quod numerant omnes literas in Bibliis. Saadia versus habet in Mas. p. 83.

Nudum h̄ic dabimus numeri schema:

א Aleph	42377.	ב Beth	38218.	ג Gimel	29537.
ד Daleth	32530.	ה He	47554.	ו Vau	76922.
ׁ Sain	22867.	ׂ Heth	23447.	ׁ Teth	11052.
ׁ Joth	66420.	ׁ Caph	48253.	ׁ Lamed	41517.
ׁ Mem	77778.	ׁ Nun	41696.	ׁ Samech	13580.
ׁ Ajin	20175.	ׁ Pe	22725.	ׁ Tzade	21822.
ׁ Koph	22972.	ׁ Resch	22147.	ׁ Schin	32148.
		ׁ Thau	59343.		

B. In *Vocalibus*, quas alii invenerunt; alii restaurarunt, & à corruptione ac interitu vindicarunt.

Inventionem punctorum vocalium quidam ferunt acceptam

A. *Adamo*, cui punctorum originem adscribit *R. Azar* in Meor En.c.59. qui prolixa oratione probat, puncta literis esse coeva; sed successu & progressu temporis, cum homines ex quotidiano loquendi usu etiam sine punctis legeret expedite, sub templo primo apud plerosq; de vulgo, non apud omnes, in oblivionem venisse, & tunc ab Esra in usum revocata. De hinc, cum sub templo secundo Linguæ Hebrææ obliviscerentur, & Aramææ assuevissent, adeò ut & in vulgari usu, & in sacris, eā linguā uterentur, de novo intercepta quasi esse, & non nisi apud singulares quosdam eorum notitiam mansisse usque ad tempus absoluti Talmud circiter, aut præter propter, quando à sapientibus Tiberiensibus aut aliis fuerint post limenio restituta. Sic ex Christianis sentiunt *Antonius Rodol. Cevallierius* in rudimentis ling. Heb.c.4. *Petrus Cevallier.* ib. in annot. suis. *Matthias Flacius Illyr.* Clav. Script. Par. II. tract. 6. p. 644. *Marc. Marin. Præfat.* Lex. sui Heb. *Guil. Postell.* lib. de orig. c. 6. & in libr. de Hetruriæ orig. p. 113. Author Margaritæ Philosoph. p. 115. ubi cum primis memorabile videtur, quod scribit: *Quanquam autem non ab initio legis puncta fuisse dicant, sed à præstantissimo legis doctore, Esra, superaddita perhibeantur, post Babyl-*

Babyloniam Judæorum captivitatem, id ipsum tamen intelligerem non de omnibus punctis, quibus modo utuntur, siquidem aliquos semper extitisse credo. Sententia hæc profectò valde mihi arriet. Neque enim existimo ullum fuisse tempus, quo non Hebræa lingua expressas habuerit notas vocalium, si non in omnibus libris, in iis saltem, ubi necesse erat. Nulla sanè lingua est Orientalis, quæ suas non habeat consonis vocales coævas, an verò easdem semper & numero & figura, viderint alii. Ego certè deprehendo magnam hic varietatem.

Persas suas semper habuisse vocales, quis dubitat? Easdem verò esse hodiernas ab Arabibus mutuatas cum veteribus, quis dixerit?

Arabum Scripta, & sacra & profana, quām plurima suis vestita leguntur vocalibus; at non iisdem, vel nunc, vel olim. Unico olim puncto in antiquissimis Alcorani exemplaribus (quod, quia à doctissimis, & linguæ Arabicæ peritissimis haecenius negatum est, moneo) diversas innuebant vocales, prout vel supra literam ponebatur, vel infra, vel in ventre. Paulatim figura hæc rotunda mutabatur in apicem, transversum vel cubantem apud Occidentales; declinantem verò, seu acclivem à dextra sinistram versus apud Orientales, in denotandis vocalibus a, e, & i: o verò, & u semilunulâ significabatur. Prioris punctuationis fidem facit elegans Alcorani, charactere Cufico exarati, fragmentum; cuius aliás meiminimus *Isag. ad le. &c.* *Pat.* posterioris apud Occidentales, aliud venerandæ vetustatis monumentum, à Johanne Marquardo à Konigseck, liberò Barone, anno 1535. 20. Julii in expugnatione Thuneti, Mepopolis Barbariæ, in Europam allatum, & ab Amplissimo Republicæ Sangallensis Consule, Sebastiano Schobingero benigne nobis communicatum; apud Orientales obvii quique Arابum libri.

Eadem ratio Syrorum, Chaldæorum, &c. Eos etiam vocalium expressas notas habuisse semper, nullus dubito. Idem

persuasissimum mihi est de lingua Hebræa. An verò ab initio statim, hæ, quas habemus, vocales, consonis additæ sint, & figuræ & numero, in medio nunc relinquo: suo loco, ubi termini Grammatici explicabuntur, fortè prolixius hac de re differemus. Hæc tantum incidenter; Non esse hæc à mente Hebræorum aliena, haud obscurè colligo ex iis, quæ habet Buxt. de orig. p. 190.

B. Alii puncta vocant *הַלְכָה מֹשֶׁה מִסְנֵי*, *Traditionem Mosis è monte Sinai*; ita quidem, ut juxta quosdam, Moses punctorum figuras non modò à Deo acceperit, sed & scribendo expresserit; juxta alios verò orali tantum traditione ad tempora Esrae propagarit, qui primus illas scribendo expresserit; sic multi statuunt Iudei, quorum nomina habet Cl. Buxt. de orig. Punct. p. 313. testimonia verò P. I. c. 3. & 4.

C. Sunt qui Punctorum authorem definiunt Esram & Synedrium magnum; Sic Ephodæus, R. Abarbanel, R. Chajim, imò plerique Hebræi apud Buxt. de orig. Punct. p. 313.

D. Elias Levita in Maßhammas. operose probare conatur, figuræ vocalium inventas esse à Masorethis Tiberiensibus circiter annum 500. Ex Christianis ejus suscepit patrocinium Ludovicus Capellus in Arcano punctat. quod duobus super libris refutavit Joh. Buxtorfius. Eliam; antequam diligenter hæc quæstio excuteretur, quod per Cl. Buxtorfium super factum est; sequebantur Theologi & Philologi celeberrimi, Calvinus in Zach. 12. v. 7. Zwingl. præf. in comment. complan. Isa. t. 3. Pellican. præfat. in Pentat. Fagi. Not. ad Targ. Gen. 47. v. 24. Drus. ad loca difficultiora Pent. c. 25. alibi tamen dubitanter loquitur, in Tetragram. & Quæst. t. 2. q. 33. Piscat. Schol. ad Gen. 15. 8. Petr. Martin. Technol. p. 58. Luther. circa fin. lib. schem. hammephor.

E. Nec desunt, qui dicunt, puncta inventa esse circa annum Christi 476. vel 478. principibus hujus rei choragis & pyromachis R. Aharon ben Ascher, & Jacob ben Naphthali; ita Ge-

Genebrard. in Chronol. p. 181. sed turpem chronologus committit *εναρνολογιαν* & parachronismum. Quomodo enim subsistent hæc duo: Punctorum inventores sunt ben Ascher & ben Naphthali; Et puncta sunt inventa anno 476. cùm duo illi viri in vivis fuerint anno demum 1037. & deinceps, ut probat Cl. *Buxtorf.* de orig. Punct. p. 7. Genebrardo faciem prælulerunt *Martinus RAYMUNDUS* in pug. Christ. P. III. d. 3. c. 19. *Galatin.* libr. 1. c. 8. Ex Judæis nemo est, cui tale quid vel in mentem venerit. Hæc de authoribus.

Restauratores & vindices punctuationis asserimus 1. Tiberienses Masorethas, qui nova puncta non addiderunt, sed ut ne alia à prioribus diversa adderentur, diligenter custodirent. Vide *Comm. Masor. Buxt.* c. 9. & de orig. Punct. P. II. c. 6. 7. 12. ubi doctè & meo judicio *אָבָרְנֶפְּרִתָּוֹס* probatur, Tiberienses magis cavisse, ut ne in receptam & approbatam punctuationem aliqua irreperet corruptio, quam ut novos app. ngerent vocalium apices.

2. Ben Ascher & ben Naphthali, de quibus *Buxt.* de orig. Punct. vocal. P. I. c. 15. certum est, illos fuisse Masorethicis studiis addictos, in examinandis cumprimis vocalibus & accentibus. Unde dissensiones inter ipsos exortæ de punctis 1. *vocalibus* Cholem, Kamezchatuph, Kamez magno, Patach, Scheva & Chatephpatach. 2 *Umbilicalibus* Dages & Raphe. 3. *Accentualibus*, Metheg, Makkaph, Munach, Paschta, accentibus minoribus: in unica etiam voce *Cant. 8. v 6.* בְּלַבְּבָתְּ. Ben Ascher vult esse unicam vocem; Ben Naphthali duas. Unde exemplar Ben Ascher, tanquam correctum aliquod & ex variis exemplaribus collatum, cumprinīs laudatum Majmonidi. Vide sup. p. 107. Et *Buxt.* de Punct. p. 274.

3. Gramaticos antiquissimos, qui ante 600. 700 vel etiam 800 annos vixerunt, quorum *Aben Esra*, *Kimchius*, *Lphodæus* subinde mentionem faciunt. Atque hi non contemnerunt in legitimæ & genuinæ punctuationis conservationem contru-

lerunt operam, diversas lectiones observando & consignando.
Exempla habes apud Buxt.de orig.vocal.p.355.

Ex tam indefesso autem Masoretharum conservandi lectionem studio, momentosum contra Pontificios exsurgit axioma: *Malè Jacobum de Valentia prolog.in Psal.fol.22.col.3.4.* *Genebrard. præfat.in Psal. Marsennum in Antibar. Sixt. Ama. p.344.* *Cornel. à Lapid. comment. in 2. ad Thefs.c.2. & alios contra fontium Hebræorum disputare integritatem, quasi Rabbinorum maleferiotorum licentiam, & insano Masoretharum pruritu sacra literæ, vocalium, pro lubitu, additione, detractio- ne, mutatione, essent corruptæ: Adeò enim illorum opera in punctis vocalibus nihil mutatum, ut potius ipsi illi sint, quibus certam, re- ceptam, immutabilem veterum Hebræorum lectionem conservare, & ab interitu vindicare cura fuerit.*

C. In *vocibus* Masorethæ notarunt, primò genuinam ipsarum scriptioneim & lectionem, ubi diversitas aliqua occurrebat: secundò, ubi cum literis quiescentibus fuerunt scriptæ plenè, vel absque iis defectivè: tertio situm & locum ipsarum in principio, medio, vel fine versus, & quam formam vel per se, vel propter accentum aliquem habuerunt: quartò structuram & conjunctionem ipsarum cum aliis vocibus, vel compositionem cum literis servilibus: quinto significationem, ubi amphibolia & ambiguitas id requisiuit: sexto sàpe notarunt voces, vocalibus, & accentibus differentes, ubi peculiaris quædam observatio aut differentia id postulare videbatur. Omnibus autem his & numerum, quoties; & locum, ubi singula extant, adjecterunt. De quibus prolixius differit Buxt.in Comment. *Masor. c. 13.*

D. Circa *versus* Masoretharum opera versabatur bifariam potissimum. Primò enim Masorethæ BibliaS. in cera timemata, seu versiculos, distinxerunt, ut dictum est suprà p.226. Deinde, si quæ peculiares in iis notandæ occurrebant affectiones, virgulâ censoriâ eas notabant, ut, cùm duo versus sunt in Leg,

ge, qui incipiunt à litera *Exod. 32. v. 8. Num. 14. v. 19.* Duo verlus sunt, in quibus quater est וַיֹּאמֶר. Vide *Buxr.* loco citato, & Rabbin. *Myll.* p. 61.

E. Sed & *accentuum* criticos sacros rationem habuisse, Hebraorum constanter tradunt monumenta. Primum id est, Pausatorem (detur venia verbo ad Hebraicæ vocis emphasin exprimendam adhibito) constituunt *Esram*. Unde etiam עֲבָרוֹ שְׁחִפְסִיק appellatur *Pausator*, *הַמְפֵסִיק*, *הַפְּסִיק*, quod *versus distinxit*, ut loquitur *Aben Esra* ad c. 9. vers. 27. *Ester.* Vide *Buxr.* de orig. punct. P. I. p. 17.

III. Formam, quæ alia fuit olim, alia nunc est. Quæ *prisca* Masoræ fuerit forma, docet *Elias Levita* in *Mas. Haimmas.* וְסֵם מֵה שָׁנְמַצָּא כַּתּוֹ בְּגָלְיוֹנוֹת הַסְּפִירִים אַנְוֹן אֶלְאֶזְרָח קָצָר מַהְמָרָה הַגְּדוֹלָה כִּי וְדֹאי בָּעֵל, הַמְסֻוֹת לֹא כַּתּוֹ דְּבָרִיחָם סְנִיבָה הַגָּלְיוֹנוֹת כִּי קָצָר הַמִּצְעָם מִהְשָׁתְּרָעָה וּמִרְיעָה קָטָנָה מִהְכִּיל אֶת כָּל דְּבָרִיחָם: אָז כַּתּוֹ דְּבָרִיחָם קוֹנְטְּרָס קוֹנְטְּרָס וּלְמֹדוֹת בְּרִנְמִים דְּבָרִיחָם: וְאַז כַּתּוֹ דְּבָרִיחָם קוֹנְטְּרָס קוֹנְטְּרָס וְנִתְפְּשָׂטוּ הַעֲתקּוֹת הַחַס הַנָּה וְהַנָּה, id est, *Præterea quod reperitur scriptum in marginibus librorum* (Biblicorum) non est nisi compendium ex *Masora magna*. Constat enim authores *Masora* non scripsisse verba sua circa marginem, cum brevius ibi fuerit stratum, quam ut extendere se in eo possent, & cortina minor, quam ut continuisset omnia verba ipsorum, sed scripserunt ista in separatos quaterniones sive separata folia, docueruntque ea publicè, donec diffunderentur exemplaria ista ultrò citróque inter plurimos. Fuerunt igitur initio notæ *Masorethicae* ob materiæ copiam, qua teste *Eliâ ipsum* quantitate superassent Contextum S. separatis editæ: postea vero ipsi paulatim; ornatus ferè gratiâ; adjectæ sunt margini, cuius specimen, ex variis Msc. *Masoræ* schedis collectum, primus dedit *R. Jacob*, filius Chajim, in edit. Bombergi Veneta, quem deinde secutus est *Buxtorf.* in Edit. Basil.

IV. Finem aliorum expressimus verbis supràp. 137. Sequentur etiam nonnulla in explicatione vocis sequentis.

V. *Adjuncta*, cuiusmodi sunt, quod sit hodie 1. *Imperfecta*, & vix media sui parte integra. Nec mirum est, gentem Judaicam tam laboriosi scripti ferè jacturam fecisse, cùm multis in locis vix illi tutò vivere licuerit, nedum vel nova moliri, vel parta tueri. Hinc videas etiamnum, sed rariūs, Hebræa Bibliorum variare exemplaria, cui procul dubio malo mederi potuisset Masoretharum studium ~~αρχιτεκτονία~~. Vide *Tremel.* 1. *Sam.* 17.v.34. & *Hakfp.* de usu Script. Judaic.c.2.p.305.

2. *Vitiosa* etiam. Multæ enim irrepserunt mendæ, cùm Ju-dæi notas istas magis ostentationis, quam ædificationis ergò margini adscriberent, & utramque ejus oram satellitio quasi trium linearum stiparent, quo factum est, ut, quæ cohærere debuissent, fuerint divisa, & vicissim. Quam erroris originem ipsemet observat *Elias* præfat. 2. ryth. Accesserunt compendia scribendi, sive abbreviaturæ, ut vocant, quas cum multi amanuenses non satis assequerentur, mendosam peperisse Masoram, proclive est colligere. Vide *Elia* præfat. 3. circa finem.

3. *Autoritatis humanae*. Hominum enim operâ, Masora in unum corpus systematicum est redacta, Tiberiensium maximè, qui Masorę, quam habemus, Colophonem imposuerunt, (quæ enim ex eo tempore addebant alii, tanti vix sunt æstimanda, ut hanc Masoretharum Tiberiensium laudem obscurre possint aut extenuare.) Atque hinc & Rabbini & Gemaristæ à Masoretharum traditionibus non rarò discesserunt, ut *Elias* tradit Tab. 1. orat. 5. p. m. 145. & R. *Jacob ben Chajim* præfat. in Bibl. Seçt. ומייח אשבחנהfol. 2. c. b. Et paulò post S. ובתנו התופות fol. 2. S. Unde & ex Christianis nonnulli hac ipsa quoque utentes libertate, lectioni Masoretharum aut observationibus Criticis non semper locum cesserunt. *Scaliger* de Emendat. temp. lib. 5. p. 204. pro Masor. ב ס legit ב טה. Vide & *Francisc. Gomar.* Disput. 6. de Relig. *Lud. Capell.* de

de Punct. antiq. l. i. c. 17. S. 13. Quemadmodum verò R. *Juda Menthz*, aliique Hebræorum doctores apud *Buxtorf*. de orig. Punct. p. 413. pronunciârunt, *quòd בעלי המסורת עקר*, *וכותבין כקבלהן ומניחין תלמוד שלנו ותלמוד ירושלמי apprehendant fundamentum Masoretharum, & scribant secundum traditionem eorum, atque relinquant Talmud suum (Babylonicum) & Hierosolymitanum*; ita, ut ne quis etiamnum, nisi summa urgente necessitate, & manifesto deprehensio mendo, Masoretharum vestigia relinquat, utpote qui punctuationis hujus authores non sunt, sed tantum מתקנים ordinatores, restauratores, vel conservatores, dabit operam. Certè, ubi impunè limites hos majorum mutare licuerit, fieri non poterit, quin plurima inde in Theologia sacra resultent incommoda. Quâ enim curâ, quo studio codicem sacrum, ejusque emendationem, totiusq; linguae Hebrææ conservationem complexi fuerint Masorethæ Tiberienses, assertum ivit Cl. *Buxt*. de orig. Punct. p. 22. & deinceps. Adeò ut difficile sit, tantorum virorum vel industriam velle in dubium vocare, vel eosdem in linguae sanctæ notitia superare.

Vocatur autem Masora alias; à fine

סיג לתורה, Sepimentum legis: *Nec sine causa, inquit Cunæus de Repub. Heb. p. 161. Observatum enim à Masorethis non modo quot commata & verba, sed etiam quot literas contineant singuli libri. Quare quod postea, cum summa barbaries orbi incubuisse, nullus apex de præstantissimo illo Scripto perierit, illorum beneficium est.* Unde eleganter *Aben Esra* in ייש שכר: יסורה מורה הנאמרת כי יש שכר: יסורה מורה העיר כי נבעורם עקרה לפועלות בעלי המסורת שהם כשותפי הומות העיר כי נבעורם עקרה תורה יי' וספרי ה Krish על מתכנתם בלי תוספת ומגנעת id est, Certè merces magna debetur authoribus Masoreth, qui sunt quasi custodes murorum civitatis: propter ipsos enim perstat Lex Domini, & Libri Sancti, in forma sua absque ulla additione aut detractione. Et Eli. præf. 3. p. 27. והנני חור על הראשונות ואומר כי אחר המשנה אשר עשו בעלי המסורת אי אפשר שנפל או שפול הלווא או שניי בשום

עד בכל ספרי המקרא ולא להנים אמרו רול מסורת סג לתורה וכן
דרשו על פסקוק איש חרבו על ירכו מפחר בלילהות אלו המסורת והסמנים
שלא תשתחה תורה בגלות id est, *Ecce verò redeo ad prius, & dico,*
quòd post Masoretharum opus fieri non potest, ut ceciderit aut ca-
dere possit dissensio vel corruptio ulla ratione in omnibus libris Bib-
blicis, ita ut non sine causa dixerint Sapientes nostri p.m. Masoram
sepem esse legis. Atque sic Allegoricè explicarunt locum illum: Cu-
jusque (Cant. 3.v 9.) gladius super femur ejus, propter pav-
rem nocturnum, intelligunt Masoram, & signa, ut ne oblivioni
traderetur Lex in captivitate. Unde Sadducæi, Masoram destitu-
ti, tam incertam habent in codice S.lectioneim. *Buxt.de orig.*
Punct.p.42. Ergo

1. Injuriam faciunt Masorethis, quicunque culpam iis
corruptorum fontium Hebræorum impingunt, sive ex i-
gnorantia, sive ex malitia, ut sentit *Bailius* Summ. con-
trov.tract. I.q. 15. Ita alii, vide *Antib.Sixt.Am.p.39.Hakspan.*
p.253.

2. Indignam tam exquisito labore rependunt gratiam, qui
Masoretharum laborem, tanquam inutilem circulatorum
περιεργίαν suggillant & naso tantum adunc suspendunt.
Horum in numero erant, quos *commentator* in librum Cosri
ex Ephodæo exprimit: רב החכמים שראית ושמעת מפחים
ומבහילים ומגנדים את החקירה הזאת המיחסת לסופרים והרבב
המשילם למי שטונה העלון והרפין לספריו הרפואה כי לא יגעה מכל
זה מזור ולא השקי לכוונה זו והנביא האשיס המתהילים האלה אמר
איכה תאמרו חכמים אנחנו ותורת יהוה אנחנו אבן הנה לשקר עשה
עד באנו: *Muli sapientes, quos vidi & au-*
divi, traducunt, despiciunt & contemnunt studium hoc Scribarum
(Masoretharum) *Quin & Sapiens R. Aben Esra assimilat* (ex
sententia nempe aliorum) *eos numeranti folia & paginas libro-*
rum medicinalium, qua re non sanatur ullum vulnus. At non atten-
dit ad id, quod Propheta redarguit vanos hosce contemptores, ubi
ait:

air: Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini penes nos est: certe mendaciter agit calamus, mendaciter agunt Scribæ, *Jerem. 8.v.8. Huc usque ibi.* Et R. Jacob Ben Chajim præf. in Bibl. וְהִיּוּ כִּי רָאִיתִי הַרְבָּה מִתְהִמְןָן וּמִתְהִמְנָתָה בְּכָתּוֹת. חַמְטִינוּ אֲשֶׁר עָמַנוּ הַוּם נְדוּרָנוּ וְהַ אֵינָם מַעֲרִיכָּנוּ בְּלֹנָם לֹא מִסּוֹרָת וְלֹא חֲדָר מַדְרָכֵי הַמִּסְרָה בְּאָמָרָת כִּי מָה תֹּולֶת יִמְשַׁךְ לְהָם טָמֵנָה כִּי id est, *Cum autem vidissim multos ex plebe pariter & sapientibus nostris, qui hodie, ipsa hac ætate, nobiscum vivunt, non curare Masoram, neque ullam ejus habere rationem, dicentes, Ecque hinc utilitas? Atque sic Masoram ferè oblivioni traditam periisse, excusssi brachium meum &c.*

3. Ultrà, quam par est, Masorethicarum notarum usum extendunt, qui ad mysteria Kabbalistica invitatas torquent, ut cum Author *Hatturim* ad Gen. 1.v.2. ita scribit: *רְחוֹם בְּ הַכָּא* ואידך ראייתי את ח'ארן והנה תהו מלמד שצפה הקב'ה בבריאת העולם בחרכן הבוט שנחרב בשנת תהו: שערם תי' שניה ונחרב בשנת תי'ה: ובית שני עמד כמנין היה: id est, *Bis sic extat* (hic unum & alterum *Jerem. 4.v.23.*) *vidi terram & ecce תהו Docet, quod considerabit Deus in ipsa mundi creatione destructionem domus* (primæ, vel templi primi) *que destructa est, postquam stetit 410. annos, juxta numerum, dictione תהו comprehensum. Stetit annos 410. & devastata est anno 411. at secunda domus stetit tot annos, quot latent in voce, הנמ' 420.*

4. Illi igitur demum de Masoræ scopo & fine recte judicant, qui afferunt, huc Masorethas labore suo collimasse, ut sarta deinceps & tecta Biblia S. conservarentur. Quam laudem iis tribuunt non Judæi tantum, jam jam commemorati, sed etiam Christiani, Reformati & Pontificii. Vide *suprà p. 138. Rivet. Orthod. p. 256.* quibus adde *Serar.* in proleg. in *Biblic. Diligentia,* inquit, *incredibili hoc perfecerunt Masorithæ, ut in Canonicis, quos numerant ipsi, libris, maligne nihil addi, adimi, mutari*

ri ve deinceps posse. Certe ipsi quoque Pontificii, ni velint per Masoræ latus transfodere Vulgatam suam, contemnere eam aut abjecere non possunt. Quod si enim vel solum כתיב קרי, quod vocant, intueamur, optimè nonnunquam Vulgatae cum Masorethis convenit. *Jos.* 15.v.47. notarunt Masorethæ pro הַיָּם הַגָּדוֹל, legendum esse הַגָּדוֹל, h.e. *mare magnum*, aucto-re Vulgatae: *cap. 3.v.16.* pro illi substituunt מְאָדָר בְּאֶרְם, cum qua censura Vulgata iterum consentit, quæ totum contextum sic refert: *Procul ab urbe, quæ vocatur Edom, vel Adam*, ut habent codices alii Latini. Quin etiam, ubi vox ē textu authenticō fortè excidit, & curā Masoretharum suppleta est, ibi quoque Vulgatam habent consentientem, ceu videre est 2. *Samuel.* 8.v.3. ubi dictionem פְּרַת, 2. *Reg.* 19.v.3 i. ubi vocem אַבָּאֹת, & *Jerem.* 31.v.3 8. ubi participium בְּאִי in margine offendes, cùm hodie nil ibi, præter vocales, occurrat in textu. Eadem ratio est, si vel litera desit, uti 1. *Sam.* 17.v.23. ubi dum מְפֻעָרוֹת transfert de castris, satis innuit, genuinam lectionem esse מְמֻעָרכּוֹת, uti emendant Masorethæ.

Eftque alia

מְסֻרָה דְּבָתָא, *Masora magna*, quæ totam Criticem comprehendit, cum plena locorum Scripturæ enumeratione, quam quæque Nota Critica suo numero designat. Hæc vel separatim extra textum Scripturæ in fine Bibliorum (& dicitur *Masora finalis*) vel conjunctim cum ipso textu in superiore vel inferiore margine ejus (& dicitur *Masora textualis*) proponitur. *Buxt. comment. Mas. p. 199.*

Alia

מְסֻרָה קְטַפָּה, *Masora parva*, est, quæ literis numeralibus, vocibus decurtatis & symbolicis, ad latus textus, breviter & succinctè describitur. Locorum hic recensio nulla est, nisi quando vox aliqua bis occurrit, quod per literam ב designatur, tunc alter locus una alterave voce, literæ ב adjuncta, indicatur. *Schik-hard.*

bard. Bech. Happer. p. 49. Masoram dividit in parvam, mediocrem & maximam.

בעל המסורות, **אנשי המסורה** & **חכמי המסורת** vel, **Maforethæ**, qui nec eodem tempore, nec eodem in loco omnes vixerunt. Nos primas deferimus *Efrae* & *Synagogæ magnæ*. Secundo loco ponimus *Tiberienses*. Succedunt *Ben Ascher* & *Ben Naphthali*. Tandem etiam his merito accensimus celebriores Hebræorum *Grammaticos*, sollicitè in genuinam Codicis S. lectionem incumbentes; & ultimos distractæ *Masoræ* compilatores, *Eliam Levitam*, qui multum cumprimis in hoc studio detulit libro, quem *Achla* appellat; & *R. Jacob Ben Chajim*.

Quid præstiterit *Efras*, diximus *suprà* p. 115. Confer coñ. *Maf. Buxt.* p. 10..101. & deinc. 115. *Antibar. Bibl.* p. 23. *Elia Maf. Hammas. Præfat.* 3. *Buxt. de orig. punct.* p. 12. 17. 410. 435. *Schikhard. Bechin. Happer.* p. 56. *R. Chajim* præfat. in edit. Venet.

De *Tiberiensibus* consulatur *Elias* in *Tisbit*. lit. 7. & *Maf. Hammash. præfat.* 1. & 3. *Buxt. de orig. Punct.* p. 6. 23. 24. 25. & cumprimis 390. ubi *Tiberiensium studium circa S. Scripturæ instauracionem commendatur*.

De *Ben Ascher* & *Ben Naphthali* prolixè scribunt *Buxt. de orig. punct.* p. 7. 262. 263. *Elias* in *Maf. Hammash. præf.* 3.

Quid ad *Masoræ* conservationem ab interitu contulerit *R. Jacob Ben Chajim*, ipsemet prolixè commendat præf. laudata, exemplo *Elia Levitæ*, cuius adi præfat. ryth. in qua, quanto fervore studia hæc critica tractarit, commemorat. De singulis, quantum studio sufficit, egimus in explicatione *Masoræ* secundum quatuor Causarum genera. Vide & *suprà* p. 107. 108.

Vocantur alias

סופרים, *Scribæ*. Unde & *Efra* **ראש לסופרים** dicitur. Rationem nomenclaturæ reddit *El. Lev.* אך המעשה אשר עשו בעלי המסורת הוא שהתדרלו בכל מאמץ כוחם ולא נחו ולא שקטו עד שמננו כל הפסוקים Fft 3

הפסוקים והתיבורות והאותיות מכל ספר וספר : לפיכך קראו להם סופרים, *Opus, quod præstiterunt Maſorethici hoc eſt, nempe quod ſolliciti fuere, pro omni robore virium ſuarum, neque quieverunt, nec ceſſarunt, donec numeraffent omnes versus & dictiones, adeoq; literas ſingulorum librorum, unde vocati ſunt Sopherim, quaſi Recenſitores.*

Habuerunt suos etiam Recenſitores Arabes. Quemadmodum enim illi, *خانوچیلیخ* quadam excitati, exemplum Judæorum imitandum ſibi duxerunt aliās, ita etiam hoc loco. Reperias quippe, quod mireris, inter ipſos criticos qui I. diversas in Alcorano lectiones, in punctuatione præſertim ubique obvias, (usque adeò, ut vel una vox variis, in diversis exemplaribus, legatur punctis, ſenſum non parūm mutantibus,) notārunt, quos inter eminebant celeberrimarum Academiarum Cufensis & Bazorensis Profefſores. Ex Cufensibus palmam aliis præripiebant *Atzemus, Hamſa, Kefæus*: celebrantur etiam ad emendationum Alcorani exemplarium marginem *Abu Keſhir, Ibn Keſhir, Ibn Amer, Abu Amra, Abu Beker, Hayezus, Heſchjiamus, Nafahus, &c.*

II. Sunt, qui omnium Alcorani verſuum, vocū, & literarum numerum inierunt. Exſcribemus in Lectoris gratiam, quæ aliquando in limine cujusdam Mſcripti Arabici invenimus. ע' איהת אלקראן פ' אלמדני אלאל Numerus verſuum Alcorani in exemplari Medinensi priori, 6000. פ' אלמדני אלאלכ' in Medinensi altero 6216. Sic puto: Zifra enim, quam habebat codex, ex eſa ferè erat & obſoleta: Aliās, quod obiter hic monemus, Europæ ab Arabibus, ut vocem Zifra, quæ pura puta Arabica eſt, Nullum vel Nullam deſignans, (א inanis, vacuus fuit, inanis enim eſt figura, quæ per ſe nihil notat,) mutuārunt; ſic iplas etiam figuræ. In Meccensi 6219. Et in Cufensi 6236. ו' אלכופי. Et in Bazorensi 6216. ו' אלשאממי. Et in Schamienſi vel Syriaco 6226. Et in Rayamatenſi 6220. ו' רואם. Et ב' כלהת אלקראן 77639.

שְׁנִירָה, numerus literarum 323015. Optasseim, exprimere nos Arabum potuisse figuras, ut ὁ φειλμοφανῶς apparuerit, ab Indis ad Arabes, & ab Arabibus primū ad nos numerandi artem per Zifras devenisse; Cultiores tamen non nihil nostrā sunt figuræ, & paulò exactiores. Crasso duntaxat repræsentatur puncto o nulla; videatur Grammat. Erpen, Arab. p. 12.

קְרִי, *Lectionum*, Chaldaica vox est, Hebraicè קְרֹא. Adhibent eam Masorethæ, quotiescumque aliquid innuunt aliter legendum, quam in textu ipso scribitur. Adscribitur ejusmodi vox margini, significata per פ, apice notatum.

Ei opponitur

בְּתִיב, *Scriptum*, Hebr. בְּתִיב, notat vocem, quæ Masoretharum iudicio vitium aliquod contraxit, per קְרִי emendandum, insignturque circello, supra vocem posito.

Hic verò nota

I. Rationem originis harum diversitatum ab omnibus non ostendi eandem. Talmudici, & qui hos sequuntur, statuunt esse הַלְכָה לְמִשְׁהָ מֹסִי, *Traditionem Mosis de monte Sinai*, h. e. illas originem suam trahere à Mose, & Authoribus singulorum librorum ipsis.

Alii Hebræorum Esram hujus Diversitatis & Anomalie authorem faciunt, & hi in duas classes iterum distribuuntur.

Nonnulli enim putant, Diversitatem istam collegisse Esram ex diversis exemplaribus, quæ inter se contulerit; ita ut in uno exemplari repererit vocem scriptam, ut in textu est; in alio, vocem in margine positam: certis autem de causis semper vocem, quæ ipsi rectior ac proba magis videbatur in margine ponere, & legi voluisse, punctis tamen intra textus feriem positis.

Alii putant, notas istas marginales esse quidem ab Esra, verum non ut varias lectiones, ex diversis exemplaribus; sed partim ut *expositiones*, partim etiam ut *emendationes* & corre-

ditiones, ab ipso met variis de causis additas. *Religionis* causâ volunt loco nominis Tetragrammati substitutum esse nomen אֱלֹהִים vel אָדוֹן: *Honestatis* vel *verecundiae* & *munditiae* causâ loco quarumdam vocum, quæ prolatu minus tum in vulgari usû verecundæ haberentur, alias in margine legendas collocâsse, relictis tamen priorum vocum consonantibus in tex-
tu. Sic ceteras, quandoque *expositionis*, quandoq; *correctionis* & *emendationis* loco, ab ipso adjectas, cum scil aliqua vox vel ratione scriptionis, vel ratione constructionis & usûs, minus, vel cum communi loquendi usû, vel cum antecedentium & consequentium serie atque contextu, convenire videbatur.

Alii denique sunt, qui ab Esræ deinde excessu varierat em illam observatam, & literis consignatam esse tradunt.

Qui varias illas lectiones *Mosi* tribuunt, id est, cujuslibet libri authori, vel *Esræ*, quasi studio ab illis, expositionis ergo, essent additæ, illi mysteria inde eliciunt. Sic sentiunt Talmudi Maßec. Nedar. c. 4. אמר ר' יצחק קריין ולא כתיבנו וכתיבנו לא נכתבות קריין הלכה למשה מסיני תיבות הנקראות ואין נכתבות Isaac, que leguntur & non scribuntur, que scribuntur & non legun-
tur, traditio sunt Mosis de monte Sinai, voces item, que leguntur & non scribuncur. Sic alii, quorum meminit Eli, in præfat. 3.p. 16. Magno cum primis conatu Rabbi Jacob Ben Chajim præfat. in Bibl. Venet. contendit, varias illas lectiones, traditionem esse ex monte Sinai. Id quod inter ipsos quoque Christianos non nulli concedunt, nominatim Marcus Marinus ad Psalm. 22. & Amandus Polanus Psalm. 9.v. 13. Vide Antibar. Sixt. Ama. p. 729. Haksp. p. 300.

Qui verò humana authoritate, post excessum demum Esræ, varietatem hanc introductam volunt ex codicu diversorum diversa lectione, illi non tantum eam non agnoscunt μυστηρία, sed ne quidem certam, & ita comparatam, ut קריין, lectum, scripto, ubique debeat præferri.

Nobis

Nobis quid videatur, sequentibus proponeamus Aphorismis.

A. Rectè Eliam in Mas. præfat. III. & R. Kimchium præfat. in Proph. aliósque negare, קרי וכתיב traditionem esse ex monte Sinai, id est, ab ipsis met authoribus profectum, aliter enim sentire nos cogunt exempla. Vide *Jud.* 16. 18. & 19. 3. *Ruth* 4. v. 5. 2. *Sam.* 20. 14. c. 24. 18. *Psal.* 139. 6.

B. Non malè varias illas lectiones tribui injuriæ temporis, variisque calamitatibus, quibus ipsi quoque Codices sacri, in captivitate cum primis Babylonica, urgebantur. Deinceps verò, rebus in melius mutatis, Esram cum Synedrio magno exemplaria contulisse, mendas sustulisse, religioni tamen cum duxerit quicquam immutare, eas etiam, quæ mendosæ videbantur, lectiones in textu reliquissæ, probabiliori interim posita in margine. Sic *Kimch.* præfat. in Proph. priores, ubi agit de origine varietatum. Locus sic habet: ונראח כי חמלות האלה נמצאו כן לפִי שבגנות ראשונה אברו הספרים ונטללו החכמים יודע התורה מתו ואנשי הכנסתה הגROLה שהחיזרו התורה לוישנה מצאו מחלוקת בספרים והלכו בהם אחר הרוב לפידעתם וכמוקם שלא תשנה דעתם על הבירור כתבו האחד ולא נקרו או כתבו hoc est, *Videtur, voces istas ideo sic reperiri, quod in captiuitate prima libri Sacri perierint, Sapientes varie dispersi, & periti Legis mortui fuerint, ac VIRI SYNAGOGÆ MAGNAE, qui Legem in pristinum statum restituerunt, diffensionem in Codicibus repererint, sequutiq; sint, pro scientia ac sententia sua, majorem partem; & ubi scientia ipsorum non asequuta est rei claritatem, scripserunt unum, & non punctaverunt illud, aut scripserunt in margine, &c.*

C. Atque sic constat, magna quidem solicitudine integritatem hanc Codicis sacri complexam esse Synagogam magnam, שלא תפול בן טעות וטעוא, ne error aliquis aut corruptio irrepereret, prout loquitur Ephodæus: Interim tamen, tam dura Synagogæ Judaicæ, ex quo tempore τὸν ἀρχοντα τὸν ζωντας οὐκέτι χειρῶν.

ἀσματική, fata fuisse, ut, cùm doctores distraherentur, & ferè in Talmude suo distinerentur, varietas numerosior Codices jam occuparit. Tiberienses proinde Masorethas, seu Academiac Tiberiensis Professores, non priores tantum ab Ezra lectiones varias diligenter retinuisse, sed & novis eas ex accurate emendatissimorum codicium examine & collatione auxisse.

D. Neque verò dum finem fuisse omnium planè diversitatum. Cum enim Iudæorum studia & gymnasia iudeis decreverint, exilia & calamitates continuæ iis ingruerint, faciles etiam sint amanuensium lapsus, ipsum insuper Masoretharum studiū ab aliis superciliosè contemptum, ab aliis desidiosè neglectum fuerit, ut ex *Ben Chajim* audivimus, illi, qui animum ad hæc talia appulerunt, subinde alias observarunt differentias, quarum vel in Grammaticis suis meiminerunt, vel in commentariis. Vide sup. p. 124. 125. Atque hoc pertinet discrimen lectionum inter Orientales & Occidentales; de quo pag. 405.

E. Varias autem lectiones istas non unius esse generis.

Alias quidem fortuitas, ex mendosa descriptione ortas, cuiusmodi, fatentibus Christianis & Judæis apud *Sixt. in Antib.* p. 740. quam plurimis, pleraque sunt. Excipitur enim vox נער צב, quæ in solo Pentateuco 21. vicibus sine ה scribitur: De hac audire placet *R. Azzar. in Meor En.* p. 102. וילמוד מורה אחרת. מסכות הקרי כתיב כי לא כלס נהי מסכה אחת ולהכלית אחד הלא בעופלים יישגנה אשר בתורה אין ח' מפני ספק אבל לכתהלה מפני בכור הלשון ונערה, שלא אפשר שהוא ברבקה, למעלויות' הזריה נער ובמאורשה לננאי שיזאתה גרמה לה או כמו שמצאתי בספר לקוטים וול' בראשים שחבר דונס בן לברט בראש נער כת' בכל נערה של id est, *Hinc discimus unam ex causis lecti & scripti: nec enim omnium eadem vel causa est, vel finis. Annon voces* יישגנה & בעופלים qna

quæ in lege occurrunt, non propter ambiguitatem aliter leguntur?
Absit: sed omnino (est ipsa hæc loquendi ratio, quæ in N.T. interpres ita torsit Job. c. 8. v. 25. vide Heins. animadvers. in hunc loc.) ob honorem linguae, i.e. consonatas evenit. Vox autem נער absque He de Rebecca forte ita scribitur, quod adolescentis instar promta fuisset & expedita. De desponsata vero in contemptum, quod egressus ejus occasio fuerit (coitionis:) Aut, quod reperi in libro collectaneorum, ubi hæc sunt verba: In radicibus, quas composuit Don, fil. Labrat, in radice נער scribitur: omnis puella, quæ nondum nubilis est, in Pentateuco scribitur נער, & legitur נערה. Magis arridet conjectura Sixti Am. in Antib. 746. veteres nempe puellam vocasse, & נערה, & voce communis generis (qualis ipsa vox Latina adolescentis) נער: scribes vero postea distinxisse, non quidem addendo ה, hoc enim non fuerant ausi, sed ponendo punctum sub ר. Excipitur etiam vox רושל, de quo idem Amama ita sentit; vetustius nomen esse Jerusalem sine Iod, quam Jerusalajim, cum sit derivatum à רושל, & sine Iod scribatur à Græcis, Chaldæis, Hieronymo; adde, Syris & Latinis. Posterioribus autem temporibus dici capissæ etiam Jerusalajim, forte quod urbs gemina esset, superior & inferior. Unde nonnisi in libris, sub vel circa captivitatem Babyloniam scriptis. Vide Hakb. p. 478. ita plenè scribatur. Punctatores vero, ut ubique eadem esset urbis appellatio, illorum seculo usitata, easdem vocales subjecisse.

Alias religiosas ut cum nomini וְתִרְגּוֹמָןָה substituunt vocales אַדְנִי vel אלהים.

Alias verecundia causâ mutatas, ut cum voces, quæ flexu temporis obscoenæ esse cooperunt, verecundioribus exprimitur, juxta Canonem: בְּלָם קְרָאוֹת הַכְּתוּבִין בְּתֹרְהָה לְגַנְאֵי קְרוּן אֶתְזָבְחָה i.e. Omnes voices, quæ scriptæ sunt in lege (hoc est verbo Dei) in honeste, (id est, minus verecundæ pronunciati) legunt, seu legendum tradiderunt eas honeste. Sic Iesa. 36. v. 12. vox תְּרִאֵי חָה

stercora sua, quia obſcœna videtur appellatio, legitur צוֹאתָם, egesta, ejēcta ſua. Sic למחראות, in latrinas. Excrementi domos vel loca (obſcœna appellatione) 2. Reg. 10.v.27. legendum למוצאות, Ejectionis vel Egestionis loca, magis verecundè: juxta consonas autem legeretur, vel potius, ut, post Talmudicos, alii Rabbini legunt. Iterum pro חוריונים, 2. Reg. 6.v.25. legendum substituerunt, q.d. Fluxum columbarum, id quod fluit ex columbis, & hujus vocis vocales præcedenti ſubjecerunt, que juxta ſuas consonas legeretur, חורי יונים, id est, ſtercora columbarum, vicariam autem voceim compositam volunt ex יונם columbae, & Chaldaico Verbo בְּfluere, quòd Hebraicè dicitur זוב vel זב, literis ז & ב, pro more linguae, inter ſe permutatis. Idem etiam accidit voci עפלים, 1. Sam. 6. v.17. cui substituerunt טהריב; & vocabulo התנאים, cui ſubjecerunt vocales duarum vocum מימי רגלהם aquæ pedum, quomodo urinam modeste innuunt. De voce שגל, pro qua nunc legunt שכב Deut. 28.v.30. Jef. 13.v.16. Zach. 14.v.2. sic loquitur Majm. in More Nevoch.lib.3.c.8. ולא יעלטך ישgal. והתנה אסת ללוּפָל לִם כַּרְלֵךְ לְאַן שְׁגָל אַסְט אַלְגָּרִיה אַלְמָעָדָה נצבה שgal ל'מִינֶךָ וּקְולָה יִשְׁגָּלֶה עַל אֶל מְכֻתוֹ בְּמַעֲנָה תִּכְרֹהָא נגאריה, id est, Ne seducat te vox ut שgal, ut existimes nomen esse, ipsum actum (venereum) exprimens. Non est ita. Nam שgal significat puellam nubilem, ut Adstat (Ps.45.10.) שgal puella nubilis ad dexteram tuā, sic cum dicit Scriptura יִשְׁגָּלֶה sensus est, accipiet puellam. Hæc legitima & propria verbi שgal erat significatio. Cum verò paulatim obſcœnus esse coepisset ejus uſus actumque venereum denotaret, Doctores Judæi illi verecundius ſuffecerunt verbum שכב. Est enim lingua Hebræa, & hoc etiam nomine vocata ſancta, quòd decorè, sanctè, modeſtè omnia exprimeret. Vide Majm.cap.citat. El. Maſor.hammam. p.52. & Buxt. Diff.de ling. Heb.antiq.S.5;. Plura de vocibus istis obſcœnis, verbo maximè שgal, recenset El. Levit. & R. Jacob in præf.cit.

F. In varietate lectionis fortuita, ex literarum similium confusione in describendo orta, putamus, Masoretharum iudicium ut plurimum esse sequendum, & quidem necessarium, ut 2. Sam. 23. v. 13. Diximus ut plurimum. Sæpius enim קִרְיָה, sive notæ marginali, interpres prætulerunt בְּתֵיבָה. *Piscator* licet & ipse plerunque marg. lectionem exprimat, histamen, & aliis locis, textualem prætulit, Levit. 11. v. 21. Psal. 100. v. 3. 2. Reg. 20. v. 4. Jes. 9. v. 3. Job. 6. v. 21. idem in Pagnini & Ariæ Montan. Bibliis, in vulg. Latinâ, Græca & Chaldæa videre licet, qui licet marginalem passim præferant, aliquando tamen & textualem retinuerunt, ut ex gr. omnes illi Proverb. 19. v. 7. Quatuor vid. Lat. Gr. Pagn. Arias, Psal. 100. v. 3. & Jer. 2. v. 20. Tres vide Lat. Ar. Pag. Jes. 49. v. 5. Lat. Chald. & Gr. Jes. 63. 9. & 2. Sam. 22. v. 51. Exempla ex Luth. vide apud Haksp. p. 303. & 323. Junius aliquando ita fluctuavit, ut utram sequeretur lectionem, animi pependerit. Hinc 2. Reg. 8. v. 10. in prima edit. *Abi, dic ei,* (ל) quod est in margine. At in postremis, *Abi dic, non vives,* (א), quod est in textu. Esra 4. 2. in Edit. pr. *Eidem לֹא sacrificamus,* quod in margine: in postr. *non sacrificamus (alteri)* (א), quod in textu. Sic 1. Reg. 22. v. 49. in pr. Edit. Josaphat paravit classem, שַׁחַת, quod in margine. In postr. Josaphato decem naves, עֲשָׂר, quod in textu. Quin & Prov. 31. v. 4. Ecol. 9. 4. Jere. 2. v. 20. & 5. v. 8. בְּתֵיבָה, in postremis editionibus prætulit idem. Quid? quod nonnunquam utraque lectio retenta fuerit? Junius & Tremelius Exod. 21. v. 8. *non sibi*, quasi esset לֹא, & Jos. 8. v. 12. *urbs Ai*, quasi scriptum esset, יְרֻעָה, Prov. 23. 26. ubi est à רְצָה, voluit, Keri vero à נָצָר, custodivit, redundunt, studiosè custodiant. Ezech. 42. v. 16. ubi habet, חַמְשׁ אַמּוֹת, בְּתֵיבָה, 5. cubitos, & Keri חַמְשׁ מִאַתָּה, idest, 500. illi, quingentorum cubitorum. Munsterus & Tig. 1. Reg. 22. v. 49. fecit decem naves. Sic & Tig. 2. Sam. 23. v. 13. *tres principes*. Sed hoc rarius contingit. Ut plurimum enim vox Marginalis est רְגֻבָּה, præcipuum. Sunt ex Iudeis non pauci, qui etiam utuntur libertate, de קִרְיָה & ex

circumstantiis judicandi, ut ex Paraphrasi Chaldaica colligimus, vide 2. Reg. 20. Cæteri verò id est, plerique, qui cum Elia præf. tertia negant כתבנִ קריין וכתבנִ lecta & scripta, esse הספקות בעבור proper dubia exemplarium (ut volunt Kimchius, Ephod in præfat. R. Jacob, R. Azar. p. 101.) sed ex traditione Mosis & Prophetarum, non tantum præferunt (vide præfat. laud. R. Jacob & Buxr. de orig. punct. p. 412.) judicium & נסーン Masoretharum Talmudicis, quos illis sape opponit R. Solom; sed etiam piaculum illis est ita legere, prout est in textu scriptum, sed semper, legenda vox, in margine notatur. Hinc in Ritualibus proferunt exemplum de quodam שקרא כמו שהיא כתובה, וגורו בו להזור ולקרות כפי המסורת ולא רצתה. והוא שם כמה גנדולים וגורו בו להזור ולקרות כפי המסורת ולא רצתה, ונידוחו והורידוחו מן התיבה שעבר הרבר שהוא הלט, id est, qui legit vocem talem, prout scripta erat. Cum verò ibi essent præstantissimi quidam viri, jusserunt illum repetere, & secundum traditionem vocis, sc. marginalis, legere: quod cum facere renueret, eum excommunicarunt, & de arca (suggestu, ex quo legebat) deturbarunt; eò quod transgressus esset rem, quæ est consuetudo, seu traditio Mosis ex Sinai. In Schylchan Aruch. & Levusch in קראות קריית ספר תורה. Unde etiam Elias Lev. orat. 1. p. 47. בינה ברכך אשר הלכו בה אנשי הכנסת הגנולה וקדמת כל רבר צrik שתרדע שכל מה שנכתב בಗלוין הוא קרי רל' בן קורין המלה ההיא: וממה שנכתב מבענימן לא נקרא כלל intelligentiam tibi dandam de via, quam calcarunt viri Synagogæ magna: ante omnia autem sciendum tibi est, omne, quod scribitur in margine, esse קריין, id est, ita eos vocem legisse, quod verò scribitur in textu. planè non legi.

Recenset deinde septem diversarum lectionum species, quarū suprematantū dabimus capita: 1. המין האחד באותיות רקיין ולא כתבן וכתבן ולא קריין והעקר באותיות יהוא הנמצאים כן בראש ובסוף ובאמצע התיבה: אבל יש לך לדעת כי הוי והיוד לא נמצאו

נמצאו כן כשהן נחות באמצע המלה. ר' הוי אחר הווילם והשורק והויר אחר החירק והצ'רי כי אלא הם בוגדר החסרים והמלאים כאשר באրת' בדיבור הראשון: אבל הוי הנמצאת כתיב ולא קרי היא רוקא אחר קפץ או חטף קפץ id est, *Species prima continet literas, quae leguntur & non scribuntur, que scribuntur & non leguntur, id quod maxime accidit in literis יהוא*, que sic reperiuntur in principio, in fine & in medio vocis. Observandum tamen tibi est, *Vau & Joth ita non inveniri, si quando in media divisione quiescant, Vau scilicet post Cholem & Schurek, & Joth post Chirek & Tzere: cum enim sunt in ordine defectivorum, & plenorum, ut exposui supra tabul. 1. Vau autem quando reperiatur scriptum, & non lectum, praeceps id sit post aut ut (1. Sam. 11. 2.)* אברות (2. המין השני באותיות המתחלפות זו בזו בקרי ובכתיב) לכם ברית: ו גם באליה העקראות יהוא כגון נב מלין דכתיבין יוד בראש התיבה וקרין ו במו מעט ימייחדל ישית מפנו וחדר קרי. וכן מלין בהפק *Seconda species consistit in literis, quae in vicem in lectione & scriptione mutantur, & hoc quoque potissimum fit in literis יהוא*, quemadmodum 52. voces sunt, in quarum inicio scriptum Joth, & legitur 1: ut, Pauci sunt dies mihi (Job. 10. 20.), *ויחדל מפני* (Job. 10. 20.), *legi debet cessu ergo pone*. Psal. 10. v. 8. leg. *Ita contrarium fit in 56. vocibus* 3. המין הג' במקרכין ומאחרין פ' יש מלות שכותוב בהן אות: אחר מאהר שלא כדרין וכקרי האות ההוא מוקרט כדרין והן סכ' *Tertia species in prioribus & posterioribus, id est, in iis vocibus, in quibus una litera est transposita praeter morem, & in lectione litera illa priori loco, sicut ratio postulat, restituitur. Suntque 62. numero, ex quibus tamen una quidem est in lege. E. Gr. חלוק, eundo, leg. ח. Item, legend. ח. אל-ה, ק. מ. ש. ע. Judic. 16. v. 26.* Undecim reliquæ sunt ex aliis literis, ut cum scrib. תראנה & leg. 4. המין הדר במלין שקדמאות נסיב מתניינה פ' יש ב' מלות: תארנה סמכותה: שהראשונה לוקחת אותן מהשניה וזה לא נמצא רק על מלין שבסוף

שבסופה הָא נוֹסֶפֶת וְהָא שִׁיבַת בַּרְאֵשׁ הַמְלָה הַשְׁנִיה לְפִיכָךְ נִקְרָאוֹתָה
בְּפִנִּים בְּפַתְח וּבְקַרְיָה נְעִשֶּׂת הָא יְדִיעָה בַּרְאֵשׁ הַמְלָה, וְהַן ג' בְּמַסְפֵּר
Quarta species de dictionibus,
quarum prima aliquid assumit ex secunda, id est, cum duæ sunt vo-
ces conjunctæ, è quibus prima literam accipit à secunda. Fit autem
illud tamen in dictione, quæ in fine habent ה additum, quod compe-
tit initio vocis secunda, ac proinde punctant eam in textu cum Pa-
tach, in lectione verò sic in capite dictionis sequentis.
Tria autem tantummodo sunt, quæ ita scribuntur (2 Sam. 5 v. 2.)
הַמִּין הַהָ בְּמַלְוֹת רְכַתְּבִין וְלֹא קְרִין. הַיִתְהַ מְצִיאָ
וְהַן י' בְּמַסְפֵּר לְכָן חָנָן בְּפִנִּים בְּלֵי נִקוּרוֹת כְּנָן אֶל יְדוֹךְ יְדוֹרָךְ הַדּוֹרָךְ
quia scribuntur & non leguntur, suntque decem numero, proinde in
textu ponuntur absque vocalibus, ut (Jerem. 5 v. 3.)
אֶל יְדוֹךְ הַמִּין הָוּ בְּמַלְוֹת רְכַתְּבִין non leg. ubi posterius non leg.
חֲדוֹרְקִין תְּרִי וְהַן ט' בְּמַסְפֵּר בְּגָנוֹן בְּגָרְבָּא בְּגָרְבָּא מִזְהָ בִּירָךְ בְּגָרְבָּא
fortuna legitur, מִזְהָ בִּירָךְ Exod. 4.2 (legit) quid hoc &c. 7. המִין
הָוּ בְּמַנוֹנָה וְגָנוֹת: אָמְרוּ רֹלְלָא כָל הַדְבָרִים הַכְתּוּבִים בְמִקְרָא לְגַנְגָא
קְרִין אָוֹתָן לְשָׁבָח כְמוֹ וְאַיִשׁ אַחֲרֵי שְׁגָלָה; יְשַׁכְּבָנָה קְרִין
Septima species de turpi & pulchro, id est, de vocibus, quæ in verecundiæ scribuntur, & verecundè leguntur. Dicunt Rabbini p. m.
omnia, quæ in Bibliis scripta sunt per vituperium leguntur ad lau-
dem, ut cum pro iungali leg. יְשַׁכְּבָנָה.

Ut verò non rigidius damnandi sunt, qui veterum Hebraeorum consuetudinem in vocibus ejusmodi obscenis sequuntur; ita nec illi, iudicio meo, culpandi, qui hodie ipsas illas vo-
ces, ut ut videantur obscenæ, inter legendum retinent. Quid enim dutanus religioni, ca legere, quæ ipsem Spiritus S. Scribi voluit? Sint licet verba nonnulla usu paulatim mutata,
nihil

nihil tamen obstat, quominus jam, cum lingua Hebræa nulli amplius nationi vernacula est, sed Judæis aquæ ac Christianis, magno labore discenda, ex pristino usu & significatione suantur. Deimus, verbum נָשׁ, stante Iudæorum Republica, inter ipsos plebejos notitia linguae Hebrææ florente, paulatim ita fuisse tritum, ut tandem amissa propria significatione *nubendi*, novam prorsus, turpem & castis auribus indignam induerit, quam etiam ob causam veteres Iudæi à lectione ejus abstinuerunt, hodie tamen, ubi nullum verbi hujus talem habemus usum, facile ex prima sua significatione legere & retine possumus. De punctis vocabulorum אַדְוִנִי & אֱלֹהִים, πτερα-γεαμάτῳ substitutis, dicetur loco de Deo.

II. Sed jam secundò tenendum est, malè Pontificios *ex hac diversitate lectionum colligere veritatis Hebraicæ corruptiō nem.* A. Quemadmodum enim qui errantem, vel in devia delapsūm viatorem in regiam reducit, seductor haberi non debet; ita, cur Masorethæ corruptores fontium Hebræorum dicendī sint, qui non tantum vitiosas lectiones, studio saltem, nullas intulerunt, sed etiam ne quæ deinceps irreperent, studiosè ca verunt, non video. Atque hanc fuisse Masorethis mente, doctissimi omnium temporum interpretes satis innuerunt eo, quod in Translationibus suis judicium Masorethicū, ut plurimum, fuerint secuti. Sic, cum Gen. 14.v.2. Masorethæ notaissent, non legendum esse בְּנֵי כָּסֶף, sed בְּנֵי כָּסֶף, judicio eorum sterunt, agnoverunt nempe, non ut textum corrumperent, sed ut corruptum emendant, hoc loco industrios illos Criticos circellum apposuisse. Ita Psalm. 16.v.10. cum contra regulas Grammaticas in quibusdam exemplaribus extaret vox pluralis חֲסִידִים, nota runt Masorethæ legendum esse חֲסִידִים, in singulari sandus tuus, quam lectionem, tanquam genuinam, approbarunt Chaldaeus, Syrus, Arabs, LXX. Vulgatus, Pagninus, Strigelius, Tig. Luther. Ofiand. Castal. Vatabl. Pellican. Gall. Ita quod Psal. 74.v.11. hodie legatur חֲסִידִים, sinus tuus; prout ha-

*Josec E. Syng S. Act. 2, 27.
et c. 13, 35.*

bent *Græc. Syr. Arab.* & omnes interpretes moderni; non verò **תְּקִוָּה**, Masoretharum debemus industriae, qui mendoza hanc lectionem detexerunt, & ne qui hic impingerent aut veritatis tramitem desererent, caverunt. *Loyanienses* Theologi, cum in Editione sua *ad vetustissima exemplaria recens castigata*, varias ad marginem notarunt lectiones, eruntne suæ religiosæ consecraneis corruptores Biblorum? Cur ergo Masorethæ? Utrinque enim eadem ratio est. Utrique varietatem codicium notarunt, lectorēmque de ea monuerunt, non ut naufragium faceret, sed ut Syrites & scopulos declinaret.

B. Deinde vero, si Biblia Hebræa propterea corrupta censeretur, quod 848. (tot enim numerantur, *juxta* symbolum *Elie Levit. præf. 3. וְכַתֵּב יְהִי רְשִׁירָה*, *letta & scripta*, quæ literæ arithmeticè consideratæ totidem constituunt, nisi quod R. Jacob commemoret, *Rasi & Saadiam Gaon adducere varias lectiones, de quibus nihil in ullo libro Masorethico reperiatur*) variæ lectiones in iis occurrant, 65. in Lege, 454. in Prophetis, 329. in Ha giographis, quid fiet de versione Vulgata, in qua aliquando *Isidorus Clarius* 8000. errorum annotaverat.

C. Sunt tandem lectiones illæ variæ ferè tantum leviores, ut notat *Camero* p.48. imò ita comparatæ, ut, utram sequaris lectionem, nihil intersit. Sensus enim utrobique commodus emerget & sanus. Sic *Exod. 32. 19.* parūm refert, sive sequaris cum *Chald. Græc. Pisc. Angl. Belg. Vatabl. Gall. וְkeri, וְמַנְעָן suas*, sive cum *Arab. Vulgar. Tigur. Osland. Castal.* retineas *Chetib, וְרִא, manum suam*. Idem recurrit *Levit. 9. v. 22.* ubi *Arab. Chald. Græc. Pisc. Belg.* reddunt *Keri, וְרִא*, sed *Tig. Vatabl. Osland. Gall. Castal. Angl. Chetib, וְרִא*. Quid decedit sensui *Ruth 3. v. 5.* sive voculam **לְקֹדֶשׁ**; cuius puncta tantum in textu relinquuntur; exprimas cum *Tig. Germ. & Latin. Pisc. Castal. Jun. Gall.* sive cum *Belg.* parenthesis includas, sive cum *Græc. & Latin.* planè omittas. Vide etiam ejusdem capitinis vers. penult. ubi *idem*

idem recurrit. Quid periculi *Eccles. 4.v. ult.* sive Keri legas *בָּנֶלֶךְ*, *pedem tuum*, cum *Græc. Tigur. Gall. Pisc. Vatabl. Vulg. Belg. Engl.* sive Chetib, *רְגַלֵּץ*, *pedes tuos*, cum *Tigur. Germ.* (*Latina enim in contextu Keri, in margine neverò Chetib transtulit*) *Jun. Castal?* Quæ textus Hebræi corruptio, *Josu. 8.v. 12.* sive juxta Keri cum *Chald. Tigur. Pagn. Vatabl.* transferas *עַל*, *Ad Ai*, sive cum *Gall. Belg. Castal. Mas. Vulg. Græc. Pellic. Tigur. Germ. Luther.* retento Chetib, legas *לְעִיר*, *ad civitatem*; sive cumi *Osiand. & Tremell.* utrumque vertas, Keri & Chetib, *ad urbem Ai*; sive deniq; cum *Engl.* totum illud lectoris arbitrio relinquas, Keri expresso in textu, Chetib verò adjecto margini. Eadem ratio est *Thren. 4.v. 16. τ& Keri, ωκηνιτος, Et seniores*, quod repetras apud *Tigur. Piscat.* parenthesi inserit; & Chetib *וְקִנְיָה*, abjecto i, quod habent *Tremell. Belg.* Nonne facilius hæ diversitates conciliantur, quām apertæ istæ & manifestæ editionis *Sixti & Clementis* contradictiones, ut cùm *Exod. 23.v. 18. Sixt.* habet tua, Clem. *Mee.* *Num. 34.v. 4. Sixt. Ad meridiem, Clem. Ameridie. Deut. 17.v. 8. Sixt. Inter lepram & non lepram, Clem. Inter lepram & lepram. Josu. 2.v. 18. Sixt. Signum non fuerit, Clem. Signum fuerit.* De locis difficultioribus ex circumstantiis est judicandū. Talis est *Lev. 11.v. 21.* ubi, *קָרְבָּן* est *לוֹ*, *Ei*, quomo- do exprimitur in *Chald. Græc. Vatabl. Tigur. Vulg. Belg. Engl.* *בְּתִיבָּן* *לֹא*, *non*, ut vertunt *Piscat. Gall. Castal.* Sic *Eccles. 12.v. 6.* *קָרְבָּן* est *רַעֲתָקָה*, *rumpetur*, juxta *Tigur. Germ.* (*Lat. habent subtrahatur, sed in margine, quidam legunt רַעֲתָקָה rumpatur.*) *Vulg. Castal. Gall. sed בְּתִיבָּן*, *רַחֲקָה*, *ut Vatabl. Jun. Psal. 59. 1. Chald. Gall. Pagn. Vatabl. Strig. Calvin.* cuius consule comment. *Luther. Tremell. Piscat. Belg. Engl.* *חָסְרוֹ*, *כְּתִיבָּן*, quod retinent *LXX. Vulg. Tig. Pellic.* Vide notas ejus.

וְחָסְרוֹ תְּקִנָּה סְפִירָה, *Ordinatio Scribarum. Masorethæ* *Ottodecim distinctiones in sacra Scriptura, sunt correctio Scribarum:* i.e. *quas Scribae videntur, vel dicuntur correxisse.* Vide *Maso-*

ram interiorem in principio libri Numerorum, & Psalm. 106. v. 20. Loca sunt sequentia: Primus *Gen.* 18. v. 22. *Et Abraham adhuc stabat coram Domino*, pro, *Et Dominus adhuc stabat juxta velante Abrahamum*. Secundus *Numer.* 11. v. 15. בְּרִעַת, malum meum, pro בְּרִעַת ס, malum ipsorum. Vide R. Sol. & Ab. Es. Mas. parv. Tertius *Num.* 12. v. 12. אֶמְוֹן, matris sua, pro אֶמְוֹן, matris nostræ: consule eosdem. Quartus *ibid.* בְּשָׂרוֹן, carnis ejus, pro בְּשָׂרוֹן ס, sibi, pro carnis nostræ, vide R. Sol. Quintus 1. *Sam.* 3. v. 13. לְהַדֵּךְ, mihi. R. Sol. & R. Kimch. Sextus 2. *Sam.* 16. v. 12. אָלֵי יְרָאָה, Fortasse respiciet Dominus afflictionem meam, pro בעני oculum meum. Septimus 2. *Sam.* 20. v. 1. אֲשֶׁר לְאַחֲלָיו וְלְרַאֲלָל, quisque ad tabernacula sua, Israël. Quale תיקון & hic sit, interpretes non explicant. Confer 1. *Reg.* 12. v. 16. 2. *Paral.* 10. v. 16. In Tanchuma scribitur, pro לְאַלְהֵינוּ in *Dibre Hajamim*, id est, libro Chronicorum, legi לְאַלְהֵינוּ. At hodie libri nostri sic non habent. Vide & R. Sal. Hof. 4. v. 5. Octavus *Ezech.* 8. v. 17. אַל אַפְּסֵס, ad nasum suum, pro אַל אַפְּס, nase meum, vide R. Kimch. Nonus *Habac.* 1. v. 12. לֹא נִמְوت, non moriemur, pro לֹא תִּמְوت, non morituras. Vide Rab. Sol. Mas. mag. & parv. Decimus *Malach.* 1. 13. הַפְּהַתְּתָבֵן, sufflatis illud, pro אָזִת, me, R. Solom. Undecimus *Zach.* 2. 12. עַצְמָתְךָ, oculi ipsius, pro עַצְמָתְךָ, oculi mei. Duodecimus *Jer.* 2. 1. כְּבוֹדְךָ, gloriam suam, pro כְּבוֹדְךָ, gloriam meam, vid. Mas. parv. Decimus tertius *Job.* 7. 20. עַלְיָךְ, mibi, pro עַלְיָךְ, tibi. Vide Abn Esr. Decimus quartus *Hof.* 4. 7. כְּבוֹדָתְךָ, gloriam ipsorum, pro כְּבוֹדָתְךָ, gloriam meam. Decimus quintus *Job.* 32. 3. אֶת אַוְבֵדְךָ, in Jobum, pro אֶת הַאֱלֹהִים, in Deum, cons. R. Sol. & Ab. Es. Decimus sextus *Thren.* 3. v. 20. עַלְיָךְ, in me. Quale hic תיקון factum, interpretes non ponunt. Decimus septimus *Psalm.* 106. v. 20. אֶת-כְּבוֹדָתְךָ, gloriam suam, pro כְּבוֹדָתְךָ, gloriam meam. Desideratur ergo unus adhuc locus, inquit Cl. Bux. in Lexico Talmud, qui apud Scriptores incertus est, & forte in aliquo citatorum locorum, in aliqua quadam voce, latet, ut 1. *Reg.* 12. v. 16. 2. *Paral.* 10. v. 16. qui duo loci hic sub septimo sunt comprehensi. Ita sane est, prout Glas-

Glaßius ex Masora quadam vetusta Msc. textuali ad Ezech. 8. v. 17. restituit, & ex R. Sol. & Ab. Es. liquet. Sic & Num. 12. 12. duo sunt exempla in versu uno. Vide Lexic. Talm. Buxtorf. p. 263. 1. Galat. de arcan. relig. Christ. p. 23. 24. 25. Glaß. Philol. Sac. p. 44. & de inc. ubi prolixius de locis istis agitur.

Observe autem. Totam illam de ordinatione Scribarum materiam impeditam esse & perplexam, ut nec de numero satis constet, nec de tempore, nec de Scribis. *Tertium quæsumus*, inquit Buxtorf. apud Glaß. p. 56. *tuum de Tikkun Sopherim*, 18. *voces hanc censuram subiisse*, Masora paßim notat. Recensio locorum in vestibulo libri Numerorum, & Psal. 106. Ut trobique non nisi 16. recensentur, sed in Num. 12. v. 12. duo exempla occurunt, ut notat R. Salomon. Deest ergo unus locus mihi, quem à nullo Ju-dæo hactenus expiscari potui, nec magnus ille Mercerius eum inventit. Galatinus hoc thema non intellexit, & aliena exempla admis-
set. Sic & alii, qui corruptiones ista esse putant. Nec ullum hacte-nus ex nostris siue Evangelicis, siue Catholicis vidi, qui explicâ-
rit, qui fuerint Scribæ isti, & quales תקוניּם ipsorum. Quàm anti-
qua & haec notæ de Tikkun sint, liquidò mihi nondum constat. An-
tiquior ipsarum memoria est in libro טפירוּם, qui ante Talmud Baby-
lonicum fereur conscriptus. Dissentunt tamen Hebræi de ejus au-
thore & tempore. In Talmud neutro ulla planè istius Tikkun men-
tio fit, cum alias טופרין, longè minoris negotii, in Talmud
commemoretur. Nos universam de תקון טופרין disputationem
ad duas redigemus sententias generales.

Prima negat, ullam unquam ejusmodi scribarum corre-
ctionem seu mutationem fuisse. Ita ex *Judaic Author Hal. Ol.*
והא ראמירין בכמה : tractat. 2. c. 1. ex R. Samson Ben Abraham :
מקומות תקון טופרים הוא וזה אין הבונה חיליה שהוסיפו או שהותרו
על מה שכתוב בתורה אפי'ו אות אחת אלא ענן תקון טופרים הוא
שהם דרכון ומיצאו לפ' עניין כל אחר ואחד מן הכתובים ההם שעריק
הבונה לא היה כמו שנראה ממה שנכתב בספר אלא צד כונה אהורת
ולא היה לו לכתוב כן אלא כן כטו ואברהם עורנו עומר ווי עורנו עומר

זה לו לומר אלא שכינה הכתוב ולא קראום תיקון סופרים אלא
שם רדקון ופירשו שהם כינוים
Socis usurpamus, Hæc est correctio Scribarum, hoc sibi non vult,
(absit!) eos in lege scriptis adjunxiſſe, aut addidiſſe vel unam literam, sed per scribarum correctionem hoc denotatur, eos habito
examine ex mente singulorum istorum locorum observasse, non esse
hanc præcipuum intentionem, quæ ex eo, quod in libro scriptum est,
fluere videtur; verum aliud quid spectari: nec tamen hoc, sed illo
modo scribendum fuisse. Quemadmodum Gen. 18.v.22. Ipse Abraham
stetit adhuc (coram Domino:) ubi dicendum erat, Ipse
Dominus adhuc stetit; sed Scriptura pronominauit (i.e. propter
conuicātum unum pro altero posuit) proinde ordinationem Scriba-
rum non alio sensu vocarunt, nisi quod exquisitè observarint &
explicarint, ista loca εν φημίαις continere. Ita exponit D. noster Sam-
son f. Abrahāi b. memorie.

Sic ferè Beres. Rab. p. 54. & lib. Ikkar. p. 58. El. in Tisb. voc.
תיקון: ואברהם ערדנו עומר לפני יי' תקון סופרים הוא שחרי השם
בא לעמוד לפני אברהם לומר לו ועקרת סודות ולכן חשו הסופרים
שמא יקראו האנשים כן וזה לא היה דרך כבוב כלפי השכינה: لكن
תקונו שהכל יתנו לב שייחיו קורין הפטוק כמו שהוא והו התקון שליהם
אבל לא שם שנוי דבר מהתורה חס ושלום
ipse stabat coram Domino. Hoc correctio Scribarum est. Quo-
niam ecce Dominus venerat, ut staret coram Abrahāmo, dicens ad
eum, Clamor Sodomæ, &c. Iam timuerunt Scribæ, ne fortassis ita
legerent homines, atque inde non nihil decederet gloriae diuinæ: ideo
ordinarunt, ut omnes adverterent & legerent istum versum sicut
est. Atque hoc ipsum vocatur illorum correctio, seu dispositio. In-
terim tamen in nulla re mutarunt legem, quod absit ut fiat. Nem-
pe, ut loquitur Buxtorf, epist. ad Glafs Sapientes Hebræorum na-
sutiōres, animadverentes inconvenientiam quandam in istis locis,
scriperunt, aliter istos authores loqui debuisse, & secundum coha-
rentiam propositi textus, sic vel sic scribere, sed pro eo maluisse sic
scriere

scribere, & id sic efferre, ut illud hodie in textu est. Unde & Bellarm. lib. 2. de V. D. Script. c. 2. ejus fidem elevat. Nec prorsus immerito, inquit Chamier. panstr. lib. 12. c. 11. S. 16. cum de ea emendatione ex probatis authoribus nihil nobis constet. Hinc etiam Aben Esra Num. 11. v. 15. ait, non fuisse opus correctione Scribarum. Et hanc sententiam, singulorum locorum instituto examine, defendit, & ab exceptionibus vindicat Glasius lib. cit. p. 46.

Secundæ sententiae patroni mutationem factam concedunt, sed illi rursus in duas abeunt classes.

Alii necessariam locorum 18. non nihil corruptorum, fuisse emendationem contendunt, atque hi operam istam tribuunt Esræ & Synagogæ magnæ. Unde in *Masora* Num 11. v. 12. תִּקְוֹן עֲזָרָא, ordinationem Esræ, appellat: & in *Tanchuma* Parash. בְּשַׁלֵּחַ habetur, quod viri Synagogæ magnæ correxerint & mutaverint sermonem aliter quam ante fuerit scriptus.

Alii malunt, mutationem illam, Judæorum perfidias & in Scripturam S. sacrilegias manus notam esse indubitatem, quasi pro lubitu: 18. illa loca perverrissent, adeo que fontes corrupserint. Ita fuscè disputat Galat. de arcan. verit. Cathol. lib. 1. c. 8. Lindan. Panopl. Evang. p. 378. quibus opponimus Bellarm. ipsum lib. 2. de V. D. Script. c. 2. qui agnoscit, imprudenter quosdam, dum se Ebraeos oppugnare credunt, Ecclesiam ipsam oppugnare. Si enim correctiones illæ Scribarum, sunt Ebraici textus corruptiones, sequitur aperte, Vulgatam quoque editionem esse corruptissimam. Ita Bonfrerius præloq. in Sac. Scr. c. 12. variis argumentis probavit, totam hanc depravationem (ita vocat סופרים) nihil aliud esse, quam purum purumque figmentum & mendacium, neque alio loco, quicquid alii sentiant, apud se futuram. Latiori significatu utitur vocibus תִּקְוֹן סופרים, Scaliger in Epist. p. 472. De סופרים, inquit, mihi constat, non omnes locos, quos Ju-dæi à veteribus Criticis mutatos dicunt, ab ipsis interpolatos fuisse. Id facile probari potest. Unum fortassis aut alterum CONTAMI-NARINT.

NARINT, ut τὸ ἀρυζαν πόδιας μη τὴν χειράς με. Nam quomodo
hodie legitur, nullum commodum sensum concipiunt. De hoc loco
actum est supra p. 191. Videmus autem hinc תיקון סופרים Scali-
gero idem esse, quod Masorethis קרי וכתיב quo sensu Galat.
lib. I.c. 8. hic refert tum ipsum hunc Psalmum, tum locum
Mich. I.v. 10. חתפלי ש, volutate. Depravandi studio, hoc appo-
situm esse, Galatinus clamat, & התחפשתי legendum esse, hoc
est, in volutus sum, seu, in volvam me pulveri seu cineri. Hoc re-
spectu eidem, ut & R. Sol. Jarch. vox pro ישכנהה Deut.
28.v.30. בשרי pro בסורי. Hof. 9.v. 12. ad תיקון correctionem
Scribarum, refertur. Sic Deut. 23.v. 23. ad vocem מזא notat
Mas. par. esse תיקון סופרים. Ita Mercerus alicubi observat, se à
Judeo quodam audivisse, locum etiam Zach. 12.v. 10. hic
pertinere. Ego sane existimo correctionem Scribarum, vel
nullam esse, vel eandem cum עזס Masoreth. circa קרי וכתיב.

עטורי סופרים, *Ablatio Scribarum*, id est, ablato literaz, otiosè &
superfluè ab imperita plebe vocibus quinq; additæ, quæ, cùm
justè à Legisperitis ablata fuisset, vocabatur
נראים הדברים: עטר De hoc ita scribit Baal Aruch in Radice
שבתלה, אנשי כפרים לא היו דיקי במקרא והוא קרי וסעדו לבכם
ואחר תעבורו קדרמו שרים ואחר נוננים: צדקהך בהרדי אל ומשפטיך
זהום רבה והוא משבחים נאלו מלים בהזוא זמן וסבירין רחבי
דקוק מושׂך ורחבי מסתבר ואתו סופרים וסלקו להני וו והוא קרי אחר
העבورو: אחר נוננים: משפטיך זהום רביה: וכדר חזו סופרים קא
עטר לhone להלן וו והח קרו להו להלן מילוי עיטור סופרים ואתו ר'
 יצחק ואורי רקוביץ אנון הלכה, למשה מסניינו ועד דורות קרובים
להשתא הוא משבחי וקראו ולא ישמע על פיך וסופרי מגMRI דלא
מקרי בוין: id est, Videntur res, quod à principio homines pagani (idiotæ & plebs) non fuerunt attensi ad Scripturam, legerintq; Et (Genes. 18.v.5.) fulcite cor vel struin, ET postea transite: Prae-
cesserunt (Psal. 68 v.26.) cantores, ET postea fidicines: Justitia tua ut montes Dei, (Psal. 36.v.7.) ET iudicia tua sunt aby-
sus

sus amplissima. Quartus locus est Gen. 24.v.55. אחר תלך plebs legit: Quintus Num. 12.v.14. אחר תאפסת plebs leg. ואחר perplexi in his dictionibus isto tempore, putaruntque, sic esse ipsorum Grammaticam, quod talis esset opinio. Sed venerunt Scribae, et abstulerunt ista, et legerunt. Post transibitis, Post fidicines, judicia tua abyssus maxima. Videntes autem Scribae, quod jam recessissent ista, vocabant eas dictiones, עיתור סופרים, Ablationem Scribarum. Post venit Rabbi Isaak, et docuit: quod Cabala essent, (id est, acceptio vel traditio majorum) et constitutio Mosis de monte Sinai. Immò etiam ad tempora haec proxima fuerunt perplexi quidam, et legerunt; Et non audiatur in ore tuo, Exod. 23.v.13. sed Scribae docuerunt, non esse legendum istud. Plura de hac ablatione Scribarum, vide in comment. Masoreth. Buxte. p. 278. & in Lexic. Talmud. R. יacob Ben Chajim præfat. in Bibl. Venet. cuius verba non incommodè ἀπλεξει hoc loco inserimus. Cum enim indignè Pontificiorum tulisset objectionem, & accusationem, quod certissima testimonia Bibliorum corruptorum Judæi dedissent, in *Scribarum correctione, ablatione, & critica*, sive *Scripti & Leerti* scrupulosa consignatione, hunc in modum triplicè adversariorum impe-
 ולא קשה מידי מה דמקשי' המני' דאכן שניין וחלפין: ב תורה מדרא חזו עטור סופרים ותיקון סופרים וקרוי וכותב זולחן רהא בעטור סופרים חוץ לא סליקו להנחו ווי אלא כרפי' בעורך בערך עשר דבר וול עטור סופרים פ' לשון עטירה הוא תרגום רק הហמות לא סרו לא עטרו וכן הא דגרסינן בפ' המגרש בגמרא גנוו של גט פטר ועשרה כלומר פטור ומוסולק ונראים וכו' הנך רואה כי לא שנו כלל ח' ואם יקשו דליתא לדברי הגאנן זל נשיב עליהם מכח הסברה היולה על לב אדם שרוצה לשנות ולהחליף דבר אשר ראו מה הخلافתי וכל שכן בדברי הנבאו' והנה לשון המסורה ה' מלין עטור סופרים וכו' וכן יה מלין תס אס היה דעתם לשנות לאי היו מגלים מה שינו ולומר יה מלין תס כדרגסינן במכילתא' ועוד דלא שינו יה' הסופרים לאו תקנו אלא שכך היה לו לומר אלא מפני שכנה הכתוב מפני כבוד השכינה

השכינה ודוק ותשכח' וכן בקרי ובתיכב הא מראים מה דשינו אהל דחו
 שינו אבל אנו כת המאמינים נאמין רכולחון הלם וכן בתיקון ספרדים
 אפילו אם תמצא לומר שתקנו הספרים לא מעלה ולא מורה במא
 שהמינים פוקרים וראה גם ראה בעובדא דתלמי המלך ניג רבר
 שינו שבפי נאמר למה שינו ומה שינו במא שכתחבו לו סוף רבר בואה
Neque verò difficile est, quod objiciunt Minæi (Christiani) quasi muta verimus, aut aliquid correxerimus in Lege (Scriptura) eo quod viderunt Ablationem Scribarum, Correctionem Scribarum, diversitatem Lectionis & Scriptionis, & alia id genus. Nam Ablationem Scribarum quod attinet, absit, illos iusta abstulisse, sed res se habet, quemadmodum explicatur in Aruch R. עטרוּ ספרים est ex significatione nominis, Ablatio, quemadmodum verba illa Tantum ex celsa non recesserunt, in Thargum redduntur. Ita etiam legimus in Gemara cap. Substantia libelli repudii פטיר ועתר q.d. liber est & sublatus (de potestate mea) &c. Sequentia verba ex Baal Aruchi translata habes paulò suprà. Vides ergo nihil planè eos mutasse, absit. Quod si verò objeccrint, non ita rem se habere juxta verba doctoris excellentis p.m. (R. Saadiam intelligi puto, qui ῥετ' ὁ Χολέων, excellens, appellatur) Respondebimus ipsis vi conjecturæ hoc modo: Num ascendet in animum hominis alicuius, qui cum velit aliquid mutare aut variare, dicat; videte quid mutarim! Quantò minus contingat illud in Prophetiis? Ecce verò expreßè dicit Masora ה' מלין עטר ספרים, quinque voces sunt ablato Scribarum &c. ita etiam י' תיקון ספרים, octodecim voces sunt correctio Scribarum. Quod si igitur aliquid mutare voluissent, utique illud non revelassent, neque dixissent 18. sunt voces correctæ à Scribis, quemadmodum legimus in Mechiltha: Præterea Scribæ nihil quicquam mutarunt, aut correxerunt, sed aliter Scripturæ loquendum esse existimârunt: Propter honorem tamen Majestatis Divinæ Scripturam pronominazione seu ספניא fuisse usam.

Quare


Quære ibi & invenies. Sic quoque se ratio habet in קרי וכתיב id est, vocibus diversæ lectionis & scriptionis, quas proferunt (ad probandum) quid mutârint. Posito enim, quod tamen abſit, eos aliquid mutâſe (id est, concesso, Masoretharum opera varietatem hanc introductam esse) nos tamen, qui sumus ſecta credentium, credimus, omnia eſſe traditionem Mofis ē monte Sinai. Pariter de Correctione Scribarum, si vel maximè dicere posſes, quòd aliquid Scribæ iſti correxerint, nihil tamen hæreticos opponentes illud juvaret. Perpende etiam opus Ptolemæi Regis in tredecim vocibus, (de quibus ſuprā p. 328.) quas mutârunt LXX. ubi ſemper exprimitur, quare mutârint & quid mutârint, in illis quæ ei ſcripferunt. Sed ſufficient hæc, ad quæ nihil illi respondere poterunt. Non noſtrum eſt hoc loco diſquirere, quām reſtē author Correctionem Scribarum traditionem vocet Mofaicam, aut quām ſolidè 13. Græcorum interpretum περιπλωσια ex- culſentur, de utroque enim diximus ſuprā ſuo loco, id nobis curæ fuit, ex ſcriptore Iudaico afferre, quām ſtraminea eorum ſint argumenta, qui Judæis, Librisq; eorum Sacris, ex Scribarum Ablatione, Correctione &c. dicam impingunt. Atque hæc receptiſſima eſt vocum סופרין עשור explicatio, à qua tamen nonnulli recedunt, ut videre eſt in Arc. Punct. D. Capell. p. 219.

מלאם, Plena, de quibus Eli. Lev. in Tab. fract. tab. 1. orat. 1. Et Buxr. in comment. Maf. p. 262. Uſus ejus (vocis פָלֵן, plenum) eſt in Masora primò (& præcipue El. l. c.) de vocibus, in quibus lit. י & י quiescentes expreſſæ ſunt, quæ ſæpius ſic non ſunt, aut non ſemper ſolent eſſe ſcriptæ: ut, Gen. 1. v. 12. ad תְוֹצִיא notatur, ג' ב' ב' מַלְאִיכָה אֶחָד, Tria ſunt, duo plena & unum defectivum. Ad וְאַתָּה Gen. 2. v. 6. notatur, חֲטָר אֶחָד וְאֶמְלָא, Duo ſunt, unum plenum & unum defectivum. Plenum cum י in medio, אַיְלָא, extat Job. 18. v. 12. Secundariò dicitur de ה paragogico in ſecondaria persona Præteriti, quòd rariū cum aliqua voce occurrit;

rit; ut, *Psal. 31. v. 6.* ad פְּרִתָה, notatum, ל מלְאָה, Non extat amplius plenum cum ה. Sic *Genef. 21. v. 23.* ad גַּרְתָה notatur, ל מלְאָה, Non extat amplius & est plenum. Tertiò de' in Affixo Pronomine בָה: ut *Genef. 27. v. 7.* ad וְאֶבְרָכָה, Et benedicam tibi, notatum, ל מלְאָה, Non est amplius plenum cum ה. Harum sunt una & viginti, quæ in Masora finali in litera ה adducuntur.

חסרין, *Deficientia*, vel *Defectiva*, de quibus prolixè agit El.lib. cit. Et Buxr. in clav. Mas. 250. Masora voce חסרין, utitur primò de literis quiescentibus 'ו' & 'י', quando in voce aliqua expressæ non sunt, in qua aliás exprimi solent, aut exprimi debebant: ut, *Gen. 2. v. 22.* ad יְבָאָה in Masora parva notatur, ב' חסרין, ב' Duo sunt defectiva, scilicet sine 'ו' post 'ב' scripta, cum quo ex analogia formæ sūt in Conjugatione Hiphil scribi debebat. Et *vers. 2.* ad וַיֵּשֶׁת in utraque Masora notatum, ב' חסרין, ב' Duo sunt defectiva, nempe absque 'ו' sub Cholem, quod alibi ipsi ascribitur, ut in שְׁבֹות *Hos. 7. v. 4.* Secundò ejus usus de ה in Imperativo & Futuro plurali foeminino, deficiente: ut, *Ruth. 1. 9. ad* וְמַצְאָנָי in Masora parva notatur, ל חסרין, Non extat amplius defectivum: *versu 12. ad* לְכָן in Masora parva, ל חס' ה, Non reperitur amplius cum defectu ה. Item de ה in voce נִתְתַּח deficiente: ut, *Exod. 25. v. 16.* ad נִתְתַּח notatur, ב' חסרין, viginti novem sunt defectiva. Item de ה in רְאִיתָה deficiente, *Psal. 31. v. 8.* Item de tredecim vocibus, quæ scribuntur absque 'ה' in principio dictionis, & leguntur cum 'ה': ut 1. *Reg. 7. v. 20.* ad שְׁבָבָה Masora parva notat: ה בְּרִישׁ תִּכְבֹּתָא, Tredecim deficiunt literā ה in principio vocis, & leguntur. Denique de נ, *Jerem. 39. v. 17.* ad מְבֵי in Masora magna notatur, ט' חסרין אלף בְּלִשּׁוֹן בֵּיהֶה, Novem deficiunt literā Aleph, בְּוֹא Verbi.

לְמִקְרָא, *Mater lectionis*. Prolixè de harum vocum usu agitur in *Hal. Ol.* tract. 4. c. 3. p. 187. & in *Baal Aruch* vocab. **מִקְרָא**, sed quia quantum satis est, *suprà* p. 241. attulimus, huic etiam tandem Sectioni finem imponemus. Reliquos Masoretarum terminos studiosus tum ex *Buxt.* comment. Mas. tum ex *El.* Tabul. fract. tabul. 2. depromet.



SECTIO V.

De

KABBALA & KABBA- L I S T I S.

קַבָּלָה, *Kabbala*. Retinenda enim nobis est vox Hebræa, cùm peculiaris ejus hoc loco sit usus. Et quia *Hebr. קַבָּלָה* Scriptoribus Latinis, ex quo tempore doctrinæ Kabbalisticæ secreta Joh. Picus Mirandula Comes reseravit, sudes fuit in oculis & *Ἄραῖον ναὸν*, accurata nobis vocabuli hujus significatum generalis, tum specialis ante omnia venit expendenda. In genere igitur *קַבָּלָה* est *receptio*, *acceptio* qualibet, à *קַבָּלָה*, *accep-
pit*, & à LXX. vertitur per *δέχεσθαι, λαμβάνειν* &c. Ridiculi igitur sunt, qui nomen hoc appellativum transformant in proprium. *Horrendum*, inquit Joh. Pic. Mirand. in *Apol.* p. 116. *istis Patribus videtur hoc nomen, & ex ipso penè sono timendum, ita ut forte sint ex ipsis*, (adversarios suos intelligit, quos Sophistas vocat *Reuchlinus*) *qui Cabalistas non homines, sed hirco-
ceros potius, vel centaurum, vel omnino monstruosum aliquid esse su-
spicentur: quin imò audi rem ridiculam, cùm semel quidam ex eis
interrogaretur, quid esset ista Cabala?* Respondit ille, fuisse per-
fidum quendam hominem & Diabolicum, qui dictus est Ca-
bala: & *hunc multum contra Christum scriptisse, inde sequaces ejus
dictos*

dicitos Cabalistas. Refert idem Capnio de Arte Cabal.p.7. *Thommas Garzonius* in Theat.suo p.295. commemorat, Patavinum quempiam dixisse, *Cabalam scientiam esse materiae prima*. Alium comminius ad rei veritatem accessurum voluisse, *Cabalam retulam fuisse, beneficiis deditam*. Sic olim, doctissimi etiam, suo judicio, circa vitreum vas lambentes, pultem tamen nunquam attigerunt. Rem, cuius ne quidem intellexerunt nomen, vel invidi damnarunt, vel curiosi amarunt.

In *Specie* verò קבלה apud Hebræos sumitur I. Pro τερατω παιδειας, quo Deus in V. T. ab incunabulis mundi ad Legis usque lationem fuit usus: cum nempe Patriarchæ orali dunataxat institutione salutarem de Deo doctrinam ad posteros suos propagarunt. Vide suprà p.82. II. Deinde, nomine קבלה intelligunt Scriptores Hebrai Legem ἀγερπον, Mosi in monte Sinai, ad explicationem, pleniorēmque cognitioem Legis ἑγέρσ, à Deotraditam, & à R. *Juda* Sancto in unum corpus, quod חנוך, id est, θευτέρων dicitur, compilatam. Vulgo vocant Talmud, cuius tamen tantum pars est. III. Sumitur etiam apud Talmudicos pro Scriptis Propheticis. *Buxtorf*. Lex. Tal. R. לכה. IV. Accipitur pro scientia *de Divino auditu* (ut quidam loquuntur) id est, *divinitus accepta & oretenus aliis tradita*; scientia hæc est arcana, mysticè & ænigmaticè quodammodo proposita, de rebus divinis, angelicis, theologicis, cœlestibus & metaphysicis, de angelis & spiritibus, miris symbolis & arcanis docendi modis involuta: *Capnio de Art. Kabbal. lib. 3. p.5 1. ait: Kabbalam aliud nihil esse, nisi symbolicam Theogiam, in qua non modo literæ ac nomina sunt rerum signa, verum res etiam rerum. Garz. in Theat. p.295. ait, quosdam eam facere eandem cum arte Raymundi. Johan. Pic. Apolog. p.118. ait, Kabbalam esse ipsum sensum anagogicum. Est autem alterius sciendum, inquit, quod ista expositio Bibliae proportionatur modo exponendi Biblam, qui apud nos dicitur Anagogicus: sicut enim apud nos est quadruplex modus exponendi Biblam, literalis,*

mysticus siue allegoricus, tropologicus & anagogicus: ita est & apud Hebræos. Literalis apud eos dicitur Pesat, quemadmodum tenent apud eos Rabi Salomō, Chemoy (Kimchi) & similes: allegoricus Midras, unde sèpe apud eos audies Midras Ruth, Midras Thillim, Midras Coeloth, id est, expositio per Midras, id est, mystica super Ruth, super Psalmos, super Ecclesiasten: & sic de aliis: & istum modum sequuntur maximè doctores Talmutici. Tropologicus dicitur Sechel, quem sequuntur Abraham Abnazara, ubi literaliter non exponit, & Levi Ben Gerson & multi alii, & ante omnes, Rabbi Moses Aegyptius. Anagogicus dicitur Cabala, & hoc quia illa expositio, quæ dicitur ore Dei tradita Moyſi, & accepta per successionem, modo prædicto, quasi semper sensum sequitur Anagogicum. Succinctius eadem recenset Coelius Rodig. in Antiquit. p. 253. V. Notat etiā omnia סתרי תורה, arcana Legis, de quibus suprà p. 81. & distinguuntur in בראשית, seu מושגיאוֹת, vel Magiam naturalem, ut Garz. appellat p. 295. & Cornel. Agricola. de vanit. scient. c. 47. מעשה מרכבה, id est, opus currus, Maasē Mercayah (nam quod Garz. Merchiana, & Cornel. Agricola. de Mercana appellat, vel vitium est hypothetæ, vel authorum, ex lingua Hebrææ ignorantia, ortum) Metaphysicam, non verò, ut authores iidem vertunt, Theologiam Symbolicam. VI. Judæi Kabbalam appellant medicinam suam Magicam, quæ, ut ait, Sixt. Senens. Bib. l. 2. p. 60. parum, aut nihil à Necromantia distat. Extat publicè libellus quidam שמות תליים, Schimmusch Tillim, hoc est, usus hymnorum, diuersus, in quo è singulis ferè Psalmis Kabbalistica quadam Symbola, pro certis morbis curandis, collecta reperiuntur. V. G. è 1. Psal. Charactères (nempe Aleph ex לְאַבָן, Asher ex חֵת ex Daleth ex דָלֶת, Cheth ex צְלִיחָה, Daleth ex בְּקָרְבֵן, membra caprinae, inscripti, nescio quibus malis mederi traduntur. Nec habent ipsi, præter Antiquam Sociorum multitudinem, aliud facinoris sui patrocinium, בְּלֹא חֲדֵשׁ הוּא וְכֵבֵד, דָאַנְשֵׁו יְשִׁירִם וְתִמְמִים אֲשֶׁר הָחִיה לעילם מָנוֹלָא בְּפָמִיְּהוּ רְאַנְשֵׁו יְשִׁירִם וְתִמְמִים אֲשֶׁר הָחִיה מְלֵפָנֵינוּ:

מלפנינו : quod non res nova sit (ut collector ait sub finem præf.) sed dudum omnibus seculis usitata in ore virorum bonorum & integrorum, qui vixerint ante nos. Sic scribit Reuchlin. Decem Moysaici exordii literas, è quinque priorum versuum extremitatibus, videlicet וְבָא ex Rasche & צִמְבָּה ex Sophe. Pesukim reseatas, virgineaque, hoc est, immaculatae membranae, partim in hispida, partim glabra facie inscriptas, ac vice Amuleti alicuius de collo suspensas, omnis generis pericula arcere posse. Sed de his alibi. Vide Rabb. Myll. p. 55.

Dici verò nequit, quantas tractationi hujus materiae ostenderit tenebras vocis Hebraeæ pronuersus usus, & inconsiderata confusio. Pleraque, quæ Scriptores Hebræi de Kabbala Talmudica, ejusque autoritate, authoribus & propagatoribus differuerunt, Scriptores Christiani ad III. speciem, de qua hoc loco sermo est, applicuerunt: Ejus proinde nos considerabimus, 1. Originem. 2. Authoritatem.

1. Originem Kabbalæ, seu Theologiae Judæorum Symbolicæ quidam ostendunt in ipso Paradiso. Sic Reuchlin. de art. Kabbal. p. 9. & 10. Missus est, scribit, angelus Raziel ad Adam collapsum & mærore plenum, ut consolaretur eum, cui sic dixit. Ne supra modum conficiaris gemitu & molestia, quod te duce genus humandum in summam corruit perditionem. Quoniam originale peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatione nascetur homo iustus & pacificus, vir heros, cui nomen continebit in miserationibus, etiam has quatuor literas i. h. u. b. & ille per rectam fidem & placidam oblationem mittet manum suam, & sumet de ligno vita, & ejus ligni fructus erit omnium sperantium salus. Quo sermone finito, ille damnatus & ærumnosus Adam inter miseras omnes, quas incidit, inter dolorem, inter luctum, quo in tanta calamitate fuerat affectus, confidens in Deum mutandi delicti spem concepit, & ideo incredibili erga factorem suum amore tactus, divinae clementiae gratiam habuit. Hæc fuit omnium prima Cabala, primordialis sa-

lutor

latus nuncia. Sed quæ de Adamo refert *Reuchlinus*, ex primo vocis Kabbalæ significatu explicari debent.

Alii Kabbalæ incunabula quærunt in Propheta Mose. Sic *Johan. Picus* in operib. p. 116. 117. 217. ubi tum ex Hilario & Origene, tum etiam ex Judæorum scriptis condocefacit, quæ occasione hanc Kabbalam Moses acceperit, suisque successoribus commendarit. Vide etiam *Rabbiniſ. Myller.* p. 48. & *Bchin. Happerusch. Schikh.* p. 90. & deinc. Sed, quod tanti viri pace dixerim, non agunt Scriptores illi, sive Hebræi, sive Christiani, de illa, cuius patrociniū isti suscipiunt, Kabbala: Legem suam intelligunt ἀγερον, quæ cultus Levitici administrationem, Reipub. gubernationem, totiusq; Iudaismi pleniorē cognitionem spectat, neque in arte combinandi, numerandi, aut revolutione Alphabetharia occupata est, quæque alias, ipso fatente *Pico*, חורה שבת'ה, *Lex oralis*, (quo modo usitatissime prior & antiquior Talmudis pars appellatur,) dici solet. Verum, *Deum Mōsi*, ceterisque *Prophetis*, multa, quæ continerentur sub cortice verborum *Legis*, vulgo non communicanda semper mysteria retexuisse, ut non dubitandum, sic hanc, quam jactant, Hebræi Kabbala artem diuinæ esse originis, falsissimum est, scribit Cornel. Agrip. loc. cit. *Absit enim*, ait *Cunæus* de Republ. Heb. p. 464. uti nunc Cabalam Mōsis appellem putida quædam deliria, & nugas plus quam aniles, eās ve expositiones, quas ante Christi ævum, & diu post illud, Judæorum Magistri quidam, febribulosi mortales, ceu mysteria alii aliis tradidere.

Hæc de authoribus Kabbalæ, propagatores celeberrimos esse volunt Prophetas, Esraim præsertim cum Synedrio magno. Vide *Reuchl. de arte Kabb.* p. 12. *Paul. Fag. comment. in Targ. Deut.* 5. v. 27. ex quorumdam mente ait, *Esram primum esse Kabbale authorem, post redditum ex Babylonia. Picus Mirandula Com.* ita hanc sententiarum ἐναντοφασιαν conciliat, ut existimet, Kabbalam jam antè inter Israélitas satis notam, orenthus tamen tantum propagatam, nunc ab Esra temporibus literis

mandatam, & ita ab interitu vindicatam. Verum, postquam, inquit in Apol.p.82. *Hebræi à Babylonica captivitate restituti per Cyrus, sub Zorobabel instaurato Templo, ad reparandam legem, animum appulerunt.* Esdras, tunc Ecclesiæ præfetus, post emendatum Moseos librum, cùm planè cognoscere, per exilia, eædes fugas, captivitatem gentis Israëliticæ, institutum à majoribus morem tradendæ per manus doctrinae servari non posse, futurumque, ut sibi divinitus indulta cœlestis doctrinæ arcana perirent, quorum, commentariis non intercedentibus, durare diu memoria non poterat, constituit, ut convocatis, qui tunc supererant, sapientibus, afferret uniuscujusque in medium, quæ de mysteriis legis memoriter tenebat, exhibetisque notariis, in septuaginta volumina, tot enim ferè in synedrio sapientes, redigerentur. Qua de re qui mihi non credunt, audiane Esdras ipsum, sic loquentे: *Exactis (4.Ef.14.46.) 40. diebus, locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, legant digni & indigni: novissimos autem septuaginta libros conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo: In his enim est vena intellectus, & sapientia fons, & scientiæ flumen: atque ita feci.* Hæc Esdras ad verbum. Hi sunt libri scientiæ Cabalæ, in quibus merito Esdras venam intellectus, id est, ineffabilem de super-substantiali Deitate Theologiam, sapientiæ fontem, id est, de intelligibilibus, Angelicisque formis, exactam Metaphysicam, & scientiæ flumen, id est, de rebus naturalibus firmissimam Philosophiam esse, clara imprimis voce pronunciavit. Hi libri, Sixtus quartus, Pontifex Max. qui hunc, sub quo vivimus feliciter, Innocentium octavum proxime antecessit, maximâ curâ studiò que curavit, ut in publicam fidei nostræ utilitatem Latinis literis mandarentur, jámque cùm ille deceſſit, tres ex illis per venerant ad Latinos: hi libri, apud Hebræos, hac tempestate, tanta religione coluntur, ut neminem liceat, nisi annos quadraginta natum, illos attingere. Hos ego libros non mediocri impensa, mihi cùm comparâſsem, summâ diligentia, indefessis laboribus cùm perlegisse, vidi in illis (testis est Deus) religionem non tam Mosaicam, quam Christianam, ibi Tri-

nitatis mysterium, ibi verbi incarnatio, ibi Messiae divinitas, ibi
 de peccato originali, de illius per Christum expiatione, de cœlesti
 Hierusalem, de casu dæmonum, de ordinibus Angelorum, de purga-
 toriis, de inferiorum pénis: eadem legi, quæ apud Paulum & Diony-
 sum, apud Hieronymum & Augustinum quotidianè legimus. In his
 verò quæ spectant ad Philosophiam, Pythagoram prorsus audias
 & Platonem, quorum decreta ita sunt fidei Christianæ affinia, ut
 Augustinus noster immensas Deo gratias agat, quod ad ejus manus
 per venerint libri Platonicorum, in plenum, nulla est fermè de re no-
 bis cum Hebreis controversia, de qua ex libris Cabalistarum ita rea-
 dargui convincique non possint, ut ne angulus quidem reliquus sit,
 in quem se condant. Cujus rei testem gravissimum habeo Antoniu-
 cum Cronicum, virum eruditissimum, qui suis auribus, cum apud
 eum essem in convivio, audivit, Dattilum Hebraicum, peritum hu-
 jus scientiæ, in Christianorum prorsus de Trinitate sententiam pe-
 dibus manibusque descendere. Cujusmodi hi fuerint Esræ libri,
 equidem cum ignarissimis juxtâ ignoro; hoc scio, falso Pico
 assertionem niti principio, authoritate videlicet scriptoris A-
 pocryphi. Scio & hoc, non insolens esse genti Judaicæ, viris
 magnis, & verè θεοφόροις, nothos subjecere foetus. Libri
 Jetzirah authorem fingunt Abrahamum: Solomoni scripta
 quædam tribuunt iidem, quæ illi nec per styli barbariem, nec
 rerum cruditatē, imò impietatem adscribere licet. Quid ergo
 novi sit, si & libri à Pseud-Esdra quodam, temerario ausu, fue-
 rint suppositi? Nec obstat, multa ibi latere orthodoxæ fidei
 mysteria. Potest enim princeps tenebrarum se transformare in
 Angelum lucis, nec ubique horridus apparet & aspectu tre-
 mendus, fucato nonnunquam vultu θανάτῳ suā μελίνῃ τῷ
 incautis propinat. Imò, quò clariùs dubii ejusmodi libri de Tri-
 nitate, incarnatione Christi, unione hypostatica, &c. loquun-
 tur, eo se manifestiūs τῆς ρωτήσεως convincunt. Nihil est, quod
 eruditis Sibyllarum carmina è quæ in suspicionem adducat, at-
 que insolens illa & ne quidem Prophetis usitata de abstrusis-

444 THESAUR.PHILOL.L.I.c.3.DE TRANSL.MAS.& KABB.
simis Christianisini mysteriis differendi facilitas & perspicuitas. Quasi verò Gentibus Deus in Vet. Test. mysteria sua clariū aperuisset, quām ipsis Judæis! Ita quò sunt veterum Judæorum de N. Test. œconomia assertiones simpliciores & apertiores, eò major de authoritate eorum ambigendi oritur suspicio. Vide Exerc.Bibl. Morin.p.17. Sed satis de his. Cæterorum Kabbalæ propagatorum scripta & nomina lector curiosus habebit ex Reuchlin.de art. Kabbal.p.14. Garzon.Theat. p.294. Buxtorf.Bibl.Rabb.p.431.419.425.426.416.417.418. 419.408.391.392.394.387.383.362.376.377.371.370.359. 304.309.311.319.328.344.353. Ex omnibus antiquitate & authoritate cæteris à Judæis anteferuntur liber *בְּצִירָה, de creatione*, & liber *הַבְּהִיר, de quibus Buxtorf.lib.cit.* Prodiit prior Amstelodami nuper opera Rittangeli.

II. De *authoritate Kabbala* quid sentiant Judæi, quid Gentiles, quid Christiani, nunc dispiciamus.

Quo loco Kabbala fuerit apud *Judeos*, collige ex dicto illo Talmudico *דברי קבלה כדברי תורה רמו*, *Verba Kabbala aequiparantur verbis Legis*. Vide etiam R. David in exordio Psalmi 119. Et lib. Ikkarim orat.4.c.44. Unde alias Kabbalam appellant, *אמות Eloquia veritatis*, scripta scilicet *על דרך האמת secundum viam veritatis*; Reuchl.de art. Kabbal.p.64.

Gentibus etiam Kabbalisticam hanc Iudæorū methodum notam fuisse & tritam hinc patet, quòd Reuchlinus doctrinam Pythagoricam cum Kabbalistica faciat eandem. Vide lib.ejus de art. Kabbal. p.22.23. *Picum Mirand.* loc.cit. Certum est, multisque à *Johanne Selden* libr. de jure Gentium, testimoniis probatum pag.14.15.16.17. Pythagoram, Platonem, aliisque Philosophos vel inter ipsos Judæos aliquamdiu habitasse, vel ex doctrina eorum multa hausisse. Unde proclive est colligere, Kabbalam inter ipsos quoque Gentiles honoratam fuisse & excultam, quod etiam hinc confirmatur, quia veteres illi *Hæretici, Ophites, Gnostici, Valentiniani, aliique, quo-*

quorum meminerunt veteres, *Tertullianus* præsertim & *Epiphanius*, hæreses suas ex Iudaismo, Gentilismo, & Christianismo consutas, non methodo tantum, sed & verbis Kabbalisticis, multis in locis, consignarunt. Vide *Epiph.* p. 107. 108. *Tertull.* de præscript. advers. hær. p. 41. Ubi cum primis observandum, *Achomot* (*Epiph.* scribit ἀχαθωτόν) vocari, *nomen ininterpretabile*, quia Hebræum est, קָבָב, & authoribus Latinis ignotum. In numeris Kabbalisticis tertium occupat locum.

Christiani, ut pluriunt, inter Kabbalam veram & falsam distinguunt.

Veram quidam dicunt esse Scripturæ explicationem anagogicam. Vide *sup.* p. 438. ex *Pico*, cui consentit *Garzon*. *Theat.* p. 292. *Sixt. Senens. Bibl. S. p. 60*: *Cun. de Republ. Heb.* p. 466. Non nego Anagogicas Scripturæ applicationes suo merito esse estimandas, modo innatae sint, & non obtorto quasi collo illatae; moneo tamen periculo non carere, Kabbalæ hujus obtentu, velle fibulam quibuslibet ἀλληγοριῶν laxare, & quævis Anagogicæ explicationi, quasi auctorem haberet ipsum Deum, subjecere. Quam in eptas & insulas Iudei in commentariis suis Kabbalisticis comminiscantur Anagogas, possemus, nî brevitatis ratio effet habenda; ex Rhapsodo illo, qui in universum Pentateuchum Kabbalisticè scripsit, & ad calcem comment. in legem *R. Bechai*, sua attexuit, sexcentis probare exemplis.

Alii, vera Kabbala nomine intelligunt mysteria de regno Christi, ore ad os per successionem tradita, ob hanc tamen causam in tabulas non relata, ut plebs Iudaica, quæ tunc adhuc rudimentorum decurrebat spatia, arcanos Sacrorum Voluminum sensus admiraretur potius, quam intelligeret. *Ad Kabbalisticam illam rationem*, inquit *Fagius* in *Deut. c. 5. v. 27.* allusit quoque *Apostolus Paulus* prima ad *Timoth. i. cap. ubi & vos et Cabalus est, sic enim scribit, πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσους διποδοῦντος ἀξιος, ἐπι χειρὸς Γνησεώς ἡλθεν εἰς τὸν πόσμον ἀμφιπολίτες στα-*

οὐ. Id est, *Fidelis sermo & omni acceptione sive Cabala dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, &c.* Quasi dicat: *Si quis cupie audire Cabalam, ego veram, certam, & indubitatem indicabo. Ea autem est, quod Jesus Christus venit in hunc mundum, ut peccatores salvos faceret.* Hoc verum dogma Cabalisticum est, de quo planè nihil ambigendum.

Ego, ut facile concedo, mysteria fidei de Incarnatione Filii Dei, Unione Hypostatica, totaq; adeò ἐναρθρωπότερος οἰκουμένη, secundum omnes circumstantias, non omnibus æquè in Vet. Test. nota fuisse & perspecta, ita nullis mihi persuadere possum rationibus, aliam fuisse Kabalam veram, præter eam, quām Deus electis suis, ubi & quando voluit, revelavit. Non video, quo veritatis fundamento παράδοσις alia, vera & verbo Dei congrua, πατεροπαράδοσις nitatur. Certe universa N.T. reclamat historia. Ubi umbra, ubi apex, ubi conjectura doctrinæ hujus Kabbalisticæ? Pharisæi, penes quos clavis erat scientiæ, quique συντεχταὶ propterea dicuntur, quod traditiones Majorum suorum, indeinde studio propagarunt, ipsi illis mordicūs adhærentes; nulla doctrinæ hujus Kabbalisticæ vestigia nobis ostendunt. Nempe Novo Testamento, & Christi adventui vera Kabbala & salutaris mysteriorum ἀποκάλυψις erat reservanda. Ipsi Apostolorum caligabant aliquamdiu oculi, Paulus ἀνεβεβεγία Iudæorum secutus haeresin, & ad pedes Gamalielis, viri in omni disciplina Hebraica politissimi, educatus, tum demum θεοδίδαντος veram didicit Kabalam, cùm suam dedidicit: Ergo, quæ vel Apostolorum, vel cæterorum fidelium fuit de Christo θεανθρώπῳ notitia, non illa receptæ aliqui & ordinariæ accepta ferenda fuit institutioni orali, sed præputiæ Dei gratiæ: Ἐξομολογησαί τοι πάτερ, inquit Christus Matth. 11. v. 25. κύριε τὸ δόγμανθα καὶ τῆς γῆς, ὅπα πέκρυψας ταῦτα Σὺ οφῶν καὶ σωματῶν, καὶ ἀποκάλυψας ἀντα τηπτοῖς; & cap. 13. v. 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ ἐγενῶν. Caveamus proinde, ne nimium incertæ Vet. Test. Kabbalæ tri-

tribuendo, beneficium Christi, adventu suo Ecclesiæ præstatum, obscuremis. Cogitemus, ὃν ὁ νόμος δέ τε Μωσέως ἐδόθη ἡ χάρις καὶ ἡ ἀληθεία δέ τε ἡ ποστούς χειρούς. Non male Cornel. Agrip. de vanit. Scient. c. 47. Quod si Kabbala hæc (quod Judæi jactant) à Deo profecta ad vitæ perfectionem, ad hominum salutem, ad Dei cultum, ad intelligentiæ veritatem conduceret, profectò Spiritus ille veritatis, qui, repudiata synagogâ, venit nos docere omnem veritatem, hanc, usque in hæc postrema tempora, suam non celasset Ecclesiā, quæ profectò omnia novit, quæ sunt Dei, cuius benedictio, baptismus, cæteraque salutis sacramenta revelata & perfecta sunt in omni lingua.

Falsam, quam optimi quique rejiciunt, quamque ex decreto inquisitionis Romanæ etiam Pontificii damnant, definit Cornel. Agrip. Theurgicam illam Magiam, superstitionis φαῦλιαν, quâ Iudei verba, & nomina, & literas, sparsim in Scriptura positas, pro arbitrio suo colligunt, dividunt, transferunt, & alterum ex altero facientes solvunt membra veritatis. Hinc Conrad. Graffer. Exerc. 2. in cap. 9. Dan. p. 136. artem Kabbalisticam vocat, originem omnis Dæmonolatriæ. Et iterum: *Kabbalisticum purè magicum est inventum Dæmonum, adeoque fons & origo omnis idololatriæ.* Vide Myller. Rabbinis. p. 55.

Est autem Kabbala.

I.

קַבָּלָה מִשְׁנֶה, *Kabbala Prædica*, El. Tisb. R. קַבָּל Reuchl. de arte Kabbal. p. 64. quam idem ille appellat scientiam ספירות ו שמות numerorum & nominum.

De hac observa I. Eam magicam prorsus esse & planè damnabilem, utpote quæ cum Verbi Dei horrenda profanatione est conjuncta. Agit de Exorcismis, & incantationibus, variis item amuletis & amuleto, de quibus Myll. in Rabb. p. 55.

II. Fuisse hanc Kabbalam à longo tempore inter Iudæos receptissimam, vide sup. p. 439. Unicum ex Hebraeorum mo-

numentis Kabbalæ hujus Practicæ afferemus exemplum. Occurrit illud in Schalsch.hakkab.p. 55.b. Refert author, Ramban, id est, Rabbi Mosen bar Nachman, virum fuisse Medicinæ & Philosophiæ deditum; Kabbalæ autem, ignarum, עד שבא אליו, בחנתרת הקבלה, אבל הרמבן לא הטה אונו בה והי חום זה החכם העירי, לילכת בקבורה, של זונות ויבא החזר ויתפשו רונחו לשפה ביום ש' יודע הדבר לרמבן ולא רצתה להלין בעדו והחכם התפומ שלח לקרוא הרמבן ביום השבת ההוא ויתרעט ממנו למה לא הלין בעדו והרמבן הוכיחו על מעשר חונות והוא התנצל נאמר כי שקר הוא ושבותו כה' שיצילחו ולכון יכין לו לאכול בשלש סעורות ויהי ביום ש' הוציאו החכם בשוק להשרף וירקוו על האש אמנים החכם בחכמת הקבלה מעשית שהייח יודע החליף שהטילו חמור תחתיו והוא דלק לבית הרמבן אחר המנחה וימצאו מקרASH על היין ויען יותמה הרמבן ואו השיב החכם הלא ראית בעיניך כה את החכמה ואז הרמבן נתלהב למדת: זה השבי והעריב עליה עד שיצא ראש התבמי' בדורו על זאת החכמה ושמעת' גם ראיית כתוב בקונטריס שבחיות הרמבן בברצלונה על חופהים עס תלמידיו לראות האומני' שהוא מביא', בים אינה חרצה שעשו ביבשה והוא שם המליך בין הرؤאים ולא היו יכול' לגרירה ויאמר הרמבן במתלהלה כי ברוח שפתיו يولכה בים וונגר הדבר למלך: והכרתו להבאהabis כאשר התפאר נבראות הרמבן שאין לו מקום לבrho ושביגטרך למלך אוטן ההשכעה או שייעיל' עליו מכשף צורה והכין לו ספרינה' קטנה'abis עצ מלך והוא נכנס בה ואחר כך השבע הספרינה' ותבא אלו'abis: ותclf כתב בפק שט Kapitzat הדריך וישימחו בקיצה' A' מספינתו הקטנה' וירדם המליך ותליך הספרינה' בשעה, קטנה' למתקן מאדר וכשהגע למלחו חפזו הקין המליך ויאמר לך לך לא ארץ: ויתמה מאדר המליך וירא' והבין היינו רחוק מאדר מבצעיונו: ויאמר לו אין אלך עם ספרינה' קטנה' זו אתabis הגויל הזה כי יראתי משאון גלי' וירחט עליו הרב וננתן לו פתק כתוב בו שט קדוש ויאמר לו שיט פתק זה בטול ספרינה' ולק' לדרך ואל תפחר' אמנים זכו' לקחת הפטק מן המקום נשתקרכ' אל העיר ותשליךוabis: ולק' לו האיש וישכב ורדם

וירד והספינה הנעה מלאה אל חוף ברצלונה ותלה ערד שער העיר
ותכנס נכ' ביבשה ותホーム כל העיר אחריה ולצקמת חקיק' הספן ויקם
ויקח הפטק بيדו וישנרכחו ותנחה הספינה בחצי העיר ושם עשו בני העיר
מנדל א' לוכרין עד היום הזה id est, Usque dum acceſſit ipsum ſe-
nix quidam sapiens (Myller. Rabb. p. 55. non male Diabolum
fuisse ſuspiciatur) *Kabbale peritiſſimus, cui tamen Ramban au-*
res nondum ſubſtringere voluit. Quodam autem die sapiens ille ſi-
mulabat ingredi lupanar, cūmq; jam in atrium perveniſſet, captum
illi eum adjudicārunt vi vi-comburio die Sabbathi ſancti. Notum
autem hoc fit Ramban, qui tamen pro ipſo intercedere noluit. At
sapiens ille detentus, Rambanum ad ſe vocari juſſit ipſo illo die sab-
bathi, in que eum graviter detonuit, quod causam ſuam agere
tergi versaretur. Ramban contra, propter commiſſam ſcortationem,
acerbè in hunc fuit in rectus. Qui (ſenex) molitus ſe excuſare,
dixit: Falsò ſibi ſcortationis crimen impingi, neque ſe dubitare,
qui Deus auxiliā ſibi ſit latus. Proinde paravit ſibi cibum, in
tribus (nam tria prandia ſervare in Sabbatho mysterio non ca-
rebat, vide Lex. Talm. Buxt. p. 1521) prandiis. Accidit autem die
Sabbathi ſancti, ut eductum illum in plateam, ad comburendum, in-
jicerent igni. At sapiens, beneficio Kabbala practica, cuius peritus
erat, ita ſe permutavit, ut ejus loco projicerent (in ignem) aſinum:
ipſe vero abiit in aedes Ramban, poſt vespertinam oblationem, et in-
venit ipſum ſanctificantem vinum, responditque, Amen: id quod
Ramban mirabatur. Tunc dixit sapiens ille: Nonne oculis tuis
vidisti vim bujus ſapientiae? Atque ex eo tempore ad diſcendam
eam (Ramban) fuit accensus, manéque et vefperi tantam ei dedit
operam, ut ſuo ſeculo in hac ſapientia et paſerit ex cellentiſſimus. Au-
di vi quin etiam, et vidi ſcriptum in folio quodam, quod, cūm Ram-
ban Barzilona ad litus mari, cum diſcipulis ſuis, ſpectator eſſet,
qua ratione naupegi naūim novā, quam fecerant in ſolo deducere
in ſalum (erat autem inter ſpectatores ipſe quoque Rex) quam ta-
men trahere non poterant. Et dixit Ramban, ſubridens; Quod ſpi-

riculabiorum suorum (navim) deducere potis esset in mare. Cūq; hoc Regi annunciatetur, coégit eum, ut quemadmodum gloriatus esset, in mare illam duceret. Ramban, postquam vidisset, nullam elabendi esse rimam, & quòd cogeretur Regem modum adjurationis docere, aut Rex ipsum, quasi Magum, accusaret, præcepit, para vitque sibi navem parvam in mari cum nauta. Ipse verò ingressus navim (magnam) ita eam adjuravit, ut sponte ad ipsum venerit in mare. Scriptis autem illico in schedulam Nomen (Tetragramaton forte, quo non solùm veteres Judæi incantationes suas peragebant, ut videre est in Rabb. Myll. p. 55. & Lex. Buxi. Talmud. p. 1851. sed & hodierno die ineptissimi quique cerdones & veteramentarii, incantationibus dediti, sanctissimo hoc nomine abutuntur, ut suo, dante Deo, loco sequetur) saltuatum, posuitq; eam in angulum aliquem navis parva. Et obdormivit nauta, navis verò brevi temporis spatio procul in Oceanum abiit. Cūque attigisset scopum desiderii sui, excita vit nautam, eique dixit: *Abi jam in terram tuam.* Nauta autem obstupuit valde, viditque, & intellexit, quòd longè abesset Barzilonā. Et dixit ei: *Quomodo navi gilio hujusmodi per mare hoc magnum discurrat?* Metuo enim impetum undarum. Et misertus ejus est Raf, deditque ei pittacium, cui nomen sanctum inscriptum, dixitq; ei: *Pone pittacium hoc in fundum navis tuæ, & abi viam tuam, neque timeas. Verùm memento, pittacium de loco suo recipere, & in mare projicere, cùm ad urbem appropinquaveris.* Recessit vir iste, cubansque somno opprimitur, navis verò suapte ad portum Barzilonensem appulsa, per venit ad portam urbis, & in ipsam terram ingreditur, totaque urbs post eum fuit concussa. Cūq; illi clamarent, nauta expperrectus surrexit, pittacium in manus suas accepit, illudque confregit. Substituit autem navis in media urbe, ubi incolæ ejus turrim fecerunt in rei memoriam ad hunc usque diem. Ex hoc exemplo quid de Kabala Iudæorum practica habendum sit, quilibet facile colligit.

III. Etsi negent Iudæi, quicquam se hodierno die cum
ma-

magica hac *Kabbala* habere commercii, convincuntur tamen tum ex libris haud ita pridem vel scriptis, vel excusis, tum etiam ex praxi. *Myllerus* in *Rabbin.* 1453. non tantum testatur, Iudæorum Medicastros sœpe proram & puppim artis suæ in hac collocare Magia; sed & p. 55. duorum meminit Iudæorum, quorum alter, beneficio *Kabbalæ*, extinxerit incendium, alter curârit febrem. *Rhapsodus* ille *Kabbalisticus* in *Legem*, cuius paulò suprà meminuimus ex רִקָּה, seu *aromatario*, aliquot præscribit incantationum formulas & amuleta, virésque exuviarum serpentum contra vim gladii commendat. Habet & alia hujus magiæ documenta, quorum sine dubio multos pudet Iudeos: unde raro inter eos, & ferè tantum Msc. reperiuntur: וְרִי הַמְצִיאוֹת בֵּינוּנֵינוּ, *rariſſima internos*, scribit quidam Iudæus ad Cl. *Buxtorf*. *Biblioth. Rab.* p. 410. De libro *Ræſiel* ad eundem scripsit *Daniel Syventer*, quod contineat inter alia artem varicinandi & ex astris prædicendi: videndum exhibeat baculum *Mosis*, characteribus insignitum, quorum virtute signa & miracula ediderit, item characterum concursum, quem Magi *AlMandel Solomonis* vocant, de quibus inter alia hæc expreſſe habeat: Si scripſeris *Almandel Solomonis* &c. mira poteris experiri de mira incarnatione *Messiae*, de qua si ſepius interrogatem inſtitueris, gratus & acceptus eris ſuperis ac inferis. Notatu etiam dignum est, quod nomina divina יה, אַרְנוֹן, הַזָּה, יְהֹוָה, יְהֹוָה, plerumque ter in incantationibus repetantur.

I V. Studium hoc *Kabbalæ* magicum à Iudæis Arabes pariter & Pseudo-Christianos avidè nimis imbibiffe. Certum enim est, Magos & incantatores, Europeos etiam, vocibus plerumque, aut planè barbaris, aut Hebraicis, vitiosissime tamen scriptis, uti. Nempe, quod de hæreticis scribit *Epiphan.* p. 39. φαταζουσιν ὄνόματα βαρβαρικὰ, φιλοπιέμδυοι τὰς ἀπέιρες δῆκα τῷ ὄνομάτῳ συπλήξεως, καὶ έπιπλάσει τὰ ὄνόματα βαρβαρικαὶ. Exempla hujus loci non sunt: pertinent illa ad locū de Magia. Fidem assertioni nostræ facit fictum *Solomonis* si-

II. *Kabbala est*

Kabbala Theoretica, seu *speculativa*, de qua *Myl*. in
 Rabb p. 50. 51. Cujus species sunt

A. גימטריא, *Gematria* (vox est Græca γεωμετρία, ipso fatente
Elia, sed ad latiorem usum extensa) quam arithmantiam vo-
 cat *Cornelius Agrippa*. Est autem *גימטריא* pars *Kabbalistica*, quā
 diversæ dictiones eundem numerum literis suis exprimunt,
 sic, ut una per alteram secreto modo explicetur. E. Gr. בְּהַנִּין,
 מְבֵיא אֶת עֲבָדִי צָמָת, *Nam ecce ego adducturus sum servum meum*
Tzemach, *Zach.* 3. s. Quid, aut quis *Tzemach*? צָמָת valet 138.
 totidem valet מְנַחֵם, *Menachem*, Consolator. Hoc autem no-
 men *Menachem* numeratur à *Kabbalisticis* & *Talmudicis* inter
 nomina *Messiae* (vid. Lex. Hebraic. *Buxr.* in Rad. נִין) unde *Kab-
 balisticè* per *Tzemach* intelligitur illic *Messias*. Hinc Para-
 phrastes Chaldæus transtulit etiam מְשִׁיחָא *Messias*. Vide *Aben
 Esram* in hunc locum. Ita etiam, literæ vocum בְּנֵי שִׁילָה, re-
 met *Schilo*, *Gen.* 49. v. 10. valent 358. totidem valet vocabulum
 מְשִׁיחָה. Unde, *Donec venerit Schilo*, perinde est, ac si dixisset, *Do-
 nec venerit Messias*, quomodo Chaldæus Paraphrasites tran-
 stulit. Notatum in margine Pentateuchi cum triplici *Targum*.
 Vide *Buxtorf*. *Biblioth.* Rabb. p. 62. *Lex. Talmud.* p. 446. *Ha-
 lic. Ol.* p. 186. *El. Tsh.* p. 51. *Baal Aruch* p. 36. *Schikhard*. *Bechin*
Happ. p. 62. 63. 76. 130. *Cornel. Agrip.* loc. cit. *Sixt. Senens*. *Bib-
 lioth. S.* p. 146. *Reuchlin de Kabb.* p. 65. 67. Multa authores
 isti commemorant de usu, authoritate hujus *Gematriæ*, inter
 Iudæos & quæ ac Christianos, divisione item & speciebus.

B.

תמיון, *Permutatio*, quando una vel duæ dictiones in unam vel
 plures alias per literarum transpositionem aut qualitatibus in-

versionem transmutantur. Hinc quidam eam vocant **ינטVERSIONEM**, quod literæ invertantur, & aliter collocentur, aut nomen in verbum vertatur. Sic *Psal. 21.v.2.* vox **ישמָח** per Metathesin literarum est **מִשְׁחָה**. *Exod. 23.v.23.* **מֶלֶךְ אֱלֹהִים** *Angelus meus*, per Metathesin est **מַכְאֵל**. Vide plura *Bibl. Buxt.* p. 65. *Schikh.* bech. happ. p. 70. qui tres hujus Mutationis recenset modos. *Primus* est, quando literæ textus, servata illarum serie in alias dictiones significativas dispeſcuntur, ut, **כְּרָא שִׁית** in **בְּרָאָשָׁת**. Alter Authori Turim *literarius* est, quando ex alicujus vocis consonantibus transpositis, aliterque coagmentatis, nova dicio significativa exſurgit, qua illius primitivæ explicatio esse putatur, sic vox **בְּרָאָשָׁת** exponitur, **א'** בְּתָרְשִׁי, *prima dies Tūri*, qua Mundus creatus putatur. *Tertius* est (vocant xulgò *combinationem literarum*) cùm unam Alphabetti literam pro alia ſumunt **ת**, pro **א**, **ת** pro **&c.** Species ejus uſitatissimæ ſunt **אתבָש אֲבָדָן אַלְבָס**, de idem p. 75. *Reuch.* p. 74. 75. & *Buxt.* Abbr. p. 26. 30. *Lex. 64.* Ex hac tertia specie integrū Pentateuchum habeo explicatum à Kabbalista quodam **אַוְנוּנָא**. Sic *Jerem. 5.1.v.41.* & c. 25. v. 26. vox **שְׁלֵש** notat, per **אתבָש**, **בָּבֶל**, ut R. *Solom.* scribit. Sic c. 5.1.v.1, **לוֹב קְמִי**, cor ſurgentium contra me. per **אתבָש** notat, **בְּשָׂדִים** *Chaldaeos*, legendo ſcilicet **ב** pro **ל**, & **ש** pro **ב**. Vide etiam *Reuchl.* de Art. Kabb. p. 72. *Gaz. on. Theat.* p. 299. 301. a.



נָוְתִירִקְוֹן, *Notaricon* (vox Latina est à *Notando* deſumta) *Notarium*, est, quando literæ ſingulæ vocis alicujus significativæ ſingulas alias dictiones connotant: ut **מְכַבֵּי**, *Macchabæus*, notat quatuor voceſ ſequentes, **מִי בְּטוּךְ בְּאַלְיָם יְהוָה**, *Quis ſicut tu inter Deos, ô Domine?* *Exod. 15.v.11.* **חוֹתְמָן עַדְן**, *Hortus voluptatis*, notativum est apud Kabbalistas harum vocum, **נוֹתָן**, **נוֹתָן**, **נוֹתָן עַצְמָת**, *Corpus, anima, os, ſcientia, aternitas*, **אֲדָם**, id est, **אַפְרֵר דְּם מֶרֶה**, *Pulvis, Sanguis, Fel.* **שְׁזָרָן וְעַזְנָן**, *buccina*. **שְׁזָרָן וְעַזְנָן רַע**, *Satan neque ullus occursus malus*, ſcil. obveniet nobis.

"*Adœu*, i.e. ἀνατολὴn *Oriens*, δύσης *Occidens*, ἀριστὸς *Septentrion*, μεσημβρία *Meridies*. Hæc omnia Kabbalisticè in egregios sensus extenduntur. Vide plura in Biblioth.Rabb.*Buxtorf*.p.64. & in Lex.Talmud.p.1339. *El. Tishb.*lit.Nun.Rabb.*Myll.*p.50. *Druſ.*quæſt.p.81. *Biblian.*differ.linguar.p.78. *Reuchl.*de Art.*Kabbal.*p.76.68.72. *Garzon.*295.299.302.307. *Sixt.**Senens.* Biblioth.S.p.80.165. *Cornel.**Agrip.*lib.cit.*Spicil.* *Capell.*p.61. *Schikh.**Bechin.**Happer.*p.66.ubi,ſecutus *Reuchlinum*, Notarici duos principaliores constituit modos. Prior est, quando extremae vocum literæ, per Aphæresin vel Apocopen in unum collectæ, nomen aliquod exhibent vel sensum includunt, quæ ob id à Kabbalistis cum Sægolta, hoc est, נ, tribus punctulis in summitate notari solent. Estque iterum duplex, *Initialis*, qui fit per ר, hoc est, ראש תיבות, *capita dictionum*, cuiusmodi fuit vox מכבי *Finalis* per סוף תיבות, hoc est, per סוף, *fines dictionum*, ut *Exod.*3.13. ל, mihi, quo dnam nomen est: quid nam? quæ ipsa verba, dum magnum Dei nomen יהוה clausulis suis ostentant, tacitè ad hoc interrogatum respondere videntur. *Posterior*, priori oppositus est, ubi non amplius dietio literam sufficit, sed è contrà litera integrum dictionem. Exemplum ex *Buxtorf.* dedimus in vocibus שופר & אדרת. Speculativa hæc Kabbala cum suis speciebus, ut ingenui tantum ingenii lusus est, ita vel à Deo immediate proficiisci, vel in articulis fidei quicquam nobis præscribere posse, negamus. Ei tantum deferimus, quantum aliis quibuscumque ingeniosis allusionibus, Anagrammatis &c. verbo Dei, Catholicæq; Religioni congruis.

III. Kabbala est

צורה, *Figurativa*, ut vocat *Schikhard.*lib.cit.p.76. ubi vel ex ipsa & antiqua literarum pictura quidpiam eliciunt; vel characters illos veteres cum novis & arcanis permutant. Vide ſupra.

præ p. 401. Consistit enim figurativa hæc Kabbala in ipsa illa literarum, quam inuimus ibi, diversitate. Vide & Garzon. Theat. p. 301.

קַבָּלָה, *Kabbalista*, quem tantum differre volunt à Talmudista, quantum Talmud ipsum à Kabbala, seu secretiori Judæorum Theologia. Vide Reuchl. art. *Kabb.* p. 6. 15. Garzon. in Theat. p. 293. El. & Buxt. in Lex. R. קַבָּלָה.

קַבָּלָה, *Kabbalisticam edidit*. Buxt. loc. cit. Nizzach. p. 83.

אָיְלָן הַקַּבָּלָה, *Arbor Kabbalistica*. Sic vocant decem, seu numerationes, quas arboris forma solent disponere. De quibus prolixè Reuchlin. de art. *Kabbal.* p. 2. & de inc. Buxtorf. de orig. punct. p. 55. 56. 59. Cocc. in Sanhed. p. 219. Nizzach. p. 4. 79. Bibliot. Rabb. Buxt. p. 396. Cosr. p. 37. Vorst. in Majim. p. 19. 27. Compendium dabimus ex Buxt. Lex. Talm. p. 1535. *Sunt decem positiones primæ, & mysticæ, de proprietatibus, notionibus siue attributis divinis, suntque generalia fundamenta, super quæ tota Theologia Kabbalistica ædificata est, per quorum rectam cognitionem, ad intima Theologiae Kabbalisticæ, ejus studiosi penetrant.* Sic quidem hic communiter reddunt ספִּירוֹת, numerationes. *Sed* author Praefationis in librum Schaa're ora vult, eas sic dici à Luciditate & splendore. *Sic enim scribit:* Cabalistæ tradiderunt, & ordine disposuerunt nobis Proprietates divinas, vocaruntque eas ספִּירוֹת עַל שְׁם דָּחוּכוֹת וְהַבְּרוֹכוֹת בְּלֶשׁוֹן לְבָנָת ספר, Sephiroth à Puritate & Claritate, ex significatione, opus lapidis sapphirini, Exod. 24. v. 10. Quemadmodum enim in re lucida conspi ciuntur formæ: sic Sephirot sunt typus & forma omnium entium; & quæ nad nodum res conspiuntur in re lucida sine ulla additione: sic conspiuntur omnia in istis Sephiroth si ne additione, &c. Vide eum ibi ulterius. Reuchlinus lib. 3. Cabalæ de illis hunc in modum scribit: Ex (decem istæ Sephiroth) sunt decem divina nomina, quæ nos mortales de Deo concipimus, vel esse.

essentialia, vel personalia, vel notionalia, vel communia, & nominantur sic, בתר, Corona, חכמָה, Sapientia, בינה, Prudentia, sive Intelligentia, חסֵד, Clementia, seu Bonitas, גבורה, Gravitas sive Severitas (aut Potentia) תפארת, Ornatus, נצח, Triumphus, חוד, Confessio laudis, יסוד, Fundamentum, Regnum. Supra Coronam verò ponitur אין סוף, Infinitudo, & est abyssus. *Hæc ille,*
אלו העשר טעמי מזות, in libro latius. In libro prefat.

ספירות הנסנקראו מודוטיו של חקבה והם רגkim בחקבה כשלחבת
 קשריה בנהלות ונאצלים ממנה ובאמצעותם נברא העולם הריא
 הוא דכתיב בחכמיה יסד ארץ כונן שמים בתבונה ברעתו תהומות
 נבקעו &c. Id est, Ethæ decem Sephiroth dicuntur proprietates Dei
 benedicti, que cum Deo conjunguntur quemadmodum flamma con-
 jungitur cum pruna, & ab ipso emanant: Mediantibus his crea-
 tibus est mundus iste, quemadmodum scriptum est: In sapientia fun-
 davit terram, disposuit cælos in prudentia, scientiâ ejus abyssi
 rumpuntur. Extat Cæsar is Evoli Neapolitani liber De divinis
 attributis, quæ Hebrei Sephiroth vocant, Venet. apud
 Francisc. Zillet, 1573. in 8.

FINIS LIBRI I.



THESAURI
PHILOLOGICI
LIBER II.

De

Scripturæ V. T. Authoribus, &c.
in specie.

C A P. I.

*De Libris V. T. Canoniciis, eorumque
Authoribus.*

SECTIO I. חמשה חומשיים סדר של מקרא Ordo Bibliorum. *Pentateuchus*, cuius libri sunt A. בראשית Genesis. B. ואללה Exodus, aliás נזקן damn. C. וקרא Leviticus; aliás תורת הכהנים Lex sacerdotum; item ספר הפסנאות Numerorum. D. פנדבך liber Numerorum, & משנה תורה liber recensionum. E. אללה הרכבים, aliás ספר פקדים Liber redargutionum. **S**ECTIO II. נביאים ראשונים קבלה Prophetarum, qui sunt A. vel Prophetæ priores: 1. יהושע Jehosua. 2. שופטים Judges. 3. שמואל Samuel. 4. שמואל duo: vel B. מלכים Regum duo: vel C. ממלכים prophetæ posteriores, qui sunt vel D. מגדולי Majores. 1. ישעיהו Esajas. 2. ירמיהו Jeremias. 3. יחזקאל Ezechiel: vel Minores, vulgo duodecim appellati, suntque, 1. חושע Hoseas. 2. יונה Jonah. 3. אמוס Amos. 4. זובדיה Obadias. 5. יואל Joel. 6. צפניה Micheas. 7. נחום Nahum. 8. חבקוק Habakuk. 9. מיכאה Zephania. 10. חגי Haggaeus. 11. זכריה Zacharias. 12. מאג Ma-

M m m

Ma-

Malachias. Sectio III. De כתובים Hagiographis, quorum pars prior sunt שיר השירים quinque libri, nempe 1. חמש מגילות 2. Ruth. 3. קינות Threni. Canticum Cantorum. 4. Ecclesiastes. 5. קהילת אסתר. Liber Esther. Pars altera sunt 6. איוב. 7. משלי שלמה. 8. Proverbia Solomonis. 9. תהילים 1. דברי. 10. אורה. 11. נחמה Nehemias. 12. דניאל Daniel. 13. Verba dierum, Chronica. Sectio IV. De בת קול filia vocis. Sectio V. de תורה קדשא Novo Test.

SECTIO I.

De
ORDINE LIBRORUM V.T.
IN GENERE & PENTATEUCHO
in specie.

Ordo Bibliorum; series, secundum quam libri Vet. Test. sunt dispositi, de qua generatim audire placet Eliam Le-
vi. לא והוא הנדר ספרים מהנוראים יתר והם 19. p. 19. præfat. III. 1. מ
הנוראים ועשׂו מיהם ג' חלקים תורה נבאיים וכותבים וסדרות נבאיים וכותבים זה אחר זה שלא כסדר שסדרות רול במא בתרא וזה סדרן של רול: סדרן של נבאיים יהושע שופטים שמואל מלכים ורמיה ישעיה יחזקאל תרי עשר וסדרן של כתובים רות תהילים אויב משל, קהילת השירים קינות אסתר רה ונوتנים טעמיים וסבירות נוכנות על סדרן זה ואין כאן מקומן ובעל' המסתורת סדרן נבאיים בסדר הזה רק שהקדימו ישעה לפני רמיה ויחזקאל לפני שוממננו היה קורט ותנס וכן נמציא סדרון בכל ספרי ספרדים המובהקים אבל בספרי האשכנזים והערפחים הם סדרות בסדר של רול אכן בכתבונים שנു בעל' המסתורה סדרון של רול והוא רה תהילים אויב משלי רות שיר השירים

השירים קהלה קינות אסתה דניאל וורה וכן בספריו הספרדים אבל בספריו האשכנזים סדרן ככה תחלים משלו אווב חמץ מגלות דניאל עורה רה וזה מגמות נוהנים לנכון סדרן לפי הסדר שקוראין אותן. *Id est, Non fuerant xxiv. libri una colligati, sed illi eos conjunxerunt, ac fecerunt ex ipsis tres partes, Legem, Prophetas, & Hagiographa, contra ordinem, quem instituerunt Rabbini nostri, b.m.in bavabatra. Est autem ordo iste talis.* Josua, Judices, Samuel, Regum, Ieremias, Esajas, Ezechiel, duodecim Prophetæ. *Hagiographorum verò ordo hic est:* Ruth, Psalimi, Iob, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Threni, Esther, Chronica. *Afferrunt etiam rationes & argumenta solida, hujus ordinis, de quibus hic dicendi locus non est.* *Eodem ordine Masorethæ collocant Prophetas; nisi quod Jesajam præponant Ieremiæ & Ezechieli, ut potest qui tempore illos præcesserit.* Atque hic eorum ordo reperitur in omnibus libris Hispanicus correditoribus. In libris verò Germanorum & Gallorum servatus est ordo Rabbinorum. Porro in Hagiographis Masorethæ Rabbinorum ordinem hoc modo mutarunt, ut sit talis; Chronica, Psalmi, Iob, Proverbia, Ruth, Canticum canticorum, Ecclesiastes, Threni, Esther, Daniel, Esra; qui ordo in Hispanorum quoque libris servatur. Sed in libris Germanorum talis est ordo: Psalimi, Proverbia, Iob, quinq; libelli, Daniel, Esra, Chronica. *Quinque Megilloth seu libellos eo ordine (ubique illud fieri scribit Morin. Exercit. p. 272.) scribunt, quo eos suis temporibus in suis Synagogis legunt, nempe Canticum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther.* Hec de librorum V. T. serie in genere. Ubi notandum, distinctionem Canonis V. T. in תְּרַח, וְמֹדֶבֶת; בְּתֻבִּים, & גְּבָרָה (pro ut, retento Hebraismo non minus eleganter, quam propriè hoc vocabulum ab Epiphanio in Pan. p. 58. redditur) ultimæ esse antiquitatis, ab ipso Christo Luc. 24. approbatam. Vide Galat. p. 11. & comm. Masor. Bux. p. 105. In quatuor partes, ait Sixt. Semim 2 nens.

nens Bib. S.p.6. recentiores Iudæos Biblia dispescere in Legem, Prophetas priores, Prophetas posteriores, & Hagiographa. Sed errat, aliquie cum eo, scribit Drus. Comment. diffic. loc. Pentat. p.4. *peccatum eorum qui subdivisionem ponunt utentes ea pro divisione. Nam Prophetæ subdividuntur* (non dividuntur) *in priores & posteriores.* Alias V.T. divisiones non re, sed verbis tantum ab hac diversas vide apud *Sixt. Senens.* p.4. & deinceps.

חמשה והופשיים *Pentateuchus*, propriè, quinq; quintæ. Quælibet enim Pentateuchi pars, seu tomus חומש vocatur. Ita explicat R. Solom. ספר תורה שאין בו אלא חומש אחד. Chumaschin est liber Legis, in quo non est nisi חומש, id est, una quinta legis pars. Quod enim alii per Pentateuchum intelligent in vulgarem & communem usum scriptum; per ספר תורת קדש verò librum legis sacrum, à Cl. Buxtorf. de orig. Punct. p.39. dilutum est.

Libri ejus sunt I.

בראשית, *Genesis*, propriè ab initio. Notandum enim est, ex libris Canonicis V.T. alias à prima voce, ut **בראשית**, *Ab initio*, *Genesis*, &c. **אייב** *quomodo*, *Threni*, &c. alias ab authore, ut sunt libri Prophetici, alias deniq; à themate, quod tractant, denominari. Geneseos autem hic, cæterorūmque deinceps librorum considerabimus; 1. *Authorem*, 2. *distinctionem*, aut partitionem in certas partes seu sectiones.

I. *Author* Genesew^s est Moses, filius Amram, nepos Kahath, pronepos Levi patriarchæ. Scripsit autem librum istum de Mundi & omnium rerum creatione non ex Traditione tantum, sed ex speciali revelatione. Vide Probl. *Menash ben Israël* de Creat. p.24. Unde *Elmak*, histor. Arabic. p.m. 4. & 5. **צדוק מוסי**. ואדר מושע וצער מושי וצער מושע ואדר מושע יולדת וכאתבר אללה אליו גובל טור סינה ואאר ארבעין יומא וארכבעין ליליה וכאתבר אללה תעלְיָה ואעטאה מוהבה אלנבה ואלהכנה פאכברה כיף כלך אללה אלעלם פוי סתה איהם, id est, *Ascendit Moses in cacumen mon-*

etis Sinai, sicutque ibi 40. dies, & 40. noctes, & locutus est Deus Opt. Max. cum illo, eique dedit donum Propheeticum, & sapientiam, indicavitque eidem, quomodo Deus creaverit mundum intra sex dies. Confer, quæ suprà p. 94.95. diximus.

II. Distinguitur Genesis in *Paraschas* 12. *Sidras* 43. *Cap. 50.* (nam quæ de tribus capitibus in libris Iudaorum exoticis, Genesi præmissis, traduntur *νόμος* sunt *νόμοι*; vide Ferd. de *Escal* p. 850.) *versus* 1534. *literas* 4395. *Samaritani Sectiones Genesi* tribuunt 250. *Syris* Genesi habet c. 78. *versus* 4509. Partibus majoribus absolvitur tribus. *Prima* à creatione ad diluvium 6. capita continet, & recitat creationem Mundi, omniumque creaturarum, in primis autem originem Ecclesiæ, ex genere humano divinitus collectæ. *Secunda* à cap. 6. ad 12. exponit historiam mundi, à diluvio restaurati, nec non dispersionem gentium & linguarum confusionem. *Tertia* à cap. 12. ad finem usque describit foedus gratiæ, vitam Patriarcharum, Abrahami à c. 12. ad 21. *Isaaci* à c. 21. ad 27. & *Iacobi* à c. 27. ad 37. & inde *Iosephi* usque ad finem. Annos complectitur 2308.

II.

אֱלֹהִים שָׁמוֹן, *Hec sunt nomina*; Exodus, à primis libri vocibus ita denominata. Ipsum etiam, jubente Deo, Ex. c. 34. v. 27. authorem habet Mosen, qui hoc libro historiam annorum 146. complexus est. *Paraschis* constat 11. *Sidris* 29. *capitibus* 40. *versibus* 1209. *medius* est c. 22. v. 28. *Samaritani* sect. 200. *Syri* cap. 44. *vers. 3626.* *Partes* summas duas habet. *Prior* describit exitum ex Aegypto cum iis, quæ eum antecesserunt, servitus populi Israël, vocatio Mosis, ejusque ad Pharaonem allegatio. *Posterior* continet commorationem populi Israël ad montem Sinai, omniaque illa, quæ toto commorationis tempore acciderunt, legum-latio, sanctio, repetitio, tabernaculi erectio, consecratio.

Aliâs vocatur

דָמָנָה, *Damna*; liber de damnis, in quo de damno, ejusque restituzione prolixè agitur, *Buxt.* Lex. Tal. p. 1325.

III.

Numb. *Leviticus*, non quòd propriè tale quid sonet vox Hebræa, quemadmodum Scholastici apud *Drus.* comment. in diffic. Pentat. loca p. 232. nugantur, sed quia à prima libri voci, liber inscribitur. *Capita* habet 27. *Parasch.* 9. versus 859. *Medius c.* 15. v. 7. *Samaritani* sectiones numerant 135. *Syri* capita 19. v. 2454. *Partes* principales continent tres. *Prima* agit de sacrificiis, earumque legibus cc. 7. prioribus. *Secunda* agit de consecratione Aharonis & filiorum ejus à c. 7 ad. 11. *Tertia* habet varias leges, earumque sanctiones à c. 11 ad finem, Historiam describit mensis unius.

A.

Dicitur aliâs

תְוֹרַת כֹהֲנִים, *Lex sacerdotum*. Sic Leviticum vocant Masorethæ, quia sacerdotibus leges præscribit officii sacerdotalis. *Buxtorf.* Comm. *Masor.* p. 289. *Fag.* comm. in hunc lib. *Halic.* ol. p. 41.

B.

תּוֹרַת הַקְרֵבָנוֹת, *Lex oblationum*, sacrificiorum: sic vocat *Gerundens*. Vide Comm. *Drusii* p. 232. Hoc enim libro potissimum de sacrificiis agitur.

C.

סְפִירַת רַבָּב, *Libri Raf.* *Halic.* ol. p. 41. Ratio verò, cur sic nominatur, additur nulla.

IV.

בְּמִדְבָּר, *In deserto*: Ita liber Numerorum non tam à prima, quam significantiori, versus primi, appellatur voce. *Numerorum*, seu **אֱלֹהֶשׁ librum** inscribi voluerunt Græci & Latini, quòd in ipsa fronte Moyses & Aharon ineant numerum populi Israælitici, idque tributum, scribit *Fagius*. *Capita* habet 36. *Parasch.*

10. *Versus* 1288. *medius c. 17. v. 20. Samarit.* sectiones sunt 218.
Syrorum capita 36. versus 3521. Partes principaliores 4. Prima narrat recensionem populi, omniūque tribuum ejus ad c. 4. *Secunda addit* varias leges, in deserto latae, à c. 4. ad 10. *Tertia* commemorat varias historias, quæ in populo Dei accidērunt à c. 10. ad 28. *Quarta* est mixta generis, partim leges quasdam ceremoniales enarrans, partim historias subjiciens, ad finem.

a. Vocatur etiam,

וַיֹּאמֶר, Et locutus est : à prima libri voce. Pellican. in comment.

Tempore Hieronymi fortassis וַיֹּאמֶר, vajedabber, dictus.

b.

סִפְר הַמִּסְפָּרִים, *Liber Numerorum*, Sic appellatur apud Euseb. hist.

Ecc. lib. 6. c. 19. ex Origene.

c.

סִפְר פְּקוּדִים, *Liber recensionum*. Id. ib.

V.

אללה חוננרים, *Hæc sunt verba*. Ita quintus Pentateuchi liber à verbis initialibus inscribitur. *Capitibus* absolvitur 34. *Parash. 10. vers. 9* 55. *Medius est c. 17. 10. Syri* verò cap. habent 28. v. 2796. Partes majores sunt tres. *Prima* est repetitio eorum, quæ antè, in populo Dei gesta erant cc. 3. *Secunda* est repetitio ipsarum legum cum gravissima cohortatione ad obedientiam ad c. 29. *Tertia* complectitur postremos actus Mosis cum populo Dei, unā cum historia mortis ipsius, usque ad finem. Gestæ sunt ab initio undecimi mensis, anni quadragesimi, usq; ad 7. diem mensis 12. ejusdem anni ab exitu ex Ægypto. Compendium habes in lib. Chin. p. 160. b.

a. Vocatur etiam,

מִשְׁנֶה, *Repetitio*, *דָּבְרֵי שָׁׁמֶן*, *repetita lectio*, quia, ut dicunt Hebræi, Deuteronomion ferè est. שָׁׁמֶן הַרְאָשׁוֹנִים של שָׁׁמֶן הַסְּפָרִים - memory priorum reliquorum librorum.

משנה ב

b.

מְשֹׁנֶה תּוֹרָה, διπτεγνόμον, secunda vel *repetita lex*. Sic vocant Ma-
sorehæ. Ratio Nomenclatura cum superiori eadem est.

c.

ספר תובחות, *Liber redargutionum*, in eo enim graves contra Ju-
daeos describuntur objurgationes. Unde etiam κατ' ἔξοχον
cap. 28. hujus libri סִכְרֵת תּוֹבְחוֹת, *Caput objurgationum* appellat-
tur. *Buxr. Lex. p. 951. Fag. comment. in Targ.*

Hæc de Pentateucho in specie: in genere de eodem sequen-
tia observabis.

I. Pentateuchi totius instrumentalem causam esse fidum
illum in domo Dei servum, Mosen, qui omnes quinque libros
in literas retulit, ultimis exceptis Deuteronomii versiculis, *Ec-
mortuus est Moses &c.* usque ad finem, quos Josua supplevisse
creditur: tametsi asserat *Josephus*, quod Moyses mox moritu-
rus, se ipsum in sacris voluminibus mortuum scripserit, veri-
tus, ne propter excellentes virtutes suas Iudei se à Deo raptum
prædicarent.

II. Universum Pentateuchum versus habere 5845. ex nu-
mero Judæorum (vide Schal. hak. p. 36.a. & Buxr. com. Masor.
p. 132.) Medium esse Lev. 8.v. 8. Literarum verò sexagies mil-
lena millia, quadraginta quinq;, juxta El. præf. 3.lib. Masor. Vi-
de Buxr. lib. cit. p. 182. Etsi verò in supputatione hac accuratio-
rem numerum, exactiorémq; diligentiam desiderent eruditii,
magnam nihilominus hanc Judæorum pro V.T. curam me-
ri laudem. Consulatur Buxr. & Schikhard. bech. happ. 46.47.

III. Scopum, seu finem Pentateuchi esse, ut leges inibi de-
scriptæ certus sint Canon, regula infallibilis & indubitata di-
vini cultus, fidei, vitæ & morum, non in Ecclesia tantum Ju-
daica sed & Christiana, id quod tum ipsa vox תּוֹרָה, dē qua su-
prā p. 93. probat, tum continua veteris Ecclesiæ Judaicæ pari-
ter ac Christianæ praxis. Doctissimè hoc de usu scripserūt tum
ali Theologi Christiani, tum Henr. Alting. Theol. Hist. loc. 2.

S.E.

SECTIO II.

De

PROPHETIS.

קְבָלָה, *Acceptio*. Ita nonnunquam apud Talmudicos vocantur scripta Prophetarum. Vide sup. p. 438. **Quemadmodum enim**, quod contra Pontificios est notandum, παράδοσις, *Traditio*, in scriptis Patrum ea sacerdotissimè dicuntur, quæ ἀπόλεξε in sacris literis reperias, (vide P. I. nostri δέκτη & p. 150.) ita & veteres Hebrei Kabbalæ sunt usi nomine, in iis etiam, quæ non ἀγέραφω, sed ἐγγέραφω nitebantur fundamento. Locus memorabilis est in *Hal. ol. p. m. 5* הא דאמר רבי בכל רוכטה דברי תורה מרברוי. ר' יולפין ר' דבר תורה תורה משה קרויה תורה לפי שנתנה לרודנות ושל נבאים לא מקרי אלא דברי קבלה שקיבלו מרוח הקדש וכל נבואה ונבואה לפי צורך השעה והרור והמעשה id est, *Ecce cum dicit Ribbi*: Verba legis è verbis traditionum non discimus, *hoc sibi vult, verbo legis, legem Mosis intelligi, quae sic vocetur, quod data sit in secula*: Prophetarum autem verba Kabbalæ nomine venire, quia Prophetæ Prophetias singulas acceperint à Spiritu Sancto, pro necessitate temporis, aut ætatis, aut facti alicujus. Confer *Cham. Panstrat. t. I. p. 190.*

Vocantur alias Prophetarum scripta.

מקרא, *Lectio*, per synecdochem nempe, quia Prophetæ pars sunt lectionis sacræ, id est, Bibliorum. Aliam reddit rationem *Elias* in *Tisb. & Mas. hammam*. Vide sup. p. 88.

Sunt autem *A. alii*, **נביאים ראשונים**, *Prophetæ priores*, ut

I.

יהושע, *Jehosua*, vel *Josua*. LXX. *In se*cc. Duo ei tribuuntur libri, γνῶμαι & ἡλικία μαθητῶν. *Hunc* venerantur Samaritani, ut diximus

Num

mus

mus alibi. Totius enim libri epitomen ex Arabica lingua translatam attexuimus Exercitationibus Samaritanis, quo lectorem rejicimus; *Illum* in Canonem retulit Ecclesia Sancta, continetque historiam annorum amplius 17. *Capita* habet 24. *versiculos* 656. *Medius* est c. 13.26. *Syri* librum distinguunt in capit. 19. vers. 2167. *Partes* generales sunt tres. *Prima* agit de occupatione terræ Canaan, trajecto Jordano, expugnatis urbibus, & multis magnificis & stupendis victoriis, à gente Cananæa deportatis, ab initio ad cap. 13. *II. De Terræ* occupata distributione inter 12. tribus Israël, nec non designatione asylorum, civitatum item Levitis in habitationem datarum ad c. 23. *III. Subjicit* exhortationem, à Josua, morti vicino, ad universum populum, comitiis coactum, habitam, quâ eum officii erga creatorem suum commonefacit, & ad cultum constanter Deo præstandum exhortatur, ad finem.

Porrò h̄c duo sunt observanda.

1. Negare multos Josuam libri hujus esse scriptorem. *Mafius* præfat. in Jof. p. 2. *Inscribitur autem Josuæ nomine, quia ejus imperium agitur.* Neque enim ille Scriptor est, &c. Et p. 190. in comment. *Verū ego haud cum illis sentio, qui præsentis commentarii scriptorem Josuam putant.* Nam, ut alia multa præteream, modò, quis existimare posse, quod sape dicitur, hoc illud ad præsentem usque diem durare, id à Josua dictum esse; in cuius diebus ipsum evenit; ac non potius ab eo scriptore, qui sibi in iis, quæ jam tum vetustate obliterata exolevisse videbantur, fidem velit comparare ex aliis, quæ cùm sint illis vetustis consentanea, aut etiam eorum monumenta; adhuc extent? Vide & p. 294. Sic *Fun.* ad Jof. c. XI. v. 21. *Hinc colligitur librū hunc compositum fuisse post divisionem populi in duo regna, & Saulis mortem &c.* Mentionem enim facit montanorum Jehudæ, & montanorum Israëlis. Vide etiam Comment. in Jof. *Calv.* argument. & *Lavat.* in eundem. *Mafius* lib. cit. p. 2. nominatim exprimit scriptorem Esram sive solum, sive unā cum æqualibus, insigni pietate & eruditione viris, cœlesti Spiri-

ritu afflatum. Alii Eleazarum, *Calv.lib.cit.* *Theodoreetus* existimat, totum librum collectum esse ex antiquo quodam commentario, cui titulus fuit liber justorum, adductus auctoritate verborum, quæ capit X. hujus voluminis habentur nempe: *Nonne hæc scripta sunt in libro justorum?*

Sunt tamen alii, qui statuunt, Josuam scripsisse post mortem Mosis omnia verba, quæ locutus est ad eum Dominus, in volumine legis Domini, adjungens illi historiam suam &c. his exceptis, quæ à morte Josuæ usque ad finem libri scripta sunt, quæ Esdram adiecisse fama est, *Sixt.Sen.Bibl.S.p.7.* Praclarè Cl. *Aliing.* Theol. Hist. Loc. 2. Sunt qui authorem libri celebrant (consule *Calvin.* & *Ludov.Lavar.*) Eleazarum summum Pontificem Abaronis filium, sed præter fidei ejusdem libri. Nam c.24. v.26. disertè testatur, se verba ad populum habuisse & res gestas annorum præcedentium in commentarios retulisse. Scripsit verba ista (aliter tamen verba hæc explicant *Calvinus* & *Junius*, de ipso quippe authenticō legis volumine intelligunt) in libro legis. Si scripsit utique mandavit literis ea, quæ tum fecit, tum dixit, quæ certè non alia sunt, quam quæ sub nomine ejus extant. Cùmque successor Moses, in administratione diuinitus constitutus, ejusdemque discipulus fuerit, quemadmodum Moses gesta sui temporis usque ad excessum suum conscripsit ipse, ita hic quoque dubio procul fecit, præsertim, cùm neque scientia necessaria, neque gratia Spiritus S. in tanta re peragenda ipse deesset. Certè juxta exemplar Mosis librum suum in sanctuarium intulit, & à latere arcæ, seu juxta arcam deponi voluit, ut veluti sacro-sanctus ibi conservaretur ad usum Ecclesie. In hanc sententiam utroque pede concedimus. Nec terrent quæ in contrarium objiciuntur à *Masio* & *Junio*, utpote quæ facilè possunt conciliari. Diximus aliquoties, Esram & Syndriū magnum post captivitatem Babyloniam libros V. T. Canonicos non in unum tantum corpus redigisse; sed & ab adnatis mendis emuscasse. Quā igitur auctoritate mortem Josuæ, viri illi θεοφορύδων, adjecerunt historiæ, à Josua con-

468 THESAUR.PHIL.LIB.II.C.1.DE SING.V.T.LIB.IN SPEC.
scriptæ, eadem etiam voces, phrases, terminos, sequioribus de-
mum seculis usitatos, inseruerunt. Quæ Josua retulit suo tem-
pore evenisse, ea ipsa sua adhuc ætate in ore & oculis homi-
num esse, Esras monere potuit.

II. Cursum administrationis Iosuæ incertum satis esse
& in sacris literis non expressum. לא נשייתו לא במצו בפסוק,
Tempus Imperii ejus in sacris literis non invenimus, Zemach.
Dav.p.5.6. Quidam ei 28. tribuunt annos. *Id. Masius comment.*
in Ios.p.3.13. *Imperasse illum annos circiter 27. vel 28. multi scri-
psere. Hoc verò, inquit R. David Gans* מצר נודע לנו כי אם מצר
הקבלה nobis non est notum, nisi ex traditione. Lavaterus homil. i.
in Iosu.p.2. ita infit: *Tertull.adversus Judæos scribit, Josue 27.
annis tenuisse principatum. Totidem annos ei tribuit Lactantius
dix. Infit. lib.4.c.5. Item Eus. & August. de Civit. Dei lib.18.c.11.
Cùm Jesus Nave, inquit, rexisset populum, post mortem Mosis 27.
annos, et iam ipse defunctus est, regnante apud Assyrios decimo octa-
vo Amynta, apud Sicyonios decimo sexto Corace, apud Argivos
decimo Danao, apud Athenienses quarto Erichtonio. Beda ex Jo-
sepho 26. annos tantum ei assignat. Elmakinus in historia sua Ec-
cles. Arabica p.m. 54. planè aliter: ומאת יושע בן נון ועשרה מאה
שנים ורלך לתמאות תלאות אלף וחמש מאות שנה וארבע שנים
לאנה דבר אלשׁעב ועשרה תסעה וسبעון שנה ואקאמ' יונדרהם אחר
ותלאותן סנה ורבונה פ' גבל בנווע Nun, cùm vixisset annos 110. anno mundi 3904. Populi enim re-
gimen suscepit anno ætatis 79. regnavitque annos 31. & sepelire-
runt eum in monte Canaan.*

II.

שופטים, *Judices*; vel liber Iudicum, aut de Iudicibus: Non enim
quod à Iudicibus sit scriptus, sed quod Iudicum historiam
pertexat, sic dicitur. *Capita* habet 21. *vers. 6* 8. *medius* est c. 10.
v. 8. Apud Syr. capita numerantur 11. *vers. 42* 33. Historiam
complectitur annorum 299. *juxta Piscatorem*: *juxta Augusti-*
num

num 329. Deseribit autem liber iste historiam gubernationis XII. Iudicum, & rerum sub iis gestarum ad c. 17. Deinde subjetit incertorum temporum certas historias, Idoli Michæ, stupræ conjugis Levitæ, belli civilis inde enati inter tribum Benjamin & reliquas tribus. Dicitur autem Samuel librum hanc collegisse: Sunt, qui Ezechiam, & qui Esdram putent authores. *Senens. Bibl. S. p. 8.* Sunt qui & à Pinchaso librum scriptum autumant. *VVal. loc. Com. p. 48.* Sic Petrus Martyr comment. in hunc lib. p. 3. b. *Hebræi statuunt, Samuelem ista literis consignasse: sed absque testimonio Scripturarum id tradunt. Alii vero putant unumquemque judicem suorum temporum res gestas conscripsisse, quæ postea corum monumenta, cum disjecta essent, in unum quoddam corpus seu volumen coegerit. Nec defunt, qui totum Esdræ adscribant se regi Ezechia, &c.* Casp. VVaserus Thes. de Sc. S. auth. S. 13. *Historias quæ continentur in fine Judicum ab Heli sacerdote pertextas qui dixerit, dicere præter veritatem non videatur. Nos hic, cum Sp. S. nihil definit, judiciū suspendimus.*

III.

Σαμουήλ, *Samuel*, Σαμούελον vertit *Origen.* apud *Euseb.* p. 166. Duo sunt libri, quos Samuelis vulgo vocant Hebræi, quod historiam, gubernationemque Samuelis contineant. *A. LXX. βασιλέων vel βασιλειῶν*, & à vulgata Regum, vel ut *Hier.* habet, regnorum libri appellantur, quod curricula regni Saulis & Davidis delineet. Primi libri ad c. usque 25. ubi mors ejus describitur, authorem esse Samuelem, dubitare nos non finit auctoritas divina, *i. Chron. 29. v. 29.* Reliqua, ad finem usque libri, quis scripserit non satis constat. *Quidam*, inquit Pet. Martyr in comment. p. 2. opinantur *Nathanem & Gadum Prophetas illa subiecisse, quæ obitum Samuelis sunt consecuta*. Sic *VVal. in loc. com. p. 48.* argumento loci *i. Paral. c. ult. Sixt. Sen. Bibl. S. p. 8.* Alii vero sunt, qui multa ab Ezechia Rege conjuncta, & multa item per Esraim, Sacerdotem & Prophetam, disposita dicunt.

R. Jacob ben Chajim præfat.in Bibl.scribit, *Jeremiam libr. Sam.* eſſe authorem. Posterior liber verisimiliter assignatur Gado & Nathani, Prophetis, id quod disertè testatur locus 1. *Paral.* 39. v.29. *Gesta Davidis priora & posteriora in libro Samuelis, videntis, & in libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad.* Sic *Alt.* ting. *Sixt. Senens. VV al. VV aser.* uterque continet historiam annorum fermè 120.juxta *Senens.*& *Jun.* supputationem.

Primus liber *capita* habet 31. *versus* 797. *Partes* principaliores tres. I. Describit historiam summi Sacerdotis Eli capp. primis 4. II. Continet gubernationem Samuelis, Prophetæ ac Iudicis, à c. 4. ad 12. III. Habet regnum Saulis tum ante, tum post ejus abdicationem, solenni Dei judicio factam.

Liber secundus capitibus absolvitur 24. *versib.* 679. *Partibus* majoribus duabus. *Prima* parte describitur Regnum Davidis, initio quidem solius Iudæ, deinde & Israëlis, statu prospero ac felici, idque stupendis incrementis ad c. 12. II. Succedit status ejusdem regni, & in primis Davidis regis, calamitosus tum ob alia peccata, tum ob adulterium & homicidium, quibus ipse florentis fortunæ rotam pervertit, & tot sibi mala attraxit. Alii aliter dispescunt. Vide *Piscatorem* &c. Nobis hic Cl. *Altingi*, Praeceptoris nostri honorandi, vestigia in hac librorum distinctione premere consultum visum fuit.

IV.

מֶלֶכִים, *Reges*. Regum libri duo sunt, quibus historia Regum Israëls & Judæ prolixè pertractatur. De authore horum librorum ex sacris literis nihil certi haberi potest. *Scriptores librorum Regum*, inquit *Casp. VV aserus*, pariter fuere plures. Nam prioris fuere *Nathan*, *Achijas*, *Semajas*, *Iddo*, *Azarias*, *Jehu* & *Michaiehu*. Etenim dece prima capita à *Nathane*, & undecimum ab *Achija* exaratū *Efras* testatur, & historia contestatur. Ultimā capitulo undecimi partem & sequentem *Roboami* atque *Abiae* historiam à *Semaja* & *Iddone*, qui *Hoded* etiam & *Jehdo* dicitur est, literis

teris mandatam ex 2. Paral. 12. 15. & 13. 22. conjicitur. Historiam Asæ & Baasæ, quæ habetur c. 15. Azarias videtur prescripsisse, & c. 16. Iehu: reliquam verò historiam ad finem Michajehu, filius Jimlæ, prout nominatur c. ult. Posterioris lib. prima capita ad octauum usque Eliseus, sequentia Zacharias: bonam partem Esajas usque ad tempora Manassis: reliquam Jeremias sibi vendicant. VV al. in loc. Coim. p. 48. Libri Regū sunt ab Achia Silonita, Jiddone, Jesaja & Jeremias, ut in secundo libro Paraleip. pañim citantur. Sixt. Senens. Bib. S. p. 8. Regum liber à quo scriptus sit, non satis constat. Alii Esdram; alii, inter quos Procopius Gazensis, & Rabbi Moses Kimchi, & Isidorus, Jeremiam hoc opus in unum volumen collegisse tradunt, &c. Alting. in Theol. histor. loc. 2. A quibus (regum gesta) consignata sint, non satis constat, aut ex ipsis literis sacrī colligi potest, maxime tamen probabilis eorum (Dorothei, VVitthakeri apud Cham. t. 1. p. 190.) videtur sententia, que vult, cùm omnium Regum actas suos habuerit Propheta, eos instinctu divino consignasse, & in tabulas retulisse, quæ sub Regibus singulis seu bona, seu mala acciderunt digna ad Ecclesiæ confirmationem. Vide Cham. Panstrat. p. 190. tom. 1. & Bulling. Epitom. tempor. p. 77. b.

Quemadmodum autem Samuelis, ita & regum libri, cùm unus olim essent, duo nunc sunt, quorū primus capita habet 22. *versus* 809. Partes duas. Prima pars persequitur historiam regni integri, nec dum digressione X. tribuum distracti ad cap. 12. Secunda subnequit seriem ac conditionem regni unius in duo divisi, Iudæ sub quatuor, Israëlis sub octo primis regibus. Estque historia 118. annorum.

Secundus liber capitibus absolvitur 25. versic. 7 12. (uterque igitur *versus* habet 1521. alii numerant 1534. medius est 1. Reg. 22 v. 6.) partibus duabus. Prima pars incipit à defectione Moabitarum à Rege Israëlis, & desinit in regni Israëlitici destructione ab initio ad c. 17. Secunda pars agit de excidio regni Iudæ sub Nebucadnezare, qui Hierosolymam desolavit, populum-

Hic verò diligenter observa, haud à *εργοντως* factum esset,
 quod, cùm de *authoritate librorum Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum Canononica dubitet nemo, de authoribus tamen eorumdem nihil certi extare voluerit studiofissimus Ecclesia sua custos*, Deus. Nempe ea verbo suo indidit divinitatis *τεκμητα*, & luculentissima *ἐπιγέιας καὶ ἐναγέιας* documenta, ut collato illi cum quibuscunq; aliis scriptis palma sponte cesserit. Non ab amanuensibus, non ab Ecclesia (quod impudentissime urgent Romanenses, vide *Rivet. Isag. p.16. & deinceps, oīnhy. P.1.p.24.*) sed à propriis & insitis sibi notis suam Scriptura sacra commendare poterat *ἀδετίας*, originemque prorsus divinam. Cùm multa sint (inquit *Gregor. de Valent. Anal. fid. l.1.c.15.*) in ipsa Christiana doctrina, quæ ipsa PER SE fidem illi atque auctoritatem conciliare possint: tamen illud maximum esse mihi videtur (ut à *Clem. Alex. and. Laetantio* & ab aliis est observatum) quod sua nescio qua admirabili vi, divinè prorsus hominum animos afficit atque ad virtutem impellit. Est scripta verbis simplicibus & caret vere artificio orationis & ornamenti, nihilominus ita vehementer Lectoris mentem commovet, ut nulla alia doctrina. Quod argumento est, illius auctoritatem OMNINO divinam esse, non humanam &c. Sic *Baptista Mantuanus, Carmelita lib.3.de patient. c.32.* Sæpen numero, inquit, mecum cogitavi, unde tam suadibilis sit ista Scriptura, ut tam patenter influat in animos auditorum; unde tantum habeat energiæ, ut non ad opinandum, sed ad solidè credendum omnes infleat. Non est hoc imputandum rationum evidentiæ, quas non adducit, non artis industria & verbis suavibus, & ad persuadendum accommodatis, quibus non utitur. Sed vide an id in causa sit, quod persuasi sumus, eam à prima veritate fluxisse? Sed unde sumus ita persuasi, nisi ab ipsa & quasi ad ei credendum non sua ipsius erahat auctoritas. Sed unde quæso hanc sibi auctoritatem vendicavit? Neque enim vidimus nos Deum concessionem, scribentem,

docentem, tamen ac si vidissimus, credimus, & tenemus à Spiritu S. fluxisse quod legimus. For sitan fuerit hæc ratio firmiter adhærendi quod in ea veritas sit solidior &c. Adde rationes Ferdinand. de Escal. clyp. concio. p. 39. Eadem ratio est, cur tempus Prophetarum, quo vixerint, quōve fuerint vaticinati, non semper in ἐπιγένετη sit expressum. Vide A. Mont. commun. in Prophet. lib. disput. p. 6. Sed satis de divinitate S. Scr. actum est in scriptis Theologorum Reformatorum, Bull. con. Coch. Riv. Isag. c. 3. & Cathol. Orthod. Quæst. 12. c. 17. VV al. loc. comm. p. 30. operæ pretium tantum, εἰ παρέδω, duximus, tritæ adversariorum objectioni, unde de hujus vel illius libri nobis constet authore & autoritate? gemino Pontificiorum testimonio, nervos succidere.

B. Alii sunt מְגֻבָּאִים אַחֲרֹנִים, Prophetæ posteriores, iī que rursus vel מְגֻבָּאִים, Majores, non quidem authoritate, quæ omnibus eadem est, sed more & amplitudine librorum, quā alii aliis antecellunt, suntque

מֵגְשָׁי, Jesajas, vel Esajas, capita habet 66. versus 1295. medius est c. 33. v. 21. Partes generales quatuor. I. Constat concionibus ipsius ad Judæos, quibus accusat ipsorum peccata, comminatur iis iram Dei, eosque ad resipiscientiam hortatur à c. 1. ad 13. II. Subjicit varias comminationes, & poenarum denuntiationes adversus gentes vicinas, quæ variis injuriis populum Judaicum lacebiverant, ac propterea poena reæ erant. III. Complectitur Prophetias populum Iudaicum spectantes, quibus prædictitur tum calamitas sub Babylonis & captivitate Babylonica (sic tamen ut aliae quædam historiæ c. 36. 37. 38. 39. interferantur) tum etiam liberatio ex captivitate, tanquam typus spiritualis illius liberationis, suo tempore per Christum Ecclesiæ præstandæ ad c. 49. IV. Vaticinatur de regno Christi, & variis ejus beneficiis, quæ Ecclesiæ passionis & mortis suæ merito acquirenda, & Spiritus efficaciâ applicanda in hac & futura vita, ad finem. Junius librum distinguit in duo Pro-

phetiarum genera, quarum alias veteres sive legales dicendæ, alias novæ seu Evangelicæ. Porrò de Esaja, ejus vita & morte multa dici possent, quæ consultò omittimus. Commodius illa in Lexico Nominum Vet.T. priorum, suo, εας μὴ βλάπτῃ οἱ Σεδες, tempore enodabuntur. Interim tene

I. Secundum apud Rabbinos, inter Prophetas Majores, Esajam obtinere locum, primo assignato Ieremiæ.

II. Peculiare hujus Prophetæ esse elogium, quod de Christo nullus ipso pleniùs copiosiusque scripsérat, ut non tam Propheta, quam Evangelista, nec tam futura prædixisse, quam præterita commemorasse videri possit, teste Hieronymo, pref. in Ies. fol. 11. t. 1. v.

III. De parentibus hujus Prophetæ nihil quidem certi erui posse ex S. Scriptura, interim non dubitandum, quin ut summa authoritate Propheta, ita magno loco natus fuerit. Vide 2. Chrón. 32. v. 32 & comment. Gualt. in Ies. p. 1. Hieronym. Virum nobilem vocat Alting. regio sanguine natum. Sixt. Senensis Bibl. S. p. 12. appellat civem Hierosolymitanum, genere nobilem, de tribu Juda. R. Dav. Kimchi: לא ירענו יהסו מאי זה שבת היה נסכים שרבותינו זל קבלו כי אמוץ ואמציה אחיכתו. Nescimus genealogiam ejus, è qua tribu sit, nisi quod Rabbini nostri b. m. traditione acceperunt Amozum (cujus filius Esajas erat) & Amaziam fratres esse. Locum etiam citat Gualt. in comment. p. 1.

IV. Nec certò constare quando, quove mortis genere sublatus ex hoc misericordum calle ad cœlestes sedes migrârit. Receptissima opinio fert, serrâ à Menasse dissecatum eum esse. Ita Talmudici: Ita R. Sol. Jarchi, & R. D. Gans Zem. Dav. p. 19. volunt nonnulli ad hoc Esajæ supplicium alludere Paulum ad Heb. 11. v. 37. vide Moll. in Ies. p. 3. Lex. Talm. Buxt. p. 1396. Elmakin. Hist. Arab. p. m. 121. קייל אנה חתה בין לוחין כשב ונשרא. באלמןשאָר, Dicitur (Menasse) eum (Esajam) impegiſe duabus tabulis lignis, serraque difſecuiſe.

V. Et

V. Et Stylo & ipsis rebus Prophetiam hanc sublimen esse. De Stylo Hieron. Præfat. in Ies. De Esaja sciendum, quod in sermone suo disertus sit, nec habens quidquam in eloquio ruficitatis admixtum. Et Majm. More Nev. Par. I I. c. 29. Præterea scito, unumquemque Prophetam peculiare quid habere; & eâ lingua, eâque loquendi ratione, quæ ipsi est familiaris & consueta, ipsum impelli à Prophetia sua ad loquendum ei, qui intelligit ipsum. Sciendum autem crebro hoc occurrere in verbis Prophetæ Jesajæ, minus frequenter in verbis aliorum Prophetarum. Quando enim vaticinatur de gentis alicujus destructione, vel de populi alicujus magni interitu, ait: Stellas cecidisse, cœlos interiisse & contremiscere; solem obtenebratum; terram vastatam & commotam esse, aliisque multis similibus locutionibus parabolicis utitur, sicut apud Arabes, de eo, cui singulare aliquod infortunium accidit, dicitur, quod cœlum ipsius in terram conversum sit, vel, super terram ejus ceciderit. Cunæus de Rep. Heb. p. 456. Inter eos vates, qui de Messia scripsere, per quam disertus est Esajas. Oratio ejus erudita ubique & majestatis plena facile ostendit, quâ esset natus origine. Res si spectes, fulmina ferè sunt, tonitrua & secretissima mysteria. Unde visio Esajæ cum Ezechielis Prophetia à Iudæis pari loco habetur. Vide Majm. More Nev. lib. III. c. 6. Utut verò abstrusa fuerint Prophetæ illius secreta, concedunt tamen Iudæi, Esajam, præter reliquorum vatum sortem, exquisitissimam eorum habuisse notitiam. Sic enim R. Eliezer nomine R. Iose ait: **כָל הַנּוֹאִים הֵוּ מַתְנְבָאִים וְלֹא יְדֻעֵם מَا הֵוּ מַתְנְבָאִים**, Omnes Prophetæ, qui vaticinati sunt, ignorârunt quid prophetarent; Moses verò & Esajas, quod prædixerunt, intellexerunt.

VI. Esajam plu's quam 64. annos, ut minimum, prophetâisse. Calvin. in Es. Vixit, inquit Calv. sub Iothamo, qui 16. annos regnavit: Achaz totidem: Ezechias 29. jam fiunt unus & sexaginta. Adde eos, quibus sub Uria fuit; deinde sub Manasse, à quo imperfectus est, sexaginta quatuor minimum anni erunt.

Et Junius: Non potuit minus annis 45 prophetasse: amplius utrum prophetarit (quod tamen verosimilius est) nihil possumus certò statuere.

II.

יְרֵמִיָּהוּ, *Jeremias*. De quo sic Hieron. *Jeremias Propheta sermone quidem apud Hebraeos Esaja & Osee, & alius quibusdam Prophetis videtur rusticior: sed sensibus par est: quippe qui eodem Spiritu prophetaverit. Porro simplicitas eloquii a loco ei, in quo natus est, accedit. Fuit enim Anathorites: qui est usque hodie viculus, tribus ab Hierosolymis distans miliaribus. Sacerdos ex sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus, virginitate sua Evangelicum virum Christi Ecclesiae dedicans. Quæ de Styli simplicitate adsperrgit Hieronymus, repetuntur ab aliis, tum Iudeis R. Jacob ben Chajim præfat. in Bib. Venet. tum Christianis Cun. de Repub. Heb. p. 456. Christoph. à Castro Iesuit. Complut. Isag. ad Prophet. c. 9. Verum, inquit idem Hieronym. quantum Jeremias in verbis simplex videtur, & facilis, tantum in Majestate sensuum profundissimus est. Nempe calami fuerunt & amanuenses tantum Dei, oī ἄγοις θεοῖς αὐτοῖς. Quemadmodum vero Scriptor peritus diversis calamis uititur commode, aliquando subtilioribus & magis acutis, aliquando crassioribus & obtusioribus, prout ipsi placet aut visum est ad literarum efformationem, & pro calamorum diversitate, easdem pingit diversas, subtiliores nempe vel crassiores, prout penna vel gracilis est, vel crassa. Ita Sp. S. author singularis scripturarum, diversis ingenis & stylis hominum usus est, quibus se attemperavit, quorum alii eloquentia pollebant magis, alii minus, omnium tamen stylum sanctificavit, & direxit, ut unam & eandem veritatis doctrinam, et si variantibus verbis, exponerent, scribit Riv. Is. p. 15.*

Sed & hoc Ieremiæ Prophetæ familiare est, quod rationem temporis in libri dispositione non habuerit, sed ordine turbato, & præpostero pleraque scripserit. Vide comment Calvin. c. 25. v. 1. c. 51. v. 64. Notavit hoc R. Abarbinel proem. in Ierem.

ותמציא בדבריו גם כן המקור ממאחר והמאחר קודם כי לירם.
הנה אחרי שוכר הרבן הבית ותשלוט מלכות צדקה חור בספר מענני
המלך יהויקים שקרם אליו ועם היוות שכבר באו כויזא מהזריות
האללה בשאר הנביאים הפרש גROL יש ביןיהם בין רב למעט והוא
שבשאר הנביאים תמציא זה על המיעט ובברבי ירמיהו הוא על הרוב
כפלי כפלי ממה שנמצא בשאר הנביאים
i. e. Deprehendes etiam in verbis ejus (Ieremias) ταῦτα τε τοιαῦτα, & τοιαῦτα ταῦτα τε τοιαῦτα,
(vide sup. p. 233.) *Ecce enim, postquam recensuit ex cedium templi,
& regni Zedekiae exitum, redit ad narrationem gestorum regis Je-
hojakim, qui tamen eum præcessit. Etsi autem anomalia ejusmodi
occurrant apud reliquos Prophetas, magna tamen est differentia,
alii enim crebrius, alii rarius eas adhibent. Apud reliquos enim
Prophetas rarius eas invenies, sed apud Ieremiam frequentissime,
imò alterum tantum, quantum in ceteris Prophetis. Ipsum hoc
prolixè ex Hieron. & Theod. observavit Christoph. Cast. l.c. c. 3.
Si ordinem, inquit, quem servavit Ieremias in suis edendis Pro-
phetiis exquirere velimus, inveniemus longè diuersum fuisse ab eo,
secundum quem modò traduntur in Biblio. Unde idem author
c. 4. Chronotaxin seu coordinationem Prophetiarum Iere-
mix secundum tempus, quo sunt ab eo editæ, subjicit. Cau-
sam quæris? Non incommodè eam Calvini exprimemus ver-
bis. Ita illa Præfat. in Ies. habent: *Posteaquam Prophetæ concio-
nen habuerant ad populum, brevem ejus summam colligebant, quam
valvis templi affigerent, ut omnibus pateret, ac melius innoesceret Prophetia.* Quæ cum per aliquot dies satis patueret, auferreba-
tur à ministris templi, atque reponeretur in thesaurum, ut perpe-
tuum ejus rei monumentum extaret. Hinc confessos esse libros Pro-
phetarum verisimile est: idque colligi potest ex 2. cap. Habacuc, si
quis ipsum ritè expendat: atq; etiam ex cap. 8. Jesaja. Imò, qui di-
ligenter, & cum judicio versati sunt in Prophetis, mihi concedent,
non semper fuisse, quo decebat, ordine digestas eorum conciones: sed
ut ferebat opportunitas, inde conflatum fuisse volumen. Hæc de Ie-
remia styllo: vitâ, ceterosq; ejus libros nothos & notos, descri-
bunt*

bunt *Calvin. Jun. Christ. Cast.* in comment. *Sixt. Sen. Bibl. S. p. 12.*
 vixit sub regibus Iosia, Iehojakim, & Zedekia usque ad trans-
 migrationem reliquarum Iudearum in Aegyptum, quod & ipse de-
 portatus est; ubi cum Taphnis moraretur, & suis & Aegypto
 universæ cladem comminaretur, quæ mox evenit per Nebu-
 cadnezarem, à suis causis civibus & obrutus lapidibus oc-
 cubuit, ut graves referunt authores, *Tertullianus* in scorp. c. 8.
Epiph. de vita & interitu Proph. *Dorotheus, Chrysostomus, Hie-*
ronymus, Isidorus & Christianus Druthmannus. Sunt qui in Pa-
 radiso terrestri superstitem eum volunt. Sed eadem ratione
 hoc eum collocant, quæ alii Eliam & Enochum, quos Iudei
 tanquam Christi, Pontificii verò ut Antichristi predromos,
 inde aliquando venturos expectant. De obitu Ieremiæ sic lo-
 quitur *Elmakin. hist. Eccl. p. 128.* וְקָתַלְוּ אֶלְיָהוּ מִן־אֲלֹכְלָדָרָנֵין.
 והרב חבקוק אלנבי, אליו ארץ אסמאעיל חמת נול' אל, מצור והרב ארמייא
 אלנבי אל' מצור ותנבי עלי, מצור וקאל אן בכתנאר מלך בבל יצעד אל'
 ארץ מצור ויקטל ויחרק בית אלאננאט ואלהה' מצור ואקאמ עדדה
 סניין יתנבי עלי, מצור ובאבל וגזר וצידא ועמן וקטל רגמא באלהגנאה
 ודרון במצרים ומורה נבוה ארמייא תמאני ותלאהון סנה וקיל אן אלסננדרא
 ולמָא דכָלְלָאֵלִי מִצְרָאֵלִי מִצְרָאֵלִי אַלְאַנְבָּיָאֵלִי אַלְאַסְכְּנָדְרִיהָ וְרִפְנָה
 באָהָא, *Et interfecerunt Iudeos Chaldaei, fugitque Habacuc Prophe-*
ta in terram Ismaelitarum, deinde vero descendit in Aegyptum;
quod & Ieremias Propheta secessit, prophetavitq; contra Aegyptum,
& dixit: Nebucadnezarem Regem Babylonie ascensurum in Ae-
gyptum, occisurum, & combusturum delubra, deosque Aegyptiorum.
Cumque contra Aegyptum, Babelem, Tyrum, Sidonem & Am-
monitas vaticinari non cessaret, lapidibus obrutus succubuit, sepul-
tusq; est in Aegypto. Spatiū vero Prophetie Ieremiæ annorū est 38.
(Iun. numerat annos minimum 43.) Ferunt etiam Alexandrum,
cum ingredereetur Aegyptum, corpus Ieremiæ secum deportasse Ale-
xandriam, ibi q; sepeliisse. Sed & de libri partibus aliquid dicen-
dum.

dum. *Capita* habet 52. *Versus* 1365. *medius* est c. 28. v. 11. *Partes* generales quatuor. *Prima* commemorat varias conciones poenitentiales, ad populum diversis temporibus habitas, quibus *partim* accusat & damnat gravissima ejus peccata, contra legis divinę praecepta commissa, *partim* impoenitentibus comminatur justissimas poenas, siccitatem, excidium urbis, templi, nec non captivitatem Babyloniam, *partim* denique resipientes consolatur promissione liberationis, tum temporalis ex captivitate Babylonica, tum spiritualis ex potestate Satanæ per Christum, quæ omnia variè tractantur ad c. usque 39. *Secunda pars* commemorat complementum hujus Prophetiæ suæ in excidio urbis & captivitate populi, ad c. 46. *Tertia pars* agit de futuris Dei judiciis, adversus vicinas gentes, Iudæorum hostes, Ægyptios, Philistæos, Tyrios, Moabitas, Ammonitas, Phœnices, Syros, Arabes, Persas, Chaldæos & Babylonios, quibus redditurus esset pro merito injurias, populo suo injustè illatas ad c. 52. *Quarta pars* uno capite finitur, repetens historiam excidii urbis, & deportationis in captivitatem Babyloniam, ut iteratione hac, veluti divino signaculo, tota ipsius Propheta obsignaretur.

III.

אֵצְחִיאֵל, Ezechiel. Propheta fuit & Sacerdos, filius Buzi, qui cum Iojacin rege Iuda captivus ductus est in Babylonem; & s. migrationis, ætatis vero 30. anno revelatione divina, populo captivo vaticinari coepit. Vide Hieron. t. 4. p. 11. Calv. prælect. in Ezech. c. 1. Sixt. Senen. Bib. S. p. 13. Observa autem

I. Sermonem ejus nec satis disertum esse, nec admodum rusticum, sed ex utroque mediè temperatum. *Hieron.*

II. Prophetam hunc mysteriorum divinorum ita esse plenum, ut Iudæi ætatem juvenilem à principio & fine Prophetiæ ejus delibando arcendam censuerint. Vide sup. 78. quod **מַעֲשָׂה מִרְכָּבָה**, ut ibi diximus de apprehensionibus **operis**

operis quadrigae (quas Rabbini tribus versic. 1.6.27.c.1. comple-
tuntur: vide *More Nev.* P. 111.c.5.) intelligendum est. Con-
er fBibl. *Sixt. Senens.* p. 13. Quemadmodum vero, ob materiae
difficultatem impubi Iudaeorum juventae aditus, ab Ezechielis
lectione praeccluditur, ita ut a teneris lectioni scriptura eadem
insuecat, prudenter initium facit a Levitico, libro cuius in
quotidiana praxi, domi forisque in templo & synagogis usus
erat longe maximus. ואמר רב אמי מפני מה מתחילין התינוקות טהוריין והקרבנות טהוריין
בתוך ואין מתחילין בבראשית אלא שהתינוקות טהוריין והקרבנות טהוריין
id est, *Dixit Raf Asi, cur parvuli incipiunt legere à Lege sacerdotum, i.e. Levitico, & non à Genesi?*
(Dixit Deus) *Pueri sunt mundi & oblationes quoque sunt mundae,*
veniant igitur mundi, & studeant in mundis. In Berach.

III. Ezechielem in Babylonia mortuum & sepultum scri-
bit *Menaše ben Israël de Res. mort.* p. 23. *Elmak. Hist. Arab. Msc.*
ונטה חזקיאל אלנבי ואן אליהו כתלה, פ' אלסכבי ודרון פ' 128.
קבר סאמך אבן נוח ומורה נבואה עשרון סנה,
Ezechielem Proph-
tam occiderunt Iudei in captivitate, sepultu: que est in sepulchro
Sem, filii Noachi: fuitque tempus Prophetiae ejus annorum 20. Plu-
ra de sepulchro & sepultura Ezechielis refert *Sixt. Senens.* loc.
cit. & *R. Benjam.* in *itiner.* p.m. 78.79.

Habet autem Prophetia Ezechielis capita 48. *versicul.* 1273.
medius est c. 26.v.1. *Partes* duas. *Prima* continet in mirabilem
visionem de vocatione Ezechielis ad munus Propheticum,
ejusdemque muneric confirmationem capitibus tribus pro-
ribus. *Secunda* complectitur vaticinia Ecclesiae captivae diver-
sis temporibus Dei iussu proposita. Ea rursus duorum sunt ge-
nerum. *Alia* enim loquuntur de calamitatibus Iudeorum,
excidio urbis & templi, nec non captivitate Babylonica ad c.
25. *Alia* vero agunt de ejusdem populi restitutione, tum cor-
porali ex captivitate Babylonica per Cyrum Persarum regem,
tum spirituali olim eventura per Christum, in carne exhiben-
dum, sed non illi in consumatione seculi absolvenda, ad finem.

Hac

Hæc de Prophetis *Majoribus*, sequuntur

מִנּוֹרִים, *Minores*; de quibus in genere multa possent observari, ni brevitatis studium aliud suaderet. Consuli possunt *communes* in *Prophet.lib.disputat.* *Ariæ Mont.* Comment. in *Prophet.* *minores* præfixæ. *Hoc unum observa*: Nec de serie collocationis, nec tempore Prophetarum minorum omnium ex sacris Literis quicquam definiri posse. Fuerunt nonnulli coætanei & eodem tempore ministerio Propheticō functi, ut qui præponendi sint, qui postponendi, difficile sit conjicere. Unde scribit *Hier.t.4.p.12. non idem ordo est Prophetarum apud Hebraeos, qui est apud nos.* Claris. *Altius*. temporis serie observata, ita eos disponit: Ionas, Amos, Hoseas, Ioël, Micheas, Nahum, Sephonias, Habakuk, Obadias, Haggai, Zacharias, Malachias. Aliam disponendi init rationem Arias Montanus: *Si ex temporibus*, inquit loc.cit.p.4. *cujusque omnium ordo statuendus fuit, definiri hoc modo debuerat, ut Abdias primus, secundus Jonas, post hos Hoseas, Amos & Micheas collocarentur: deinde Joël, Nahum & Habakuk, qui fuerunt in diebus Manasse, post quos Sephonias, qui Josia regnante fuit: postremi vero Haggæus, Zacharias, & Malachias, qui post transmigrationem Babylonis fuere vaticinati. Sunt vero, pergit idem, qui dicunt duodecim Prophetas hos sic olim à LXX. Interpretibus dispositos, in antiquis Græcorum libris aliquando fuisse, ut ordine Hoseas, Amos, Micheas, Joel, Abdias, Jonas, Nahum, Habakuk, Sephonias, Haggæus, Zacharias & Malachias numerarentur.* *Torniellus* alium sequitur ordinem, vide A.M.3238.n.4.

Sunt autem Prophetæ *Minores*

תְּרֵיסָר עֲשֶׂר, שְׁנַיִם עֲשֶׂר, vel Chaldaicè תְּרֵיסָר עֲשֶׂר, & contractè XII. Græci vocant Δωδεκαπόλις. Observa autem ex Hieron. *Unum librum esse XII. Prophetarum*, id est, in unum redactos librum, ne nempe particulatim perderentur, ut *Kimchius*, *Buxt* in Clav. *Masor.p.290.* & *Bibl.Rabb.p.470.* *Ar. Mont.lib.cit.p.5.* & *Drus.*

Quæsit. per Ep.p. 140. asserunt. Unde, quod El. in tab. fract. tab. i. orat. 10. exemplis probat, Masorethæ XII. Prophetarum scripta usitatissimè ספרא librum appellant. Hinc etiam author lib. Nizz. p. 14. testimonium ex Malach. 3. v. 16. citaturus, scribit. *וְהִיא כְתֵב בַתְרֵי עֶסֶר Ecce scriptum est in סָפָר*. Sed obvia hæc sunt.

Nos singulos, Veterum Iudæorum in *Bava batra* seriem fecuti, hoc ordine sistimus, non tam de cuiuslibet rebus gestis (quas ex Bibl. *Sixt. Senens. Ariæ Montani, Calvini, & Gualteri* comment. petere licet) quam de librorum partibus solliciti.

I.

חֹזֵק, *Hoseas*, qui vixit sub Uzia, Iothamo, Achazo & Ezechia, Regibus Iudæ. Prophetæ Iesajæ σύγχρονος, i mō, scribit author *Zemach. Dav. p. 17.* נָבוֹאֹתוֹ קָרְבָּה לְנָבוֹאת יְשֻׁעָה, *Prophetia ejus præcedit Prophetiam Jesajæ*. Filius fuit Beeri, id est, putealis; sic fortassis fuit nominatus, quod legis & divinæ doctrinæ uberrima copia apud ætatis suæ homines affluxerit, scribit *Arias Mont. Epiphan.* tradit, fuisse eum oriundum ex tribu Isaschar. Prophetiam reliquit, quæ capitibus absolvitur 14. Partibus II. *Prima* parte describit occasionem vocationis suæ ad munus Propheticum, nec non conjugium divinitus contractum cum scorto, hujusque mysterium adumbratum capit. 3. *Secunda* parte graviter perstringit peccata populi, Sacerdotum & Regum, additis comminationibus iræ divinæ adversùs impoenitentes, adversùs pœnitentes verò promissiones gratiæ per Christum præstandæ. Clarè satis de vocatione gentium & reprobatione Iudæorum est vaticinatus. *Calvin.* comment. in hunc Prophetam scribit, *eum ultra 45. annos prophetâse.*

II.

יְהֹוָה, *Ioël*, Propheta Iudæ, eodem ferè tempore vixisse creditur, quo Hoseas *Alting. Ar. Mont.* Nam de certa annotatione tempore

poris in S. Scriptura nihil habemus. *Calvin.* in *Ioël.* Vide *Zem.*
David p. 20. & lib. *Iuchas* p. 12. S. γενων. *Sixt. Senens.* p. 14. scribit, *eum sub Ioramō, filio Athabi claruisse, &* quod *Arias Mont.* addit, *ad tempora usque Manasse in Prophetico munere stetisse.* Idem arbitratur, eum appellatum fuisse filium Pethuel, *ut ex nomine panis ac bucellae Dei, rati ad annonā & frugum desiderandarum imaginem vaticinum editum fuisse videatur.* Capita habet 4 partes *II.* *I.* Commemoratione calamitatum & comminatione poenarum gravissimarum ad resipiscientiam publicam Iudeos hortatur, cuius formulam præscribit c. 1. & 2. ad v. 8. *II.* Subnequit promissiones gratiæ ac benedictionis divinæ, tum temporalis, quā futurum sit, ut ab omni malo liberentur, tum spiritualis, in Christo exhibenda.

III.

עָמֹד, *Amos*, ordinatus Propheta, regno Israël, qui in eundem συγχρονισμὸν incidit. Vaticinatus est tempore Uziæ, per biennium. Ex bubulco in ordinem Propheticum fuit allectus. Oriundus ex oppido Thecoa, quod *Epiphanius* collocat in tribu Zabulon, Hieron. in tribu Iuda. Vide *Sixt. Senens.* p. 14. In lib. *Iuchas* p. 12. Vocatur (confer Lex. Talm. *Buxt.* p. 1626. 1770.) לְשׁוֹן בְּלֵאַת, blæsus, quod naturæ vitium ipso nomine עֲמֹד, quod onerosum notat, innui volunt. Absolvitur Prophœtia ejus cap. 9. partibus 3. I. Est concio gravissima adversus gentes vicinas populi Israëlitici & ejus hostes, utpote quæ perpetuis injuriis & bellis populum Dei vexabant c. 1. & 2. versibus tribus. II. Est denunciatio variarum poenarum propter varia peccata, quæ tum regno Israelitico, tum Iudæ justissimo Dei judicio obventuræ erant, inde à c. 2. v. 3. ad c. 7. III. Est denunciationis hujus Prophœticæ confirmatio per visiones diuinæ, ad majorem prædictionis ασφαλειαν, capitib. ultimis.

IV.

עֹבֶד־יְהוָה, *Obadias*, vel *Abdias*. Hunc quidam volunt Semicenturionis
 Ppp 2

nis seu Quinquagenarii dignitatem gessisse apud Ochaziam, Regem Israël : à quo cùm post duos quinquagenarios, cœlesti igne absuntos, missus esset ad comprehendendum Eliam, deserto Rege, ipsi adhæsit. *Hieronymus* arbitratur eum fuisse virum illum, qui, ut 1. *Reg.* 18. legitur, temporibus Achab, & Iezabelis 100. Prophetas, speluncis abditos, pavit. Cum quibus facere videtur *Ar. Montan.* loc. cit. p. 5. qui etiam monet, præcedentes aliquot Prophetas sua ab Abdia mutuâsse. Sed falli eos existimat *Calvinus*, qui ante tempus Esajæ Obadiam vixisse putant. Rabbini nonnulli tradunt, Edumæum illum fuisse. Vide *Sixt. Senens.* Bibl. S. p. 14. Sed, quicquid sit de patria, rectè Cl. Alting. ex ipsius Prophetiæ disertissimis verbis colligit, Obadiam post deportationem demum Iojakimi, & Templi destructionem prophetâsse. Prophetia, contra Edumæos conscripta, capite uno, partibus verò absolvitur duabus. I. Denuo venturas eorum poenas, quod Iudæis afflictis, afflictionem ipsi addiderint. ab init. ad v. 17. II. Subjicit prædictio-nes de Christo & ejus regno, spiritualib[us]que beneficiis, quæ in Ecclesiæ per Evangelii prædicationem erogaturus esset, ad finem.

V.

Ιωάννης, Jonas. Hunc *Epiph.* & *Hieron.* existimant filium fuisse viduę Sareptanæ, in vitam revocatum ab Elia. Unde fortè Rabbini ipsum αὐγχεγον faciunt Elisæo Prophetæ. *Zem. Dav.* P. 1. p. 17. Sed repugnat S. Scriptura, quæ, Iudæum illum, non gentilem fuisse, expressè refert. Filius fuit Amithai, ex regione Hepher & viculo Geth, secundo à Sephorim milliari versus Tiberiadem, in tribu Aser. Alii aliter. Vid. *Sixt. Senens.* p. 14. Prophetâsse creditur sub Ieroboamo II. vel saltem non multò antè, sub Ioa, patre ipsius, vide 2. *Reg.* 14. Prophetia ejus ad Ninevitas edita 4. complectitur capita, partes generales duas. *Pri-ma* describit vocationem suam, fugam, resipiscentiam post fugam,

gam, & miraculosam è ventre ceti liberationem. Secundâ proponitur ejus vocatio, & concio ad Ninevitas habita eorum Resipiscientia & conservatio, ob quam, infirmitate humana, indignatus cum Deo expostulavit, c. 3. & 4.

VI

Μιχαήλ, Micheas, Esajæ σύγχεος, vide comment. *Gualt.* p. 165. *Zem. Dav.* p. 19.b. cum quo etiam multa habet communia, ut ex collatione utriusque Prophetiæ manifestum est. Patria fuit Morastites, ex urbe Maresia, juxta *Chald. Paraphrastem*, cuius mentio fit *Iof.* 15. Adjudicata illa fuit tribui Iudæ: vide *Gualt.* p. 164.b. *Ariam. Mont. in Proph. Min.* p. 471. *Sixt. Senenf. Bib.* p. 14.b. Hieronymus suo tempore adhuc juxta Eleutheropolium viculum fuisse scribit, qui veteris nominis vestigium servârat. Prophetare coepit sub Iothamo, perrexit sub Achazia & Ezechia. *Capita* habet 7. *partes* tres. I. Parte accusat peccata ac scelera populi sui, eisque impenitenti pœnas comminatur, resipiscenti verò gratiæ veniæque spem facit, 1. & 2. II. Vaticinatur de regno Christi, ministerio Apostolorum, per totum terrarum orbem propagando, c. 3. 4. 5. III. Repetit tuim combinationes priores, adversus impenitentes, tum promissiones, pœnitentib. propositas.

VII.

נוֹחַ, Nahum, Elkofai, vel à patria, juxta *Hier.* vel à familia, juxta *Chald.* & *R. Sol.* vel à munere, juxta *Ar. Mont.* sic vocatur. A'χεοντος est, tum quoad vitæ, tum quoad Prophetiæ exordium. Vulgo tamen, ex Hebræorum sententia, Ioël, Nahum, Habacuc ad Manasse temporâ referuntur, vide *Zem. Dav.* p. 20. & *Ar. Mont.* p. 538. *Calvin. in Min. Proph.* p. 45 1. Eum autem, quod impius & iniquissimus fuerit, indignum, quem suis libris appellarent, scriptores illos sacros existimasse. Sic Iudæi: sed gravior longè causa subest. *Solet enim Spiritus Sandus*, inquit *Gualterus*, in

describendis Prophetarum & Apostolorum vitis parciſſimus eſſe, ne Dei verbum ex hominum authoritate aſtimemus, ſed in illud unum ſimius intenti. Id quod contra Pontificios, qui Scripturas ſuam authoritatem ab Eccleſia accepiffe clamant, eſt obſervandum. Certe, cūm nihil ſit ſcepticis quibusdam ingeniis magis curꝝ, quām impie querere, unde nobis conſtet de hujus vel illius libri authore? videtur Spiritus Sanctus, consulto circumſtantias ejusmodi ſuppreſſiſe, ut curioſius invēſtigare, nolimus, velimus, ceſſaremus. Conſtat autem Prophetia & capitibus, & partibus tribus. I. Denunciatio generalis graviflormorū malorum, quę Deus in Aſſyrios, juſto ſuo iudicio, immiſſurus eſt. II. Prædictio excidii urbis Niniue, non prout à Jona factum fuit, ſub tacita resipientiæ conditione, ſed abſolute, quòd conſtitutum eſſet Deo in peccata animadvertere, abſque illa mora vel gratia. III. Continetur commemoratio cauſarum, quibus grave iudicium Dei erant commeriti.

VIII.

חֲבָקֻק, *Habakuk*. De hoc etiam R. Dav. Gans in Zem. Dav. p. 21. **לֹא יִדְעַנוּ דָרוֹן**, *Nescimus ætatem ejus*. Sunt qui aſtimant fuifſe illum, **בֶן שׁוֹנְמִית**, *filium ſumanitæ*. Sic Paraph. Chald. vide etiam lib. *Juchas*. p. 12. Sed hos refutat ratio Chronologica, ut obſervat Ar. Montanus p. 571. Hieron. Epiph. Sixt. Senenſ. & alii ſcribunt, vixiſſe eum tempore captivitatis Babylonice, annisque duobus ante reditum populi Judaici ex captivitate, ē vita diſceſſiſſe. Verūm, inquit Gualt. p. 252.b. quia de corruptiſſimiſ ſui ſeculi morib⁹ conqueritur, & de Chaldaeorum adventu ratiocinaſſur, hujus excidium & captivitatis tempus praecesserit oportet. Unde Cl. Alting. ſentit, vixiſſe eum ante captivitatem. **Kabbala Judaica** (quam Latini & Græci ſcriptores, teste Aria Montan. hoc loco magno conſenſu ſequuntur,) tempus Menaffe ei aſſignat. Hoc iudicium Gualterus noster non ſequitur modō, ſed & evidentiſſimiſ rationibus conſirmat. Vide etiam Ar. Montan.

zān. Partes, pro numero capitum, tres sunt: *Prima* parte Ju-
dæis impiis denuntiat exitium, idemque Chaldæis ob varia
peccata, in primis propter tyrannidem adversus populum
Dei, exitium comminatur c. i. *Secunda* parte prædictit Christum, regnumque ipsius, nec non spiritualia beneficia, quæ ab
eo in fideles essent redundatura, idq; prioris capituli parte; par-
te autem altera exitium Chaldæis seu Babylonii denuntiat.
III. Complectitur carmen Eucharisticum, quo tam judicia
Dei adversus hostes, quæm beneficia in Ecclesiam prædicat,
atque ita Prophetiam suam concludit.

IX.

לְפָנֵי צְבָא *Zephania, vel Sophonias*, qui fuit ex ultimis eorum, qui
ante captivitatem prophetarunt, coætaneus Jeremiæ. *Inscri-
prio ostendit*, ait Calv. 30. ferè annis antequam populus, excisa urbe
& templo everso, in exitium abiret, exercuisse docendi munus
cum Jerem. Sub solo docuit Josia. Vide Gualt. p. 277. b. De
eius majoribus, Chusi, Gedalia, Amana, Ezechiae nonnulla
ex Hebraeorum monumentis eruit *Arias Montan.* libr. cit. p.
636. *Sixt. Senens.* p. 15. sed incerta sunt omnia. Ejus vaticinia
capitibus tribus, partibus vero absoluntur duabus. *Prima*
parte concionatur contra Judæos, ultiōnemque divinam
contra Babylonios sollicitat, c. i. & parte secundi. *Secunda* Pro-
missione adventus Christi & constitutione regni ipsius affli-
ctos Iudæos consolatur, sub finem c. 2. & 3. toto.

X.

וְגַגְעָס, *Haggæus*, qui anno Darii (quis vero ille fuerit Darius, non
fatis perspectum est, *Gualterus noster*, sequutus *Josephum*, exi-
stimat fuisse filium Hyrcaspis, homil. 1. p. 299.) regis secundo,
mense sexto & die mensis primo, Prophetare coepit. Juvenis
Babylone rediisse, & anno postreditum 50. Hierosolymis obi-
isse

isse scribitur, *Senens*. p. 15. Et capita, & tmemata habet duo. *Pri-*
ori, reprehensis peccatis populi, eundem ad continuandam &
 absolvendam templi structuram exhortatur, c. i. & initio se-
 cundi. *Posteriori* agit de adventu Christi & gloria templi secun-
 di, quæ ei à Majestate Christi est accessura, versibus reliquis.

XI.

וְנִירַת, *Zacharias*, filius Barachiæ, nepos Iddo, ejus nimirum,
 quem Nehemias inter sacerdotes numerat, qui cum Zoroba-
 bele ex Babylone ascenderunt. Eundem *Gualterus* existimat
 cum eo, cuius mentio fit *Matth.* 23. Et tempore, & Prophetiæ
 argumento cum Haggæo coincidit. Continet Prophetia c. 14.
 Partes III. *Prima* non tantum populum Iudaicum, in patriam
 restitutum, sed ipsum sacerdotem Iosuam & ducem Zoroba-
 bel ad ædificandum exhortatur. *II.* Occasione jejunii, à Iu-
 dæis exulantibus instituti, repetit doctrinam de vero Dei cul-
 tu, contra cultus adulterinos humanos, c. 7. & 8. *III.* Prophe-
 tat de Christo, ejus in Ecclesiam beneficiis, & adversus hostes
 Ecclesiæ judiciis, tanta evidentiæ luce, ut vix apud ullum Pro-
 phetam V. T. plures circumstantiæ deprehendantur vitæ &
 conversationis Christi, quam apud Zachariam.

XII.

מֶלֶךְ, *Malachias*, quem noñnulli cum Mardochæo; Iudæi (quod
 non usque adeò improbat *Calvin.* in coñ.) cum Esra faciunt
 eundem, vide *Zemach Dav.* p. 25. a. *Sixt.* *Senens*. p. 15. Quos
 tamen refutat *Ar. Mont.* p. 831. Hieronymus Origeni hanc im-
 pingit sententiam, quasi credidisset, Malachiam Angelum
 fuisse de cœlo. Id quod ipsum à verò abhorrere monstravit
Ar. Mont. lib. cit. Homo igitur fuit, et si quis, veteres non tra-
 diderint. *Epiphanius* scribit, natum eum esse in oppido Sopha,
 in tribu Zabulon, sortitumque fuisse nomen Angeli, ob for-
 man præstantem, inculpatissimosque mores. Quisquis fue-
 rit

rit, magna semper ejus fuit in Ecclesia authoritas. Zachariam, Haggæum, & Malachiam contemporaneos Hebræi consti-
tuunt, *Zem. Dav. p. 24. b.* qui Synedrii magni assessores erant
celeberrimi, *Id. Ib.* Capita Prophetia complectitur iv. Partes ii.
Primā objurgat gravissima peccata sacerdotum & populi, cir-
ca cultum Dei, circa leges connubiorum divinitus sanctitas,
c. 1. & 2. *Secundā* consolatur pios promissione gratiæ, exhiben-
dæ in Christo, cuius prodromus futurus Elias, id est, Iohannes,
Spiritū Eliæ armatus, quem dum ipsi præstolantur, hor-
tatur, ut legem Mosis jugiter meditentur, ejusque observatio-
ni constanter inhærent.

Vocatur aliás

חותם הנביאים, *Sigillum Prophetarum*. Vide sup. p. 326. *Lib. Nizz.*
p. 200. quia videlicet post Malachiūm ordo ac series Prophe-
tarum V. T. abrupta, & scriptio ἀντόπις Θ seu θεόπνευστη in
Prophetarum libris defecit. Etsi enim Deus deinceps viros, pro
misericordia sua, excitārit, dotibus insignibus illustres, ad vin-
dicandam doctrinā, & restituendam Ecclesiam, nullus tamen
vocatione Prophetica præditus fuit, id quod ex sacris & Eccle-
siasticis monumentis haud difficulter probari potest. Vide *Ge-
nebrar. Chronol. p. 189.* Numerus capitum totius σωματιου τούτου
φίτις est 68. vers. 1050. Medius est Mich. 3. v. 12.

SECTIO III.

De

HAGIOGRAPHIS.

בְּחוֹבִים, Chald. *scripta, γεγραφία*, ut Emphaticè verbit *Epi-*
phanius: Aliás in Theologorum Scholis vocantur ἀγιόγεγρα,
sic dicta **כתובים ברוח הקודש**, *quòd scripta sint per Spiritum*
Sanctum, ut loquitur *Kimch. Præfat. in Psal. Majm. More Nev.*

Qqq

Par.

Par.II.c.45.p.317.318. *Elias* in Tisb.R. Vide & Clav. Ma-
foreth. *Buxr.* p.256. Separantur autem à Prophetis ideò, quòd
non per somnium, visionem, auditionem vocis, Ecclasiū aut
alienationem mentis, ut vatum oracula, sed per Spiritum S,
immediatè authoribus suis, integris sensibus dictati esse di-
cuntur.

I.

חנוך מנוֹת, *Quinque libelli*, Iudæis *וְגַת'* δέξοχες sic dicti, & per
annum in festis legi soliti, hoc ordine

a.

שיר השירים, *Canticum canticorum*, id est, *Canticum excellentissi-
mum & præstantissimum*, quod totum est *ספר שיר השירים*, sub typo conjugii Solomoni & Pharaonis filia depin-
gens, & vivis coloribus exhibens spirituale illud conjugium,
quod inter Christum est & Ecclesiam. Certè ipsi Judæi quoq;
largiuntur, mysticè omnia esse intelligenda, non verò *אֵלֶיךָ תִּרְאֶנָּה*, *ארז כל שלמה האמור בשיר השירים קדוש*. Dicunt (scribit
R. Lip. in *Nizz.* p.178. & *Majm.* in *Jef. Tor. c.6.S.12.*) Rabbini
nostris b.m. omnis Solomo, cuius in *Cantico Canticorum* fit mentio,
sanctus est. Quasi dicant, omnes hic vagas aut profanas cogita-
tiones procul esse abigendas, neque locum iis cedendum. Cur
verò deinde Christianos, quasi secus illi statuant, refutet, non
video. Nullus enim, quod sciam, à Castalione & aliis quibus-
dam si discesseris recentioribus, est, qui Solomoni potius &
filia regis Ægypti Epithalamium, quam Christi & Ecclesiæ es-
se voluerit. Vide Loc.comm. *VVal.* p.49. *VWasr.* thef.S.27. &
Conr. Diet. d. at.p.42. Quemadmodum verò Hieron. præfat. in
Ezech de Hebræis refert, quòd, nisi quis apud eos *אתarem* sacerdo-
talis ministerii, id est, tricésimum annum impleverit, nec principia
Genesios, nec *Canticum canticorum*, nec hujus voluminis (*Eze-
chieli*) exordium & finem legere illi permittatur; sic pruden-
ter meo judicio agunt, qui nec legendi, nec commentandi ini-
tiūm

tium faciunt ab hoc libro. Cum judicio certè & summa reverentia, animique devotione ad Μυστηριώδεσταν hoc Epithalamion est accedendum. *Capitu*a autem habet 8. *versus* 117. *medius* est c. 4.v.14. Partes quatuor. I. Celebrat sponsalia inter Christum & Ecclesiam. II. Exponit mutuum amorem Christi sponsi, & Ecclesie sponsæ. III. Addit reconciliationem sponsi cum sponsa, quum non raro contingat, ut sponsa sponsum peccatis suis offendat. IV. Professione mutui amoris & læta spe nuptiarum, in cœlo celebrandarum, totum Canticum concludit.

b.

תְּרִיר, *Libellus Ruth*. Ejus scriptorem eundem esse volunt plerique, qui fuit libri judicum. Samuelem nempe, *VVal*. Loc. Commun. p. 48. Vide proinde *sup*. p. 469. Alii statuunt excerptum eum esse ex magno illo annalium libro regum Juda & Israëlis, cuius aliquoties mentio fit in libris regum: quique amissus est absque necessariæ doctrinæ salutis iactura. Vide Comment. *Lud. Lavat*. p. 1.b. Historiam Ruth Judæi accidisse scribunt tempore Abzan Judicis, quem ipsum Boazum fuisse Talmudici & R. Leyi ben Gerson tradunt. Vide lib. *Juch*. p. 10. & *Zemach David* 11. b. Absolvitur autem capit. 4. *versic.* 33. *medius* est c. 2.v.21. Partibus duabus. I. Describit migrationem Ruth Moabitidis in terram sanctam c. 2. Secundâ commemorat secundas Ruthæ nuptias cum Boazo, propinquitas jure eidem concessas.

c.

תְּרִיר, *Quomodo*, aliâς *תְּרִיר*, *Threni Jeremiæ*, quibus lamentabilēm urbis eversionem, & populi captivitatem deflevit. Carmen est vel θρησκεία, metro Alphabetico constans. Vide *Sixt. Senens*. p. 13. *Habes in lamentationibus Hieremiæ*, scribit *Hieron.* ad *Euseb.* quatuor Alphabeteta, è quibus duo prima quasi sapphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi connexi sunt, & ab una tantum litera incipiunt, heroici comma concludit. Tertium

verò Alphabetum trimetro scriptum est, & à ternis literis, sed eisdem trini versus incipiunt. Quartum Alphabetum est simile primo & secundo. Nolumus genus Carminis, quo Spiritus Sanctus tum in Threnis, tum alibi in θρηνίοις, θπανδόις, θπιθαλαμίοις, Proverbii, Jobo, Psalmis, &c. usus est, hoc loco examinare. ostendit Cl.D.Gomarus in Lyra sua Davidica, magno studio, laboreq; aliquot annorum indefesso, concinnata, cum versibus lyricis illud convenire. Sufficiat ex Hieronymo indicasse, aliud longè carminis genus veteribus Judæis in usu fuisse, quam hodiernis apellis, qui Poësin suam, qualis nunc quidem in usu est, ab Arabibus, ut alia multa, mutuârunt. Habet autem Lamentationum liber *capita 5. versic. 154.* *Medius* est c. 3. v. 34. *Partes* duas. *Prima* continet gravissimam querimoniam & lamentationem, partim ob peccata populi, Sacerdotum & Regum, partim ob destructionem urbis, vastationem provinciæ & populi in captivitate Babyloniam abductionem, Cap. primis quatuor. *Secunda* subjicit supplicem & patheticam precationem, quā Ecclesiæ nomine, Deum orat, ut pro misericordia sua populo gratiam facere, eum à malis liberare & gratiosè restituere dignetur, c. 5.

d.

קְהַלֶת, *Ecclesiastes*, masculinum, sub terminatione fœminina, cum nomen sit officii: Vide *Grammat. noſt. Hebr. p. 38.* Librum hunc à Solomone certum & indubitatum poenitentias suę ab omni vanitate testem esse relictum, viri pii & docti credunt. Sic *Alting. Theol. Hist. Loc. 2. VVaf. in thesibus S. 27.* Testantur tamen antiqua Judæorum monumenta, quod Rabbi ni eum voluerint לְגֹנּוֹן, ἀπορεύειν, id est, inter Apocrypha referre. Sic enim *Maj. c. 2* legitur: נִשְׁׁחוּ חֲכָמִים לְגֹנּוֹן סְפִּיר שְׁבַת בְּנֵי שְׁרֵבְרִי מִפְנֵי קְהַלֶת סְפִּיר שְׁרֵבְרִי, id est, Voluerunt sapientes aporeūteū librum *Koheleth*, eo quod verba ejus inter se pugnarent. Vel, ut habet R. Majm More Nev. I. II. c. 28. מִפְנֵי שְׁרֵבְרִי נוֹתִים, quia verba ejus declinant ad haeresin. Vel, ut est in Meon:

אשר דבריו בו אינכם מוחכמה אלהיות ותורנית כמו. *Meor En. p. 75. a.*
quod verba, quae in eo continentur, sapientiam divinam & legalem non aequè spirant, ac reliquorum ejus librorum. Vide *Aben Esr. Eccles. c. 7. v. 4.* Et Itinera desert. *Gerardi Veluyik.* p. 48. ubi & de Ezechiele ex scriptis Rabbinicis idem commemorat. *Vorst.* item ad Majm. p. 87. & Lex. *Talm. 61.* Verum est, ut loquitur *Majm.* loc. cit. בלא שך אענין אין פי טאהר דך. אלכתאב אמר תנווה נחו אריא ערכיה ען ארא אלשריעה תחתאג אליל, *absque dubio nonnulla occurrant, quae φαινομένως contraria sint rationibus legis, ac proinde opus habeant explicationibus,* nihilominus tamen, omnibus accurate expensis, sententiam mutarunt, ולא גנווהו מפני שתחלתו דברי תורה וסופו דברי תורה וקונת שלמה סמוך. *nec inter apocrypha retulerunt, propterea quod videbant & principium ejus, & finem ejus verba legis continere, id est, cum lege Dei convenire.* Unde in *Zem. Dav. p. 13.* לעת זקנות שלמה קהלה, למייתתו שרתה עליו רוח הקודש ואמר שלמה ספריהם הלו משלו שיר חסידיים קהלה, *Tempore senectutis Solomonis, cum vicinus jam esset morti, habita vit super ipsum Spiritus Sanctus, dixit que (composuit) Solomo sequentes libros, Proverbia, Canticum Cantorum, & Ecclesiasten.* Vide & *Seder Olam Rabba c. 15.* Cur vero de hoc libro dubitatum aliquando fuerit, vide infra de Proverbiiis Solomonis.

Constat autem Ecclesiastes cap. 12. versic. 166. medius est c. 5. 7. partibus principalibus duabus. Prima parte differit de summa hominis felicitate in hac vita, ostenditque eam non esse sitam in possessione terrenorum bonorum, sed partim, & quidem principaliter, in sensu favoris Dei, dependenti ex filiali ejus amore, partim hilari fruitione eorum, quae ad hujus vitae usum Deus paternâ providentiâ cuique admittitur. Secunda dehortatur à solicitudine acquirendi bona terrena, tanquam vanissima: Exhortatur vero ad veram felicitatem, in primis gaudium spirituale, item hilarem fruitionem eo-

rum, quæ Deus pro sua benignitate ad hanc vitam suppeditat, quæ mira partium per tristatione permiscentur. Vide etiam Layat. comment. in Eccles. & Serrani præfat. in Eccl. p. 15.

e.

מְגֻלָּת אֲסֹתֶר, *Volumen Esther*, scriptum vel à Mardochæo, juxta Aben Es. & alios; vel ab Esra. Dubitant quidam, scribit VValæus Loc. comm. p. 49. de libro Estheræ, quia Dei nomen ne semel quidem in eo occurrit. Sed rectè notatur ideo fieri, quia hæc historia in usum populi fuit magnam partem translata ex Chronicis Regum Persicis, ad fidelitatem narrationis. Quid scioli nonnulli contra hujus libri authoritatem moverint olim, non moramur: certum nunc est, illum non tantum communis Rabbinorum effato inter Hagiographa referri, (Vide More Nev. l. 2. c. 45. **מְגֻלָּת אֲסֹתֶר בְּרוֹחַ הַקָּדוֹשׁ**, *Liber Esther dictatus est per Spiritum Sanctum*) sed & pari loco cum ipsa legi Mosaica haberi. Unde in Hil. Meg. c. 2. S. 18. **כָּל סְפֵרִי הַנְבִיאִים וְכָל** **הַתּוֹבוֹת עַתְּדִין לְבַטֵּל לִימֹות הַמֶּשֶׁיחַ חִזְצִינְתָּן מְגֻלָּת אֲסֹתֶר רְדֵי הַיָּאָה**, id est, Omnes libri Prophetici & Hagiographi abolebuntur diebus Messiae, excepto libro Esther, qui eque stabilis est, atque Pentateuchus. Hinc, ait Buxt. præfat. in Synagog. Jud. præ omnibus sacræ Scripturæ libris, Estheræ libellus ipsis charus est & acceptatus. Causam habes Ibid. & in aureo Cyrilli Constantinopol. Episcopi & Martyris Ιερολομ. p. 85. libello. De nomine אֲסֹתֶר, Esther, quod Persicum omnino est, stellum significans, & cognomine חַדְסָה, myrtus, vide Lex. Talm. Buxt. p. 154. 178. & 597.

Vocatur alias נָגָר' מְגֻלָּה

מְגֻלָּה, *Volumen*, solebant enim veteres peculiari volumine, & quidem sine ulla distinctionum notis, Estheræ historiam consignare: *Tale exemplar*, scribit Buxt. de orig. Punct. p. 49. antiquissimum, in membrana descriptum, & ligno circumvolutum, habeo. Constat verò libellus Esther Cap. 10. vers. 166. medius est

est c. 6.v. 10. *partibus* majoribus tribus. I. Narratur evectio Esteræ ad connubium Regis Ahasueri (qui quis fuerit, vide apud *VVal.* in Loc. commun. p. 50. Xerxes nempe ille potensissimus Monarcha) & regnum Persicum, c. 1. & 2. II. Subjecitur exitiale illud Hamanis consilium de delenda tota Judaica gente, ad c. 6. III. Subiectur gloria populi à praesentissimo exitio per Mardochæum & Estheram liberatio, simulq; summa Mardochæi in regno Persarum dignitas.

II. Altera Hagiographorum pars sunt sequentes sex libri, tres *Poëtici*, *Prophetici*, & duo *Historici*. Primus est liber

a.

□ תְהִלָּי, *Psalmorum, hymnorum, laudum*. Forma est mascul. anomala, quā utuntur Rabbini, loco sc̄m. תְהִלָּות in Bibliis usitatæ. Observa:

I. Librum Psalmorum vocari □ ספר תהלי, *Librum laudum*, non quod nullæ querelæ, deprecationes, gratiarum actiones in eo contineantur; sed à parte potiori, quod plerique sint auctores. *Drus.* Quæst. Heb. p. 93.

II. De Psalmorum authoribus variare eruditorum judicia. Plerique decem definiunt; discrepant tamen in per sonis. *Nicolaus* recenset, Davidem, Moysen, Solomonem, tres filios Kore, Asaphum, Etham, Heman & Idithū. R. *Ged.* in Schalsch. hakkabb. Abraham, Mosen, David, Solomo, Asaph, Heman, Idithum, tres filios Koreh, & Esram, p. 68.b. R. *Sol. Jarchi* Adam, Melchisedek, Abraham, Mosen, David, Selomoh, Asaph, & tres filios Koreh. Cæteri Hebraei, referente *Kimchio* præfat. in Psal. Adam, Melchisedek, Abraham, Asaph, Heman, Idithum, Mosen, & tres filios Koreh, Asir, Elcana, Abiasaph. Vide *Drus.* Quæst. per Epist. p. 3. i. Sunt etiam ex Judæis, quos sequitur *Augustinus* & *Chrysost.* Beda & alii, (quibus astipulatur *Torniel* a. M. 2964. n. 6.) qui uni & soli Davidi Psalmos omnes adscribunt. *Aben Ezra* tamen & alii, *Athanasius*, *Hilarius*,

rius, Hieronymus, plerisque attribuunt Davidi (vide ann. Tor-
 niel. a. M. 2964. n. 14.) reliquos iis, quorum præferunt nomina.
 Et hæc sententia tutissima est. Quod de Psalmis tam θεού φοις,
 quām αἰνειαράδοις intelligi potest. Drus. Quæsl. per Ep.
 p. 36. Morin. Exercit. Bibl. p. 273. Sixt. Senens. Bibl. S.p. 10. Ri-
 ver. proleg. in Psal. Volunt tamen nonnulli, ut, qui cujus sint,
 titulum non habent, iis deputentur, quorum in prioribus
 Psalmis continentur. Hinc cùm Psal. 90. Moysi inscribatur,
 Hieron, colligit decem sequentes ejusdem esse, et si sunt αἰνει-
 γαθοί. Versus duos ultimos Psal. 51. tribuunt לחסידי בבל, San-
 die Babel. Vide R. Efr. & R. Sol. Syrorum de authore Psalmoro-
 rum sententiam describit Sion. præf. in Ps. Syriac. מומראת מאא
 וחותשין לו כלחן דroid אנן אלא ואחרננא צומרנה אילין דובא דוד
 מן שרביה דליו באהון והמניא ורשותהון ארבעא אספ אמרן אהן
 איריתום בגון כד אמר מומרא לבני קורח וראש ואנתן איתהוי וכד אמר
 לדוד הוו דוד איתהוי דטומר וכד אמר דroid מן אהרן אמר על דוד
 וכד קינהא מרכז מוסיקרייתא או שוחלפא רגעמתא או חולפא רתעריתא
 והוא דיפסלמא כתבו id est, Non omnes Psalmi centum quinquaginta
 sunt Davidis, sed aliorum cantorum, quos ipse David elegerat
 de Tribu Levi, ducentos octoginta octo: quorum principes erant
 quatuor, Asaph, Eman, Ethan, Idithum. Quumque dicitur Psalmus
 filiorum Core, Asaph & Ethan intelligas. Quum vero dicitur
 Ledavid (cum litera Lomad) ipse David est Psalmographus. Ubi
 autem dicitur Dedavid (cum litera Dolad) Psalmus ille ab aliis
 de Davide dictus intelligitur. Ubi concentus quidam musicus, aut
 viciſſitudo canendi, vel propositi sensus mutatio occurrit, id voce
 Diapsalma expresserunt. Alibi hæc leguntur: Psalmorum nonnul-
 li sunt Davidis, alii aliorum Prophetarum. Et quidem Davidis
 septuaginta duo sunt Psalmi, filiorum Core undecim, Ethan Israë-
 litæ unus, Salomonis duo, Moysis unus. Ex iis præterea triginta duo
 sunt legales, novemdecim jubilatorii. Hæc leviter attigi, Lector
 amice, ut, quas reperi Syrorum de Psalterio opiniones, tibi indi-
 carem. Hucusque Sionita.

III. Ut Lex Mosaica, sic & Psalterium est πενταπλυχος, id est, in quinq; distributum volumina, *Kimch.* præf. in Psal. *Epiph.* de mens. & Ponderib. Sic *Syri*, in Psal. *Sion*, sub fineim, & præf. ad Lectorem; & *Arabes*, ut est in Psalt. *Rom.* & *Nubiens*. *Primus* liber Psalmos habet 41. *Secundus* habet 31. à Psal. 42. ad 73. *Tertius* 17. à 73. ad 90. *Quartus* itidem habet 17. à 90. ad 107. Et hi quatuor clauduntur vocula Amen. *Quintus* habet 44. à 107. ad 150.

IV. Differentiam esse in numero triplicem. *Prima* est in eo, quòd, cùm codices Authentici Psalmos numerent tantum 150. LXX. *Interpretes*, *Syriaca* (vide præfat. ad Lect.) & *Arabica* Sionitæ Translatio (hac tamen utrobique addita cautione, quæ ad finem Psal. exhibetur: *Psalmus iste peculiaris Davidi, extra numerum est; nec in omnibus exemplaribus invenitur. Quando solus certavit cum Goliad, tunc dixit eū*) habent 151. Diversitatis etiam mentio in Psalmorum distinctione seu distributione occurrit in R. *Gedal.* lib. cit. p. 68. והמתרים הם ק' ויאשהם ק' ב' מה רגשו עם אשרי ויאשהם ק' ב' כמספר ימי ק' ב' בחשים הב' למה רגשו עם אשרי ויאשהם ק' ב' כמספר ימי עקב, id est, *Sunt autem Psalmi numero 150. Alii numerant 149. Conjungendo Psalmum primum cum secundo. Alii dicunt esse 147. secundum numerum dierum Jacobi, &c.* Secunda in Editionibus Latinis & Græcis, quæ Psalmos duos 9. & 10. item 114. & 115. conjungunt, discerpunt verò in duos 116. & 147. In reliquis omnibus numerus apud Græcos & Latinos variat, ita ut qui nobis, juxta seriem Hebræorum, est *Psalmus undecimus*, Latinis & Græcis sit *decimus*, & ita deinceps. Id quod cum primis in lectione Patrum versantibus est observandum, apud quos ipsa hæc supputatio, quæ à veritate Hebræa deviat, reperitur: vide *Sixt. Anam. Antibar.* p. 701. Et *August. Steuch.* Ps. 10. *Tertia* in versibus: apud *Hebreos* enim Psalterium versus habet 2517. Medius est Psal. 78.v.36. apud *Syros* פתנמא דין ארבעא Syros. Medius est Psal. 78.v.36. apud אלפין ותמן מא ולב' אירט אנטא רואספו תרעסר אהרנא חנן אל

סְנִיקִין לְהַזּוֹן, id est, Versus 4000. octingenti triginta duo. Sunt nonnulli, qui addiderant duodecim alios: sed haud egemus illis,

V. Chrysostomum, Hilarium, Hieronymum, Dionys. Cartbus. & alios non male sentire, Esdram universos Psalmos, cum ante disiecti dissipati que essent, in unum volumen conjecisse, & in eum quo exstant hodie & leguntur, ordinem digessisse. Vide etiam Torniel. loc. cit. n. 7.

VI. Recte Psalterium πάγχρισον illum σύλλαβον, parva vocari Biblia. Tota enim cœlestis doctrina, verbo Legis & Evangelii comprehensa, copiosissimè & mira varietate in libro Psalmorum explicatur, & nobilissimis exemplis illustratur. Docendi tamen causâ cum Athanasio dicimus, alios recitatos ἀθηναϊμάτην, i.e. esse enarratorios, alios ἐν τρόπων, admonitorios, alios ἐν προφητείᾳ, propheticos, alios ἐν προσκυνήσει, precatorios, alios ἐν πένitēciā, confitentes, verlari in confessione. Sic de Syris refert Sionita in præfat. Psalt. quod distinguunt Psalterium in quinque partes mysticas, scilicet explanationem, hortationem, prophetiam, supplicationem, & gratiarum actionem.

VII. Obscura planè & explicatu difficilia esse tum nomina instrumentorum Musicorum, tum ipsam Psalmorum קָדוֹשָׁבָכָל. De Psalmorum קָדוֹשָׁבָכָל sic scribit R. D. Kimchi præf. in Psal. וְלֹא נָרוּ אֶצְלֵינוּ הַיּוֹם הַחֲלוֹק אֲשֶׁר בֵּין הַשְׁמׁוֹת הָאֱלֹהִים אֲשֶׁר בְּרָאשׂ הַמּוֹטוֹר id est, Non constat nobis, quale discriminem sit inter nomina Psalmorum initialia. De instrumentis vero Musicis *Aaben Esra ad voces Psal. 150.* אין דרך לדעת אלה כל י. הנגונים כי כל לנוגנים הרנה ימצאו בארץ ישמעאל ואנשי ארום לא דואום נט יש באروم כלים לא שמעות חכמי ישמעאל, id est, Nulla nobis ratio est cognoscendi haec instrumenta Musica, multa enim talia reperiuntur apud Ismaëlitas (Muhammedanos) quorum notitia nulla est apud Edumæos (Christianos) Et vicissim Edomæi habent Instrumenta, de quibus nihil audiverunt sapientes Ismaëlitarum. Vide etiam Kimchium. Atque hinc est, quod & Syriaca Erpenii & Arabica Psalterii editio, tum Nubiensis, tum Ro-

Romanæ Sionitæ, neque Psalmorum ḥymnorum, neque instrumentis Musicis expressis, ad ipsam statim textus Davidici translationem accesserit. Quia vero Psalterii usus tum per universum Christianum orbem, tum vero in Syria fuit longe patentissimus, quorundam Arabum & Syrorum industriâ, tituli & argumenta Psalmorum, non quidem à Christiana religione, sed à veritate Hebraica nonnunquam diversa, addita fuerunt. V.Gr. Arabes *Psal.*I. hunc præfigunt titulum. *Dives pietatis & spes alterius seculi.* II. *Prophetia de Christo Domino & vocatione gentium.* *Psal. VI. In supplicationem pro peccato suo.* IX. *De Mysteriis filii, & de gloria Christi, ejusque resurrectione ac regno, atque interitu omnium inobedientium.* XXII. *Dictus ab eo, quando superavit inimicos suos. Et prophetia de crucifixione.* *Psal. XXXII. Dixit eum prophetice de redempcione.* XLII. & XLIII. *Precatio pro Judæis, qui lapsi sunt.* Ita in aliis. Sic in Psalterio Syriaco ejusdem industriæ luculentissima deprehendes vestigia. V.G. *Psalm. 3. titulus est,* אָמֵר לְדוֹר עַל טבַתָּא דָעִיתֵן, נְבוּוּתָא דְנִשְׁבָחָן, id est, *Psalmus dictus à Davide de bonis futuris.* *Psal. 8.*, שְׁוֹלָא וְשְׁבָרָא וְתְלִיא בָאֲשֻׁעָןָא לְמֶרְנָא, *Prophetia, quod lundaturi sint infantes & pueri & adolescentes per Hosanna Domini num: Ps. 19.*, פּוּרְקָנָא דָעָמָא מִצְרָין וּלְנָמְלָלוֹתָא אַלְהוֹתָא, *liberatio populi ex Aegypto, nobis autem Theologia.* *Psal. 32.* עַל סְכָלּוֹתָא, רָאָדָם דָאָמָרָה נְבוּוּתָא עַל מְשִׁיחָא דָבָה מִתְפָּרָקָן בְּן גֹּהֵן, *de stultitia (i.e. peccato) Adami, qui audaciâ usus est & peccavit. Prophetia de Messia, per quem liberandi essemus ex gehenna.* *Psal. 45.* אָמֵר לְבָנֵי קֹרֶח בְּיוּמֵי מֹשֶׁא דָנְחָא דְמִשְׁיחָא וְעַל שְׁבִיחָא דָאוּרָנִי, *Ortus à filiis Korah, diebus Mosis.* *Ortus Messiae. Et de Ecclesia, & virtute gloriofa Domini.* *Psal. 50.* מִתְאָמֵר לְאַסְפָּא נְבָא מַטְלָדְבָּחָא נְמוֹסָא דְרוּתִיקָא דְמֹשֶׁא וְעַל בּוֹטְלָא רְיָלוּחָן וּלְנָכְס לְזָרָנָהוּ דָלָא עַבְרִינָן פּוּקְרָנוּהָי נְהֹוא לְנָסְלָיָה, קְרֻמָּוּהָי בְּהִי רְשִׁיטָנָן לְכָחָבָא רְוָחָנָי, i.e. *Dicitur esse Asaphi Prophetæ: de sacrificiis legalibus testamenti Mosis, deque abrogatione eorum, nos vero commonet, quod nisi exequamur ejus mandata, si-*

missus futuri reprobabiles coram eo, quod negligamus libros spirituales. *Psal. 5*. לְאָרִיא וּלְדַיֵּן מִתְאָמֶר מִלְפְנֹתָא. *i.* *Davids*, cùm peccavit & occidit *Uriam*, dictus autem nobis est ad doctrinam & confessionem, id est, non documentum tantum est nostrae infirmitatis, sed & exemplar nostrae confessionis. *Psal. 59*. אמרה דוד כר שמע וקטל שאל לכהנה ולן, *Dixit*, i.e. *Hunc Psalmum David*, cùm audivisset interfectos à Saule Sacerdotes. Nobis verò explicat conversionem Gentium ad fidem, & reprobationem Iudeorum. *Psal. 75*. לאספ נביה מלילות אלהות. *Asaphi Propheta Theologia de Messia & memoratio Iudicij Psal. 74*. לאספ כר הוא דוד למלאכा רחוב בעמא וככז אמר כי ובורי לא בהליך ענא תמיימת ותוב קידמות מלילות רחובות מריניתא דירוא בתר סולקא בארכען שניין מן אספסינוס סבנא וטיטוס ברדה, רקטלו מן יוריא רבותא וחרבונה, *Psalmus Asaphi Propheta: cum vidisset David Angelum perimentem populum, & floruit, ac dixit: In me & progeniem meam, non in has oves innocias. Præterea prædictio obsidionis urbis Iudeorū post quadraginta ab ascensione annos, per Vespasianum senem & Titum ejus filium: qui occiderunt ex Judæis myriades, & destruxerunt Jerusalem, indéque despiciunt Judæi usque in præsentem diem. Idem observare licet in reliquis deinceps Psalmis, in quibus argumenta non ex Hebræa קְהִלָּתָךְ transferuntur, sed ex ipsa contextus serie vel literaliter eruuntur & explicantur, vel anagogicè aut allegoricè applicantur. Vide cumprimis *Psal. 62*. *Cansh Bara Yehuda Al Ha Yeshu Mashiach*. *104. 106. 107. ubi inter alia:* *Collegit Filius unigenitus Dei, Jesus Christus, Genes è quatuor angulis per prædicationem ad baptismum. Psal. 135. 157. & deinceps. Memorabilis* *לְדַיֵּן קְרִתָּתָא דְאָנְגָלִין עַמְמָא* *מן ברמן ברמן* *titulus Psal. 114. lis cumprimis est titulus* *Nobis vocatio Evangelii per**

per quam populus Novus (facti sumus) antehac barbarus, nunc spiritualis Deo, qui incarnatus est, Iesu Christo, qui redemit nos sanguine suo à maledicto Scr. & mundavit nos à peccato per Spiritum. Specimina hæc exscribere placuit, tum ut pateret, quo semper studio Ecclesiæ Syriacæ in lectione & explicatione Psalterii fuissent occupatae, tum ut hac occasione tituli Syria ci capitum N.T. qui, ut diximus in *Isag. ad lection. Pat. Aph. 4.* novitatis pridem convicti sunt, hac etiam collatione fortius jugularentur.

Vocatur aliâs Psalterium contraclè

סְפַר תְּלִים, *Liber cumulorum*, propterea quòd Psalmi sint quasi quidam sententiarum acervi, *Galat. de arc. relig. Christ. p. 11.* vel, quòd laudes Dei cumulatè in eo describantur: nisi malis syncopen esse, **תְּהִלִּים** pro **תְּלִים**.

אַלְפָא בֵּיתָא רְבָתָא, *Alpha-Betha magnum*, vel absolute *Alphabethum*, sic vocatur Psalmus 119. in *Masora*, quia scriptus est juxta ordinem literarum Alphabethi.

שֶׁר פְּגֻעִים, *Canticum occursum*. Nomen impositum Psalmo 91. Vide Lex. Tal. Buxt. p. 1696. Ratio nomenclatura ex *Majm. Mor. Nev. P. III. c. 5 1. est*, quia *Psalmus iste eleganter agit de prvidentia illa magna, & de protectione & custodia ab omnibus malis, tam universalibus, quam particularibus*, (hæc enim sunt, quæ voce Hebreæ פְּגֻעִים exprimuntur) quæ singulari alicui homini & individuo præ alius eveniunt. Vide sequentia.

b.

מְשִׁלְמָה, *Proverbia Solomonis*. Qued de Koheleth suprà diximus, idem evenit Proverbiis Solomonis. Nam de his quoque legitur apud Talmudicos: **אֲפָכְרָם** מְשִׁלְמָה בְּקָשׁו לְגֹנֵן שְׁחוּ דְבָרָיו אֲפָכְרָם, *Etiam librum Proverbiorum voluerant* סְמָדָן וְאֶת זֶה.

ἡρόπτειν, èò quòd verba ejus inter se pugnarent. Id verò hinc forte accedit, quòd (vetustissimis quibusvis scriptoribus solenne illud fuisse, probat exemplis Dan. Cham. in Panstr. t. I. p. 143.) Proverbiorum nomine aliquando veniret Sapientia Solomoni tributa. Conjecturæ huic nostræ assensum præbent ipsi Pontificii, vide *Jansenium*, Procem. in Proverb. Sol. Quòd si tamen malis, ipsa hæc, dicto Talmudistarum loco, intelligi, Solomonis Proverbia, quid quæsto aliud hinc, quām intensissimam & impensisstissimam Judæorum curam pro Canone V. T. colligas? Nempe, prout N. T. Ecclesiæ initio cautissimè in recipiendis scriptis Canonicis versatæ fuerunt, usque adeò, ut de iis etiam libris, qui γνῶσοι fuerunt, & ἐνδέχονται (cujusmodi sunt Epistola *Jacobi*, Epistola ad *Hebræos*, &c.) suum aliquamdiu suspenderint judicium; ne, dum obvia quælibet αἰτίας acciperent, hæresiarchis ἀντρώματα sua supponendi, & pessimas merces fidelibus obtrudendi occasionem præberent: pari ratione veteres Judæi, ne quid legi Mosaicæ, cæterorūmque Prophetarum scriptis, αἰαυφισθητάς Canonicis, incauti reciperent contrarium, magnam gravissimamque curam in examinandis oblatis sibi libris adhibuerunt. Unde duriuscula nonnunquam illis exciderunt judicia. Tandem verò de libri alicujus autoritate πληροφορητές, rectius & mitius judicarunt. Quæ certè cautela cum primis in Solomonis scriptis non temeraria videtur; tum quòd hominibus desperatis, & projectâ audaciâ infamibus facile fuisse versus, parabolas, cantica, &c. configere, & nomine ejus, obtenu loci 1. Reg. 4. v. 20. jactare, tum quòd ipso jam facto maleferiati quidam agyrtæ, sapientis illius regis autoritate nefariè abutebantur. Quantâ proterviâ, quanta temeritate, quantâ impudentiâ magi & nefici, quicquid habuerunt malarum artium, Solomonis nomine commendarunt! Piget hoc loco referre, quæ ex veterum Hebræorum & Arabum scriptis hanc in rem citari possent. Sed, prolixius hanc pertexendi telam, commodior expectanda est

da est occasio. Digna enim videtur, cui opera aliqua impendatur, in eorum gratia, quibus cognoscere volupe est, cur tam diversimodè de quibusdam tam V. quam N. T. libris Theologi quâ veteres, quâ recentiores senserint. *Nunc quidem*, inquit *Jansenius Proœm. in Prov. Solom.* *tres esse Solomonis libros Canonicos, citra controveriam afferunt omnes & Judæi & Christiani, Proverbia, Ecclesiasten, & Canticum canticorum*; olim verò cur dubitatum fuerit, causæ obstabant, quas dedimus. Porrò à quo Solomonis Proverbia in unum fuerint collecta tomum, difficilis est divinatio. Eorum verosimillima est sententia, qui statuunt, priores *naeguicas*, ab initio ad c. 25. ab ipso Solomone & aliis ordine congestas esse, cæteras verò, à cap. 25. comportatas cum ab aliis tum præcipue servis Ezechiæ, ut inscriptio c. 25. habet. Habet liber c. 31. *versus 915. med. c. 16. v. 18.* *Partes IV.* *Prima pars* præfationis loco substernit fundamen-tum virtutum, veram sapientiam, id est, veram cognitionem Dei, ad c. 10. *Secunda* edifferit sententias virtutis seu officiorum quorumcunque non tantum utiles, verum etiam necessarias in omni vita statu, à c. 10. ad 25. *Tertia* subjicit senten-tias ejusdem Solomonis, sed demum à servis Ezechiæ colle-gatas, & certo ordine digestas, à c. 25. ad 30. *quorum*, scribit *Altingus*, *antè minor erat usus, quod aut ignorarentur esse Solomonis, aut de eorum authoritate dubitaretur.* *Quarta* habet annexa quæ-dam monita tum Agaris Prophetæ, tum Bathshebæ, matris Solomonis, capitibus ultimis duobus.

c.

בְּנֵי יְהוָה, Jobus. Notanda hinc sunt nonnulla. 1. *De ipso Jobo.* 2. *De scriptore libri.* 3. *De stylo.* 4. *De authoritate.*

A. Jobū verè extitisse, dubitare nos non sinit, tum luculen-ta illa de eo scripta historia, tum locus *Ezech. 14. 13.* Fuisse ta-men nonnullos qui, postquam stultiæ succum penitus im-bibissent; de ὑπάρξει ejus dubitârint, & experientia docet &

moni-

Jac. 911.

monitum , tum Majm. More Nev. Par. III.c.22. tum Menasse ben Isr.de Res.mort p. 123. Nos tam non dubitamus vixisse Jobum , quām constat , Jeremiam fuisse in rerum natura aut Danielem. Quando verò vixerit, non satis constat. *Quidam* ajunt, scribit Majm. illum *vixisse temporibus Patriarcharum*, alii Mosis, alii Davidis tempore, alii denique ipsum ex ascendentibus è Babylonia fuisse autumant. LXX. Interpr. laciniā ad hunc librum assutā, illum ad Esavum referunt, eundēmque cum Jobabo, cuius mentio fit Gen.36.v.33. faciunt. Ita etiam plerique sentiunt Judæi, & cum iis Muhammedani. In Taarich Adam, cuius aliās meminimus ; Iobus immediate subjicitur posteris Esavi. Et Kessæus in vits Patrum p. 89. Esavum Iobi abavum constituit. Nec procul abit Epiph.de hærel.p. 10. Sixt. Senens. Bibl.S p.9. Torn.in annal.ad ann. 2329.n.22. & anno mundi 2319.n.11.12. Geneb. Chron.p.67. Alii, secuti Rab. Sol. & Hieronymum, volunt Iobum ex Nahore, fratre Abrahæni, fuisse progenitum. Vocatur enim filius ejus Uz. Videatur Hieronymus, Iac. Iust. in chorog. N. 1159. VValeus Loc. commun. p.49. scribit: *verisimilis esse ipsum ex Abrahæni per Keturam posteris fuisse*. Historia creditur contigisse cùm Israëlitæ degenerent in Ægypto. Recepta ludæorum opinio fert, Iobum, cùm Israelitæ Ægyptum ingredierentur, esse natum , cùm egredierentur denatum, Juch.fol.9.2. Seder Ol.Sut.p.3.a. Torniellus in annal.an.M.2399. hanc historiam refert ad ætatis ejus annum 71. qui & 71. erat introitus Israel in Ægyptum. Antelegislationem evenisse illam, rationibus non contemporaneis probat VValeus loc. Comm.p.48. Certum est, Iobum extra ordinariam Ecclesiæ sedem, ut futuræ vocationis gentium typum gereret, fuisse servatum. Unde Iudæi ipsum vulgo Prophetam gentilem appellant (vide Fundam. Majm. Vorst.p.91.) qui septem præcepta Noachitarum obseruavit, ut habeat Iac. Just. Explicat. Tab. Chron. terræ S.N. 159. In Chron. Genebr.p.67.

74. reðè scribitur: *Ecclesia adhuc erat Catholica, nulli certa familia alligata.*

B. Librum Iobi

1. Nonnulli volunt scriptum ab ipso Iobo, *Sixt. Senens. Bibl. S.p.9. Atque ita plerique sentiunt*, scribit *VV al. loc. cit.*

2. Alii putant, eum vel à Iobi amicis, vel ab aliquo Proptetarum, literarum monumentis esse traditum.

3. *Hebrei* scriptionem hujus libri assignant Moysi, juxta illud משֵׁה כִּתְבָּה סְפִּיר וְפֶרֶשׁ בְּלֻעַם וְאַיִב, id est, *Mose scriptis librum suum, sectionem Bileami, & Jobum. Vide lib. Juchas. fol. 9. p. 2. Quam sententiam Menas. ben. Isr. l.c. graviter defendit. In eandem; difficulter licet; concedit Torniellus a.M. 2503.*

4. Sunt denique (sic *Gregorius Magnus* lib. 20. Moral. c. 25. & *Hebrei* quidam apud *Genebrard*, in *Chron.* p. 67.) qui existimant, scriptum quidem illum initio, & in adversaria relatum ab ipso Jobo, lingua Arabicâ (vel Syriacâ, *Orig. libr. 1. in Job.*) à Mose verò translatum, in linguam Hebream, adauctum insuper ab eo in principio & fine. Id enim si non esset, neq; historia ipsius in *Canonem V.T.* fuisse recepta, cum neq; sermo Arabicus fuerit Propheticus, nec post separationem populi Israël Arabes in peculio Dei habiti, scribit alicubi Cl. *Altingus*. An certò Iob scriptus Arabicè, haud facile dixerim, afferam tamen hujus assertionis conjecturas non levis momenti,

I. Quia Iobum in Arabia vixisse, multorum calculo assertur. *Theodorus Bibliander* quantà curâ studia Arabicâ fuerit amplexus, ex luculento hoc *Guil. Postelli*. testimonio, hactenus απεισθέτω, ad ipsum Bibliandrum scripto, patet. *T' e unum vellem*, scribit Postellus, *ita res tuas constituisse, ut possis hanc à nobis lampadem accipere*, (id est, studia Arabicâ, à me copta, feliciter persequi) *quo uno nullus, in toto orbe Latino* mihi *videtur instructior*. Hic verò Bibliander noster Iobum *Theologum Arabum* appellare consuevit. Nec dissidet *Altingus*, qui in Arabia Iobum cum amicis vixisse, expressè fatetur. Et certè, non in

Alcorano tantum, sed & aliis Arabum libris, in vitis præset-
tim Patrum *Keffæi* Msc.p.m. 89.90. Iobus, ejus vita & fortuna,
ita prolixè describitur, ut dubitandum non sit, quin vestigiis
patriis, auditioni, veterumque traditioni aliquid acceptum
ferri debeat. Hinc Aristæus quidam historiam ejus scripto re-
liquit, ubi terrain Hus in confinio Idumeæ & Arabiæ collocat:
Et socii Iobi Arabum reges dicuntur. Unde & sepulchrum
Iobi in Ustide, ubi & tentoria Kedar, id est, Arabum (vide sup.
p.62. & Tab.chorograph. *Jac. Justi*) ostenditur. Nam quod
nonnulli Iobum Constantinopoli & natum, ut ex Iudæorum
sententia conjectit *Pellicanus* comm. in lob. & sepultum vo-
lunt, ut refert *Jacobus Justus* tract. cit. & auth. lib. *Juchas*. fal-
sum est. Belli quidam dux Saracenorum, qui, obsidens urbem,
occubuit, cui nomen lob, illuc ad sepulturam erat translatus,
non ille, quem Arabes ﴿גָתְּתָאַתְּ לְזִקְנָתְּ יְהוָה֙﴾ justum vocant, ut re-
ste ab aliis jam observatum. Vide Lex. *Schindl.* voce *אֵבֶן*.

II. Quia *Hieron*. expressè fatetur, Hebraismo intermixtos
esse sermones Arabicos & Syriacos, Præf. i. in lob. Hoc enim
volunt sequentia ejus verba: *Hæc autem translatio nullum de-*
veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso Hebræo, Arabicóque
sermone, & interdum Syro. Iam verò usu satis exploratum est,
nullum unquā librum tam exactè & accuratè in aliam trans-
ferri linguam, quin linguæ originariæ manifesta relinquantur
vestigia. Syriasmum vel Chaldaismum sapiunt voces non
paucæ. C. 30.v.6. occurrit vox Syra בִּנְפָרָא, *pētra*. C. 12.v.11 plur.
Chald. מִלְּעָן. Chaldaismum etiam agnoscimus in seq. vel voca-
bulis, vel vocabulorum significationibus. Cap. 30.2 בְּפָנָם, *fames*.
Cap. 28.8 עֲדָה, *transivit*. Cap. 21.כְּלִילָה, *parvi*. C. 13.אַפְּנָה, *indi-
cation*. C. 16.v.pen. שְׁהָר, *testatus est*. C. 18.4.שְׁבִיבָה, *scintilla*. De Ara-
bica lingua, cuius hic potissimum ratio habenda, res clarior
est, ut non sine causa magnus seculi nostri Thologus, *Fran-
ciscus Gomarus*, coram aliquando mihi, linguæ Arabicæ fun-
damenta jacturo, dixerit, se jam publicè Hebræam linguam

Leidae profitentem, doctissimi D. Raphelengii operâ, animum ad Arabicam linguam appellere voluisse, hoc potissimum nomine, quod difficulter Iobum absque illius linguæ subsidio intelligi posse ab aliis audivisset. Nos assertionem hanc, quam Hieron. præf. in Dan. etiam habet, luculentis aliquot probabimus exemplis, earum scilicet vocum, quas, usitatissimas licet apud Arabes, apud Hebræos in solo reperias Iobo. Talis est c. 35. v. 16. מְכַבֵּר c. 36. v. 31. *multiplicans*, & inde derivatum nomen כָּבֵר, *Multus, magnus*. In solo utique legitur Iobo. Arabibus verò quid usitatus est, quām verbum כָּבֵר, *magnus, potens* fuit? Unde formula Präconum Muhammedicorum, ad preces è pinnis plebem vocantium אֱכֹבֶר אֱלֹהֶה, *Deus summus!* Sic c. 41. v. 9. habes עֲשִׂישָׁה, quod sternutationem vulgo vertunt, idque rectissimè ex usu linguæ Arabicæ, in qua עֲשִׂישָׁה sternutare notat: ab iisdem etiam vocabulum hoc Rabbini mutuârunt. Et v. 1. נְחִירִים itidem vocabulum est, quod & in origine, & in derivatis Arabibus frequentius est, quām Hebræis, apud quos, extra Iobum, semel tantum reperitur. Sic vox זוּתָה est צְנַח אֲפָאֵן לְעֵזֶר מְדֻמָּו: fastidivit vertunt, quo sensu Arabibus tritissima est. Vide Lex. Gigg. Utuntur eadem Syri & Chaldæi. Quod Job. 30. v. 17. עַרְקִים vertunt *arteras*, non acceptum fertur usitatæ alicui, hoc sensu, apud Hebræos radici, sed Arabum Dialecto, in qua עַרְקָה *venam* vel *artemiam* usitatissimè denotat. Sic c. 29. v. 4. verba בִּימֵי חָרְפִּי, meo judicio, posthabitis aliis explicationibus, ex genio linguæ Arabicæ reddenda, *in autumno dierum mearum*, id est, *etate virili*. חָרְפַּת enim Arabibus est *autumnus*, quo poma colliguntur. Inspice locum vexatum satis, & ex ipsis circumstantiis de hac translatione nostra judica. Ita quid si c. 28. v. 18. vox נְבִישׁ sit ex Arab. גַּבֵּס, *gypsum?* Sic c. 24. v. 8. רְטַבֵּס, & c. 8. v. 16. רְטַבֵּס *suoi plenus*, optime vertas ex Arabico verbo, *humidus, tener fuit*. Vnde c. 16. גַּלְדָּס, *cutis, nisi ab Arab.* נְגַלְדָּס? Sic c. 30. v. 2. כְּלָחָס *senium, à Rad. Arab. כָּלָחָס, terrico vultu fuit, quia, ut loquitur Hieronym.*

ad Nepotian. *Senes cano sunt capite, & arata rugis fronte, & in-*
star boum pendentibus à mento palearibus. Neque verò voces tan-
tum, sed & integras observare licet phrases, Arabica tinctura
imbutas, cuiusmodi est c.41.v.24. **אֵין עַל עַפְרָ מִטְלָו**, non est sub
pulvere similitudo ejus. Purus putus est Arabissimus, ita Arabicè
exprimendus.

C. Sed sive Hebraicè, sive Arabicè Jobus initio fuerit con-
scriptus, *stylo* profectò conciso admodum & presso, sententiis
tamen variegato, epiphonematis pathetico, argumentis den-
so & instanti, allusionibus festivo, materiæ ubertate affluente,
& nonnunquam variis Rhetorum schematis luxuriante, in
contextu authenticò extat. Unde Hieronym.præf.in Job. *Ob-*
liquus apud Hebreus totus liber fertur & lubricus, & quod Græci
Rhetores vocant ἡρματοσθός. Metro etiam, & rythmo non
nunquam dulci & tinnulo, numeris pedum solutis, librum
hunc esse celebrem, idem commemorat. Hinc alia præfatio-
ne scribit: *Beatum Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in ster-*
core, & vermis scabebat errorum, integrum immaculatumq, gau-
dete. Atque hæc causa est, cur interpretes contextus sacri, ulti-
mo ferè, sicut & aliis libris Poëticis, manum historiæ Iobi ad-
moveant. Vide præf.in Bibl. *Leon, Judæ.* Hæc etiam ratio est,
cur non æquè felici successu Iobum hunc metaphraستæ trans-
tulerint. Lutherò illud constanter tribuunt, quod, retenta Hie-
ronymi phrasè, dicere solitus fuerit: *Er möge den Job so kaum*
ab seinem mist bringen/ id est, magno studio in translatione Io-
bi fuisse se versatum.

D. Authoritas hujus libri in Ecclesia semper authentica fuit,
& longè maxima. Lucidissimum enim speculum est provi-
dentiæ Dei, non generalis tantum, sed & specialis. Eleganter
Majm.in Mor.Nev.lib.III.c.23.cuius verba Arabicæ hic exscri-
bemus:
וְהִרְאָ בָּאָן עַרְזָן סְפַר אַיּוֹב בְּגַמְלָתָה אַעֲנִי אַעֲטָא הֶרְאָ אַלְקָאעֲדָה:
פִּי אַלְעַתְקָאָר וְאַלְתְּנִבְזָה עַלְיָהָרָא אַלְאַסְטְּרָלָל בְּאַלְאָמוֹר
אַלְטְּבִיעָה

אלטבייעיה חת' לא העלט ותطلب בכיאלך אן יכון עלמה כעלמנה או
 קדרה וענאייתה ותברירה בקדרנה וענאייתנה ותברירנה פארדא עלם
 אלאנסאנ דלק סהיל עלייה, כל מזאב ומא יודח אל מזאב שכוכא פ'
 אללה פהיל יעלם או לא או עתני או יהמל. כל יודח מהכח
Atque hic est scopus totius libri Job, videlicet constitutio hujus articuli fidei, & documentum hujus demonstrationis in rebus naturalibus, nè forte erres, aut mente tua concipias, sapientiam ejus similem esse sapientiae nostrae, aut intentionem ejus, providentiam ejus & gubernationem ejus intentioni nostrae, & providentiae nostrae & gubernationi nostrae. Hoc si homo intellexerit, facile feret, quicquid ei acciderit, neque addet ipsi ad versa fortuna dubitationem de Deo, & an sciatur illud nec ne? Cur amne sui gerat, nec ne? Sed augebit potius ipsi amorem Dei. Ergo nunquam audiendi sunt Anabaptistæ illi, qui, librum hunc irridentes, appellant eum tragico-moediam Hebræorum. Verissima enim, ut recte scribit Sixt. Senensis p. 649. ac sanctissima est haec historia, & digna, quæ per omnem vitam ab omnibus piis ante oculos habeatur, utpote, in qua nobis proponitur perfecta forma religiosi viri, ac vere sapientis, qui nec secundis rebus inflatur, nec adversis frangitur, nec in utrisque deserit Deum suum, sed in fide immobilis, & in spe constans per cuncta tentationum genera perseverat. Fuerint licet inter Talmudicos, quibus inconsideratum hoc excidit effatum, נביא לא היה ולא נברא אלא משל היה. i.e. Propheta non fuit, nec creatus fuit, sed parabola tantum. Ipsi tamen libro, ejusque auctoritati nihil unquam derogarunt, sed insigni Prophœtitœ titulo eum ornarunt. Vide Majm. loc. cit. Porro habet Iobi historia apud Hebræos capita 42. versus 1070. Medius c. 22. v. 16. apud Syros capita 14. versus 2803. Partes principales quatuor. Prima describit Iobi, viri sanctissimi, for. unam, tum secundam, tum adversam, & in utraque stupendam ejus pietatem & patientiam, c. 1. & 2. Secunda cominemorat ipsius & amicorum sermones, de rebus præsentibus ultrò citrōque habitis, & duobus actibus interci-

ditur, quorum *priore* referuntur dissertationes Iobi & amicorum Eliphasi, Bildadi, & Tzophari: *altero* subjicitur Elihu, Buzitæ, viri juvenis, δικευος, quæ dissertationes eorum repellendo concludit, & quæ in Iobo quidem, in amicis ejus desideret, apertè profitetur, à c. 2. ad 38. *Tertia* continet sermonem Dei, ad ipsum Iobum habitum, ubi interponens judicium suum totam controversiam, inter Iobum & amicos ejus disceptatam, definit & concludit, c. 38. 39. 40. 41. *Quarta* est lata Catastrophe calamitatis Iobi, ipsiusq; in integrum restitutio, c. 42.

d.

דָנִיֵּל, Daniel. Fuit è tribu Iuda, nobili genere natus, cuius patrem Epiph. contra Melchis. p. 24. 204. Σαβαὰ appellat. Αὐγουστὸν alioquin est in Scriptura sacra. Cum Ioakimo, Rege Hierosolymorum, in Babyloniam translatus, ibique in aula Regis NebucadNezaris, Balthazaris Babyloniorum; Darii Medi, & Cyri Persæ educatus, & ad summa honorum fastigia evectus fuit. *De hoc observa*

I. Frivolas esse Iudeorum rationes, quibus Prophetarum choro Danielem eliminant. Plenus enim fuit Spiritu Prophetico, ac χαείσμων Prophetarum extraordinariis, utpote qui, teste Josepho, lib. 10. antiq. c. 12. 8 τὰ μέλλοντα μόνον περὶ τῶν διετέλει, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι περιφῆται ἀλλὰ καὶ καρέστη ὠρέξεις δὲ ταῦτα διπολέσσεται. Unde Porphyrius, ὁ πιρὺς καταχέει λόγις καὶ τῆς τὴν χειρισταγῶν Θρησκείας, ut *Cyrillus Alexandrinus* loquitur, inter alia ideo tantum contra Danielis Prophetiam calamus suum strinxit, quod evidentiā illius convictus, animadvertisit, non futura in eo prædicti, sed præsentia narrari. Consule Præfationem *Hieronymi* in Danielem. De Iudeis etiam nonnulli testantur, quod non alios tantum à Danielis lectio arceant, sed & ipsi quoque abstineant, quia nimis tempus adventus Messiae nimis clare in eo definitur. Adi Rabb. *Myll.* p. 19. & 372. & deprehendes, quam sit Propheta

tia hæc in oculis Judæorum sudes ferrata. Cur verò Danielem Prophetam propriè dictum illi negent, vide Rabb. *Myller.* p. 23. *Cun. de Repub. Hebr.* p. 458. *Majm. Mor. Nevoch.* P. II. c. 45. *Constant. L' Emp.* in *Paraph. Jachiad.* p. 4. Nugæ tantum sunt, in re tam seria minimè ferendæ, quas proinde meritò authores citati strenuè defricuerunt. Certè, qui Danielem non inter va-tes ponunt, hac sola ratione, alta licet mente reposa, adiunguntur, quod nimis illustria viri illius sint vaticinia, & quod per manifestum Prophetiae illius lucem, ne volentibus quidem coecutire, id est, Messiæ exhibitonem inficiari, tenebrarum filiis, liceat. Mallent utique Danielis Prophetiam nunquam legi, quam ex lecta ea alios ad salutarem Jesu Nazarenii notitiam deduci. Nobis ingenua *Majm. Mor. Nevoch.* P. II. c. 45. placet confessio: **דָנִיאֵל וְתַלִּם וּמִגְלָת רֹת וּמִגְלָת אֲסֻתֶּר הַכְּל בָּרוֹחַ** *הקוֹרֵש נִכְתָּבוּ וְאֶלְוָגֶט כִּן קְלָט יִקְרָאוּ נִבְיאִי בְּכָלְל* *Daniel, Psalmi, volumen Ruth, & Ester, omnia per Spiritum Sæcum scripta sunt,* & hi etiam omnes vocantur in genere Prophetæ. Unde etiam ipse R. *Jachiad.* cap. I. v. 18. de eodem testatur, **שָׁהַגְעַל קְצָעָה הַגּוֹלָן הַנְּבוֹאָנִי**, quod sumnum Proph. terminum sit affectus, & *Majm. Fund. Leg.* c. 7. Danieli veri Prophetæ proprietates assignat. Vide & *Abrahan.* Comment. in *Dan.* ubi nervosè satis eorum refutat sententiam, qui Solomonem & Danielem tantum: **דָרְךְ הַעֲבָרָה עַל** *per modum Metaphoræ*, Prophetas dici existimat. Nos, non quod Danielem ad quatuor Prophetas majores pertinere ignoramus, sed ut promissi stantes, ordinem Iudaicorum exemplarum retineamus, huc eum retulimus:

II. Rectè monere *Hieronymum*, ad exactam Danielis cognitionem necessariam esse historicorum Latinorum, Græcorum & Chaldaeorum lectionem. In his enim complementum Prophetæ reperitur. Vide *Sixt. Senienj. Bibl. S.* p. 13. quibus adimis historiam Turcam seu Arabicam, quæ & ipsa non contemnendam explicatione ejus foeneratur lucem.

III. Esse Danielis librum ex numero **הַגּוֹלָה**, librorum *capti-*

captivitatis tempore, aut paulò pòst scriptorum. *Jachiad*. eum tribuit Synagogæ Magnæ, idque ex sententia Talmudistarum, in *Bava bathra* c. i. sed rectius *Constant. L'Emp.* p. 7. libri scripturam ipsi vendicat Danieli. Plura de Daniele, ejusque Prophe-tia vide apud *eundem Jachiad*. Comment. item *Hug. Brugth.* & præfat. *Hieron.* in *Dan.*

Capita autem habet 12. *vers. 457. Medius* est c. 5. v. 30. *Par-tes* generales duas. *Prima* continet historiam partim Danielis & Sociorum ejus, partim Regum NebucadNezaris, Balthasari, & Darii Medi, capitibus 6. *Secunda* complectitur quatuor admirabiles visiones de conditione Ecclesiæ & Regnorum eam circumstantium. *Visio prima* de quatuor bestiis habetur c. 7. *Secunda* de hirco & ariete inter se pugnantibus c. 8. *Tertia* de Christo venturo, passuro, morituro, nec non excidio urbis, c. 9. *Quarta* denique de successoribus Alexandri M. per diver-sas provincias usque ad Christum. De Antichristo fine seculi, Resurrectione mortuorum & judicio, c. 10. & duobus seqq. ultimis.

e.

אָזְרָא, Esra. Hunc sine ratione modò cum Zerubabele, modò cum Malachia iudæi confundunt. Vide libr. *Fuchas*. p. 13. & *Buxt. Comm. Masor.* p. 11. Filius enim fuit Saariæ, filii Asariæ, ab Aharon sacerdote magno duodecimi. Scriba Legis Domini ingeniosus & velox. Edidit librum, sui nominis titulo præ-notatum, qui *capita* habet 10. *partes tres*. *Primâ* narratur ipsa liberatio populi ex captivitate Babylonica, capitibus 4. *Secun-dâ* recensetur Templi ex ruderibus restauratio, à cap. 5. ad 9. *Tertiâ* mulierum alienigenarum separatio auctoritate divina facta commemoratur. De ipso Esræ authographo, vide quæ suprà p. 115. scripta sunt. Quibus adde testimonium *Francisci Tiffardi Ambacei*, quod in Grammatica sua Hebræa, año 1:08. Parisiis impressa ita habet: *At puncta vix calamo subscribuntur unquam,*

unquam, in impressione raro. At vero in Biblia semper sua quidem legis reverentia, aut ut ab eis videatur perfectior haberi, aut ne aliquid forte vicii aut maculae eorum negligentia eveniat. Id quo in impressionibus paſsim videmus obſervatum, & in Esdra præſertim, calamo ejusdem Prophetæ, pulcherrimo quidem ac optimo chara-
re conſcripta. Ea enim Bononiae in ſacrario ædis diuini Dominici tam honorifice fermè ac preciosum ejusdem Dominici caput, recon-
aitur. Quod qui dem opus ſa penumero vidi, nam mihi non nunquam committebatur, neque id tamen cum parva ſolennitate. Quóque ſe-
pius videbam, eò magis admirabar. Enim vero viri sanctitatem, religionem, excellentiam contemplabam, ejus prophetias, eeu vatis
venerabar. Scribebam tam elegantem, tam inſignem, ac immacula-
tam laudabam, nulla nec tinea, nec labe viciatam. Quid mundius
dicam? Quid incorruptius? Quid denique perfectius? Incudem
profecto noviſimè dices exire, quām ex tot annis ab eo veluti fu-
tura intuente, eaque ſingula depingente, adjectis punctis fuerit con-
ſcripta. Quod longè profectò à diuī Thomae ſcripsi alienum eſt cen-
ſendum. Cujus quanquam iſ fidei ſit columna, libelli tamen aliqui
proprio calamo ſcripti (quos in æde diuī Francisci Bergomi ma-
gnificè reponitos, auctoritate antiftitum vidi, ſunt vetuſtate penè
aut papyri fragilitate corroſi, & difficultate Scripturæ haud lectu
faciles, cùm teredinosam ob antiquitatem, tum quòd neque literas
veluti obletas mundè ducebat, neque debito eas modo, debitā ve
ratione effigiabat. Sed quod fidem hominum, atque memoriam ſuperabat,
ea Esdra non vitulinis in pellibus, ſed corio (cujusmodi co-
thurnos hac tempeſtate roſaceos cerdones efficiunt) in voluminis
modum obtorto, in volutoque ceu depicta infra cernitur, ſervatūq;
ſicuti theſaurus diuīrum reliquiarum ſacratissimus religioſe, at-
que obſervant ad refellendos Hebræorum errores, ſi quando aut
impressione ſua, aut ſcriptura labefactare, corrumpere contendere-
rint. Quandoquidem ſi niſi fuerint viciare, errores ab eorundem au-
toře per facile venient reprimendi. Viderit iam Finus Adrianus,
quā fide afferuerit, ipsa hæc Biblia multis in locis ab Hebræis eſſe

vitiata. Sed diximus jam suprà, eadem fide Bononiæ codicem Esræ ostendi, qua, referente Laurentio Valla Orat. de fal. donat. Constant. Romæ ex Papæ autoritate monstratur Codex Biblicæ, tanquam reliquiæ sanctorum accensis luminaribus, quem dicunt scriptum chirographo Hieronymi, propterea quòd, ut Vergilius loquitur, multum est pictai vestis & auri.

f.

נָחֶמְיָה, Nehemias. Fuit is filius Hacaljah, Sacerdos, Regis Artaxerxis pincerna. Liber ejus (nam ab ipso Nehemia historiam eam scriptā esse, quæ aliás secundus Esræ appellatur, vel hinc maximè elucet, quòd toto passim libro de se ipso loquens Nehemias introducatur) Esræ nomen sortitus fuit duas ob causas. Primum, quòd ea continet, quæ simul ab Esdra & Nehemia gesta sunt: *deinde*, quòd utrique libri tam apud Hebræos, quam apud Græcos in unum connectuntur volumen, apud Latinos in duo divisi. Vnde & apud Masorethas non cujuslibet sigillatim, sed utriusque conjunctim *versiculi* numerantur 688. cuius *Medius Nehem.* 3.v.32. Continet autem instauratiōnem Hierosolymorum, correctionēmque reducis populi, & labentis Dei cultus, estq; historia quasi 70. annorum, à 20. anno Longimani usq; ad regnum Darii ultimi. *Capita* habet 13.

g.

דְּבָרִי הַיּוֹם, Verba Dierum, id est, annales, vel chronica. Græci vocant ἀρχαιολόγια, id est, *prætermissa*, quia ea, quæ vel in Pentateucho, vel in libris Iosuæ, Iudicum & Regum aut omissa, aut plenè descripta sunt, breviter & summatim explicant. De communi tam Hebræorum, quam Christianorum sententia Esræ vel absolute, vel *νεττί πι* ascribuntur. Vide Bux. de punct. vocal. p. 181. Genebr. Chron. p. 185 &c. Priori libro, qui *capitibus* absolvitur 29. percurrit Esras ortum & propagationem gentis Israëliticæ usque ad redditum à captivitate Babylonica: *Deinde* ab historia Davidis regnum redorsus constitutionem

Rei-

Reipub. & Ecclesiæ ab eo factam accuratissimè describit, usq;
ad regnum Schelomonis, id est, aënum ab orbe condito 2985.
Posteriori, qui *capit.* habet 36. describit progressum & finem
regni Iehudæ, usque ad annum reditus à captivitate Babyloni-
ca. Estque historia annorum quadringentorum septuaginta
duorum, ultimus verò annus cùm historiæ Esræ communis
est. *Observabis* autem, ita nunc quidem ex communi consue-
tudine nos distingui: alioquin apud veteres præfens histo-
ria unico tantum libro continebatur, versibus, ex Masoretha-
rum supputatione, constante 1763. *Med.* est i. *Chron.* 27. v. 25.

SECTIO IV.

De

FILIA VOCIS.

בַת קִיּוֹם, *Filia vocis*. Sic vocant Talmudici, Paraphraſtæ Chaldaei,
& Rabbini oraculum divinum ac coeleſte, quo post Prophetarum
tempora dicunt futura fuſſe revelata, sic in lib. *Nizz.* p.
22. Alii tamen aliter definiunt, ut videre est in Lexic. *Buxtorf.*
Talm. p. 320. Prolixius de hac Filia vocis scribunt *Paul. Fagius*
in paraph. Chald. *Exod.* 28. sub. fin. *Camer.* in oper. p. 516. *El.*
in *תְּבַת*. *Majm.* More Nevoch. P. II. c. 42. *Druſ.* præt.
lib. 1. p. 6. *Observa autem*

I. Velle nonnullos, per **בַת קִיּוֹם** intelligi vocem articulatam,
quâ Deus è coelo (vide *Matth.* 3. v. 17. *Joh.* 12. v. 28. *Act.* 9. v. 4.)
hominibus sit locutus. *Alios* verò malle, *Filiam vocis*, id est,
sonum repercuſſum, qui ἡχὴ Græcis dicitur, & Hebreis aliâs
הַבָּרָה, aut דְמֻחָה לְקִיּוֹם appellatur, innui. Atq; hos ipsa vocis Ety-
mologia non parum juvat. Confer *Buxt.* & *Camer.* loc. cit.

II. Genus hoc revelationis divinæ maximè sub Templo
secundo, cessante jam ordinario vatuum munere, fuſſe in usu.

הנוּ Ita expressè docent Talmudici in Codice *Sanhedrim* c. i. רבנן משפטו נבאים האחרונים חני זכורייה מלאכי נסתלקה רוח הקרש מישראל ואפּ על פּי בן היו משתמש בבת קול פעם אחת היו מסובין בעליית בית גורה ביריחו ונתחנה עליהם בת קול מן השמים יש כאן אחד שראוֹ שבחנה במשה רבינו אלא שאין דרוֹ זכאי, id est, *Tradunt Magistri: Ex quo mortui sunt Prophetæ posteriores, Haggæus, Zacharias, Malachias, ablatus est Spiritus S. ab Israële. Nihilominus tamen usi sunt filia vocis. Aliquando a cumbentibus in cœnaculo domus Goria Hierichunti, accidit vox cœlitus: Est hic qui dignus esset, ut quiesceret super eo gloria Dei, sicut super Mose: at enim seculum ejus indignum est. Et author lib. Cosr. p. 27. b. ait, quod d ei (prophetiæ) successerit. Et pag. 3. 1. בת קול לא פסקה מהס בביה שני והיא מרדגה. id est, *Filiam vocis ab iis* (Judeis) in domo secunda non cessasse. Eßé que gradum, gradu visionis & locutionis inferiorem, id est, iis prophetiæ gradibus, in quibus secundum quietem Deus Prophetis apparet, aut alloquio eos immediato dignatur, aut mediato per Angelos. Vide More Nev. P. II. c. 41. & 44. Plura habet R. Asar. in Meor En. p. 162. b. R. Lipm. in lib. Nizz. p. 22.*

Paucis, Judæorum mens est, πολυμερῶς καὶ πολυτέλεως Deum Ecclesiam V.T. instituisse, modò per visiones, modò per Urim & Tummim, modò per Angelos, modò aliis Prophetiarum rationibus, quarum Majm. lib. cit. c. 45. recenset undecim. Tandem verò sublato è terra sancta extraordinario Prophetarum dono, Deum benevolentiae suæ & revelatae Majestatis, teltem relinquere voluisse, בְּתַ קְוִילָה השבינה, id est, voce cœlitus emissâ alium aliâs actum solennem & celebreim reddidisse. Id quod ex historia baptismi Christi, & conversi Pauli patet. Usus Prophetiæ communis ferè erat, *filiæ vocis* proprius: vaticinia edebantur non tam propter ipsos vates, quam per vates propter alios; at filia vocis in eo, cuius gratiâ audita erat, terminabatur.

SECTIO V.

De

NOVO TESTAMENTO.

תורה חדשה Novum Testamentum. Ita in scriptis Hebræorum nuncupatur Primo novum illud fœdus, quod Deus per Mediátorem Christum cum fidelibus suis pepigit, de quo ipsi quoque Judæi perspicuè satis loquuntur. In *Falkuth ad Esaj.* 2.7. קבָה יוֹשֵׁב זְדֹרֶשׁ תּוֹרָה שְׁעִירָה לִיתְןּ עַל יְדֵ מִשְׁיחָ. i.e. Sanct. Bened. confidet atque expendit novam legem, quam datus est per manum Messiae. Idem ad *Psal. 2.7.* ubi de Messia etiam sermo est: עתְד אָמַר הָקֵ בְּכָה עַל לִכְרוֹת לוּ בְּרִית חֶרְשָׁה. *Diciturus est Deus ascende, ut novum fœdus cum eo percutiam.* De hoc fœdere loquitur ipse Deus *Jerem. 31. v. 31.* Vide *Galat. lib. XI. de arc. Cath. verit. c. 1.* Et itin. desert. *V Velvnik. p. 14. & 24.* Secundo Judæi, ex nostra hypothesi, sic vocant historiam Evangelicam. *Elias in Tisb. p. 49.* והנוצרים קורין לتورה החರשה שלחם appellant Christiani novam legem suam *Evangelium.*

אָוֹנוֹגָלִיון Evangelium. Vox Græca est, Εὐαγγέλιον, ut ipse fatetur Elias loc. cit. significans בְּשֻׁרָה טֻבָה, bonum nuntium. At Judæi, ut omnia de Servatore nostro dicta & facta convitiis proscindunt, ita salvificam quoque hanc de Christo doctrinam blasphemio ore appellant modo עַן גָּלִילֵי, modo אַן גָּלִילֵי, revelacionem iniquitatis, vel, librum iniquitatis. *Buxtorf. I ex. Talm. p. 42.* Munst. *Evang. Matth. Heb. p. 47. lib. Nizz. p. 12.* Neque vero satis est blasphemis orierâsse nominibus librum tam sacrum, ipsam quoque ejus veritatem & res gestas impetuunt & allatrant, ut vel unius *Munsteri* in *Evangelium Matthæi Hebreum* notæ testantur. Impudentissime αθύων suo ori & calamō frænum laxarunt R. Joseph Albo in libr. *Jkkar. cap. 25.*

חַשְׁבּוֹרֶת
orat. 3. R. Lipm. in lib. Nizzach. hinc inde. Auth. libr. לְמוֹפִים
R. Isaac ben Abrab. ingens contra novum Testamen-
tum evomuit convitiorum plaustrum. Quibus oppone do-
ctissimas Joh. Myller. pro N. T. integritate & autoritate vin-
dicias in Rabbinis. p. 1263. 1327. & 1237. Lege, & videbis,
ipos Pontificios furiosis Judæis arma contra scripta & scri-
ptores N. T. suppeditasse. Iisdem enim sophis natis Laicorum
manibus Papistæ Scripturarum lectionem excutere conan-
tur, quibus Judæi N. T. autoritatem elevant, & in quibus re-
futandis non poenitendam contra R. Alb. locavit operam Ge-
nebr. de qua incogitania adversariorum nonnihil scripsimus
suprà p. 127. & in οδηγῷ nostro P. I. p. 107.

הַבְשָׂרָה כְּפִי מִתְּנִיתִי, *Evangelium secundum Matthæum.* Meminimus
hujus Evangelistæ hoc loco, quia non tantum prodiit Hebraicè à Munstero, Quinquarboreo Tilio, & Mercero, sed & quia ex
veteribus plerique, *Papias* apud Euseb. Histor. Eccles. lib. 3. cap.
ult. *Irenæus* lib. 3. cap. 1. *Origen*. teste Euseb. Histor. Eccles. lib. 6.
c. 24. *Eusebius* ipse lib. 3. c. 21. *Epiphanius* hær. 29. 30. & 151. *Atha-
nasius* in Synopsi S. Scr. *Chrysostomus* in Matth. homil. 1. *Hieron*. præf.
in Matth. & in Jes. 6. 11. 40. 65. in Ezech. 16. & disertissimè in
catalogo scriptorum Eccles. *Elmak.* & *Patric.* in Hilt. Eccles.
Arab. *Kirsten*. in descript. 4. *Evangel.* & alii, quorum meminit
Franciscus Gomar. diss. de Evang. Matth. Heb. concedunt, He-
braicè primò Evangelium ejus scriptum esse. Sed, præter-
quam quòd neque *Merceri*, neq; *Munstero* editio succum ha-
beat veteris Hebraismi, ut cum *Chamiero* Panst. t. 1. p. 421. *Mer-
cerio* in notis ad Thesaur. Pagnini, in Rad. Ajin. & præf. in ver-
sionem suam, etiam *Ludovicus de Dieu* comment. in Matth.
c. 1. v. 1. & c. 16. v. 17. animadvertisit, multa etiam vetus Hebrai-
cum exemplar habeat affumenta, quorum in genuina Evan-
gelii historia nec vola appetet, nec vestigium (vide Cl. *Gomar.*
p. 157.) sciendum, ipsam hic Patrum, idem non probantium,
aut

aut argumentis confirmantium, sed nudè tantum, aut probabilius afferentium, authoritatem tantam non esse, ut, Matthæum Hebraicè Evangelium suum scripsisse, nobis credendum sit. Vana credulitate, ut res ipsa docet, non autem scientiâ certâ, veteres fuerunt inducti, ac seducti à Papia, scriptore quidem antiquissimo, sed (ut cum Eusebio, Hist. Eccles. lib. 3. c. ultimo loquar) exigui judicii viro; qui multa fabulosa, leviter credita, posteris tradidit, multisque post se Ecclesiasticis viris, occasionem errandi, antiquitate sua, præbuit. Cum enim extaret Evangelium Hebraicum, Matthæi nomine probatum falso, quo Nazoræi & Ebionæi utebantur, Papias ille, & reliqui Patres eum secuti, opere illo pseudo-Matthæi, aut non viso, aut non examinato, authenticum Matthæi falso crediderunt. Quod eò facilius fuit, quia plerique Patres, Hebrææ linguaæ fuerunt imperiti, neque diligentes in illo Evangelio requirendo. Accidit, quod ex ipsis non nemo scripsit Pontificiis, interdum ut ab uno quopiam authore, præsertim si illustris sit, opinantium multitudo procedat, & quidam pio & humili timore correpti, malint aliena contra stomachum probare, quam quicquam novi & proprio ingenio de promere, ne quid insolens in Ecclesiam invehere videantur, quorum ut laudanda est humilitas, ita aliorum non est vituperanda fiducia, qui veritatis amore non verentur etiam meliora introducere. Confer quæ diximus suprà p. 343.

הפעליות, *Acta*, Apostolorum scilicet. Ita appellantur à R. Asar. Meor. En p. 167. ubi & Gamalielis meminit & Theudæ. Facillor enim ad hujus libri lectionem Iudæis patuit aditus, quod præter Evangelium Matthæi Iohannes etiam & Acta Apostolorum lingua Hebraicâ ex Græca translata extarent, & in ludeorum Bibliothecis asservarentur, qua de re prolixè
Epiph. contr. Ebion. hæres. 30.

C A P . I I .

*De Libris Apocryphis: Scriptis item, quorum obiter
in S. Scriptura fit mentio.*

חוכמתא **S**ectio I. de **גָנְזִים** *Apocryphis*, cuiusmodi sunt, a. *Sapientia Solomonis*. b. *בֶן סִירָא Siracides*. c. *Ba-ruch*. d. *Tobias*. e. *שׁוֹשָׁנָה Susanna*. f. *Li-bri Macchabaeorū*. Sectio II. de 1. *Libro bellorum Dom.* 2. *ספר ברית סתרים Libro absconditorum*. 3. *Libro testamenti. 4. Verbis medicinalibus Solomonis*. 5. *דברי שלמה Verbis die Mosis*. 6. *Verbis Solomonis*. 7. *ספר דברי הימים למלכי מדי ופרס. 8. דברי חושן Verbis Chosai*. 8. *דברי חושן Verbis Chosai*. 9. *Libro Chronicorum Regum Medorum & Persarum*. 10. *Libro Domini*. 10. *Epicedius*. 11. *ספר הריש Libro rediti, vel justorum*. 12. *ספר המלכים Libris Physicis*. 13. *דברי הטבע Libro regum*. 14. *ספר משפט המלוכה Libro judicii regni*. 15. *ספר עתיקים Libro obsignato*. 16. *דברים עתיקים Sermonibus antiquis*. 17. *ספר חיים Libro vitae*. 18. *Scheda Zelotypiae*. 19. *ספר בריתות Libro repudii*.

S E C T I O I .

De
LIBRIS APOCRYPHIS.

גָנְזִים, *Absconditi*, ἀπόκρυφοι scilicet libri. Qui ita vocentur, ex Theologorum Scholis pleniū cognosci potest. Nobis, cur sic dicantur libri quidam, expendendum venit, & quo loco apud Iudeos habeantur. *Quidam* volunt Apocryphos sic dictos à voce κρύπτη, id est *capsa* seu *arcula*, in qua aliquid reconditur. Ita autem denominari existimant, quia in sacra arca non fuerunt depositi, quasi dicas αἱ βίβλοι ἀπό τὴν κρύπτην, *Libri in crypta non*

non repositi. Unde Epiph.lib.de Ponder.& mensur.p.534 διὸ
ἡδὲ ἐν τῷ ἀπόστολῳ (πτῶ) αὐτοῖς θεωραῖς, τοῦτον δὲ τὴν τὸν διάθηκεν (ita
enim, nisi ad lapidem cum Bellarmino & aliis impingere veli-
mus, locum esse restituendum, recte monet Cham.Panstr.t.1.
p.135.) καὶ βοτῷ. Certum hoc est, in *armario Judaico*, ut vocat
Tertullianus, libros Apocryphos non fuisse collocatos. Exinde
vero ita eos appellatos, nec Etymologiæ ratio, nec veterum
authoritas suadet. *Alii ergo* melius vocem hanc derivant ab
ἀπόκρυψι, occulto. Causa vero, cur hi libri ἀπόκρυφοι dicantur,
affertur, quod d' authores eorum sint incerti: sed hoc non sufficit,
imò, ut *Andradianus* ait, ineptissima hæc est ratio, quia & Canonici-
corum plerorumque authores sunt incerti, & quorundam A-
pocryphorum authores certi, ut Siraci, &c. *Alii ergo*, quia
non licebat eos legere publicè ex Ambone seu suggestu, sed
tantum privatim, quod de antiqua Ecclesia Græca fatetur
Cyr.Hierosol. in Catech. Latini tamen eorum lectionem per-
miserunt ad ædificationem plebis. *Alii* denique ideo ἀπόκρυ-
φοι dici autumant, quia authoritas eorum obscura & incerta
est. Judicium nostrum de hujus vocis usu & origine tale est.

I. ἀπόκρυψις vox Græca est, quæ Hebraicæ respondet אַבְשָׁרֶת, abscitus; unde plur. אַבְשָׁרִים, abscidi, ἀπόκρυψοι. Quid vero
apud Hebreos אַבְשָׁרִים אַבְשָׁרִים? Erant libri, velvitiosè scripti,
& ne errandi aliis occasionem præberent, aut ad privatos usus
reservati, aut in terram sepulti; vide sup.p.142. de exemplari
legis mendosè scripto; vel aliis V.T. libris verè Canonicis, le-
gi præfertim, contrarii; quos omnes Judæi non tantum non
legerunt, sed & ne legendos quidem aestimârunt. Imò, ut ne
percurrerent eos alii, ἀπέκρυψαν. Unde formulae illæ Rabbino-
rum לְגֻנָה בְקָשָׁו, voluerunt ἀπόκρυψαι, i.e. in numerum apocrypho-
rum referre. Cumque iam constet, scripta, quæ vocamus ἀπό-
κρυψαι, contradictionibus, mendacisque esse referta, imò in
multis legi Mosaicæ è diametro repugnantia, (vide Cl. Spanh.
Disput. Anti-Anab. & Cham.Panstr.t.1.l.5.) quid miremur,

veteres Judæos, eorumque exemplo recentiores, in numero librorum Canonicorū locum nullum in iis voluisse relinquere?

11. Vocabulum Hebreum גָּנוֹן optimè & appositissimè à primitivæ Ecclesiæ scriptoribus redditur per ἀπόγρυπον. At cùm de ejus genuina explicatione Patres parùm essent solliciti, factum deinceps est ut de origine, & proprio vocis apud Hebreos usu, posteri nihil amplius certi haberent. Unde alii aliter de eo suam ἀπίστειαν edixerunt.

Sed quæ apud Iudeos Apocryphorū librorum authoritas? מִקְוָנֵלֶם לְהַסֵּן וְלֹא לְנַטְּה, recepti sunt (Apocryphi) ab iis (Christianis) & non à nobis, ait R. Azar. p. 175. Et R. Gedal. in Schal-schel. hakk. p. 68 b. Cùm ordine V. Test. libros, authorésque eorum recensuisset, tandem ait: וְרֹאֵי שְׁתַּרְעַ כִּי אֲוֹמָת הָעוֹלָם הַרְבָּו: id est, לְכֹתֵב סְפִרִים אֶחָדִים בְּקוֹבֵץ סְפִרִים הַקָּדוֹשׁ אֲשֶׁר אַינְסַ בְּרִיתָנוּ Operæ premium est te scire, quod gentes seculi multiplicarunt scribere alios libros in systemate librorum sanctorum, qui in manibus nostris non sunt. Additque, וְאָמְרִים כִּי מִצְאָו קִצְתָּם בְּלֹשׁוֹן בְּשָׂרִי, id est, dicunt, quosdam se reperiisse linguā Chaldaā, alias Arabicā, alias Græcā, quos deinceps omnes in medium affert. Sed ex ipso singulorum examine, melius, quo Apocryphi apud Judæos sint loco, patebit.

a.

חוכמתא דשלמה Sapientia Solomonis. De hac R. Azar. in Meor En. p. 175 b. ספר חוכמתא רבתא דשלמה הנקרא ספר החכמתה שללו. אמר הרמבן בהקדמותו לפרש התורה ראיית הספר המתורגס וכו' אשר כל דבריו הכם תמצאים בפ' ממנה קרוב הוא אצל לא נעתך שחבר מנת המלך שלמה, בלשון ארמי לשלהו אל איזה מלך אשר בקצת המורה אולס עזרא לא שם ידו כי אם בספרים שחוברו מאת הנביאים ברוח הקדש ולשון הקדש גם חכמיינו בבינה ונחשה כל magnæ Solomonis, hoc enim libro nomen est; dicit R. Moses bar Nach-

Nachman in prefatione in explicationem legis: Vidi librum translatum, &c. que verba ejus omnia reperies in capite ejus (Sap. Solomonis Græc.) *septimo.* Mihi autem verisimile videtur illum, si translatus non sit, ita compositum esse à Solomone rege lingua Syriaca, ut mitteret eum ad aliquem regem ad fines Orientis habitantem. Verum Ezra manum suam admovevit libris tantum iis, qui editi sunt à Prophetis, per Spiritum Sanctum, lingua (vides cur Iudæi scripta apocrypha rejiciant?) sanctam. Proinde etiam sapientes nostri prudenter & præmeditatae eos tantum confirmarunt, qui stabiliti & confirmatis fuerant ab eo. R. Gedal. in Schalsch. hakk.

p. 104.b. de Philone loquens ait: חֶבְרֹן כָּפֵר אַנְגָּזָה וְאַנְגָּזָה, שָׁבְרוּ שְׁלֹמָה הַמֶּלֶךְ וְהוּא שְׁחִשְׁמוֹת הָאוּמּוֹת בְּכָל הַבִּיבְיאָה Composuit librum, (ita etiam cum aliis sentit Galat. de arc. Relig. Christ. p. 15. quos refutare conatur Sixt. Senenf. p. 21.) qui sapientia dicitur. Alii tamen dicunt authorem ejus esse ipsum Solomonem: Estque ipse ille, quem gentes (Christiani) adjecerunt Bibliis sacris. V. Veltvv. in Itin. p. 49. Etiam librum Sapientie Apocryphum pronunciârunt. Buxt. in Bib. Rabb. p. 342. putat translationem esse recentiorem, quod Dialetus sit purè Syriaca. Quod apud Ecclesiasticos Scriptores Canonicus nonnunquam appellatur, hinc ferè fit, quod cum Proverbii confundatur, adeoque unus liber sumatur pro alio. Vide sup. p. 502. & ὁμοίως nostri P. I. p. 41. Quemadmodum & Siracidis librum nonnunquam Proverbia appellant. Vide Galatin. arc. p. 13. & Theolog. de Christ. Med. Matth. Martin. p. 99.

b.

בֶּן סִירָא, *Filius Sira, Siracides*, qui & *Ecclesiasticus* dicitur. De quo observa.

1. Librum hunc, expressis verbis, à Judæis, scriptis Apocryphis annumerari. Ex veteribus audire placet ipsos Talmudicos Cod. Sanhed. c. 11. in Gemar. אֲפָכְבָסְפָר סִירָא אָסֹר לְמִקְרָא. Etiam in libro Siracidis legere veritum est. Urgent hoc interdictum R.

Dav. Gans in Zem Dav. p. 28.c.b. & R. Azar. in Meor En. p. 29. b. init. **V**elut v. Itiner. desert. p. 48. Sed cum durum nimis hoc R. Josephi videretur effatum, ab Abhaeo non nihil fuit castigatum, non ut in Canonem vellet librum relatum librorum θρονού τετταν; sed ut usum ejus, ob insignes, quae ibi habentur, παρεγινίας & γενθεσίας, vindicaret. Vide Edit. Cocc. p. 395. Et cum primis R. Azar. in Meor En. p. 29.a. Ex recentioribus Me-nasse ben Israël de creat. Probl. X. p. 45. ait: *Quæ in contrarium à nonnullis allegantur ex versiculo Ecclesiastæ, ea nihil faciunt ad rem, quia est liber Apocryphus.* Et author lib. Juchas. p. 138.f.b. refert duos Siracidis libros עם נְדָרֵת חַנּוּכִים עַמְּדָה, Conjunctiones esse cum XXIV. id est, *Biblioſ sacris, à Romanis.* De Christianis hoc dicit, non Iudeis. Atque hinc etiam Siracides accensetur, סְפִרִים חַיצְנוּמִים, *Libris extraneis,* id est, profanis, quos omnino Iudei quidam legere vetant. Vide supra p. 50. & R. Azar. in Meor En. p. 29. & R. Sol. Iarchi, qui ad verba Talmudis ר' עֲקִיבָא אָמַר אֶחָד הַקּוֹרָא בְּסֶפֶר הַחִיצְנוּמִים קּוֹרָא בְּסֶפֶר חַיצְנוּמִים legit, &c. ita commentatur *Legens in libris extenorū, cuiusmodi est Siracides.* Viderit igitur Bailius Iesuita & alii, unde habent, *Judeos non multo ante Josephum tempore, Ecclesiasticum Canoni V. T. adjecisse.*

II. Rectius tamen facere illos, qui, cogitantes, מיל' מעליזה ר' ד' אית' בהו, multa ibi esse utilia, ut habet Textus Talmud. in hujus etiam libri lectione bonas horas consumunt, non ad firmam fidem, sed ad formandos mores. Unde ne ipsos quidem evacare puduit Talmudistas. Aliquoties enim Siracidis verba apud eos citata reperias, ut in Lex. Talm. Buxt. p. 1730. Meor En. p. cit. Sanhed. Cocc. p. 395. Et ut ne videantur in Doctorum suorum incurrire offendam, ita nonnulli R. Josephi limitant dictum, ut existiment, licere Siracidem legere לְהַגְיָה וְלֹא לְגִינָה, ad meditationem, non vero ad laborem, id est, obiter, quemadmodum quis legit Epistolam quamlibet, non vero eo studio,

quo

quo tractantur libri verè sacri. *Alii* obtendunt, ipsos quoque Rabbinos, suo exemplo, docuisse, non peccare, qui lectionem *Siracidis* ad usum suum revocent. Non ineptè R. *Lusitanus* in Colloq. Middelburg f. 129. judicat, medium, Libris Apocryphis, inter Canonica & profana scripta locum esse assignandum. Ecclesiasticos scriptores, tu, cum Christianis Theologis, vocaveris Siracidem, & cæteros hujuscemodi librorum authores. Quo sensu intelligi debet illud in *bava Kama*, (vide *Zem. Dav.* p. 28. b.) בָּוֹל עַוְף לְמִנְהוּ יִשְׁכַּן וּבֶן אֲדֹם לְדוֹמָה לוּ, i.e. *Omnis avis prope speciem suam habitat, & homo prope similem sibi,* אלף מאיילדי אלוי, שבלחה ואלקעה אל, מותלה, *anima inclinat ad similem sibi, & avis ruit, vel volat ad similem sui*, id est, similis simili gaudet. Additur autem ad locum Talmudis: *דבר זה כתיב בחורתה: hoc scriptum esse in lege, Gen. 28. 9, Shnayi Benbenotim, Iteratum in Propheta, Iud. 11. v. 3, ומשלש בכתובים, tertiatum in hagiographis*, sicut scriptum est; *Omnis avis, &c.* In hagiographis autem, οὐδέποτε sic dictis, locus cùm non reperiatur, adjicitur in Toseph, שמא, בספר בן סירא הוּא, forte reperitur in *Siracide*. Ita verè est. Occurrit enim tale quid c. 13. v. 20. Quemadmodum igitur Veteres Baruchum, Tobiam, Susannam &c. appellârunt *Scripturam sacram, divinam, Propheticam*, non absolutè, quasi pari autoritatis gradu ambularent cum scriptis Mosis & Prophetarum; sed relatè tantum, respectu librorum profanorum, vel nimis manifestè οὐδὲ μάλιστα; ita etiam Iudæi isti, qui Siracidis lectioni ultimum vale dicere nolebant, honorifico οὐαγράφω titulo eum insignierunt. Nam certè, si quis obstinatior cum *Bailio & Genebrardo* ann. M. 3860. Ecclesiasticum Iudæis obtrudere conaretur pro canonico, næis valde historiarum Iudaicarum ignarum se proderet. Ei unam R. *Azariæ* in Meor En. p. 29. hac de re disputationem opponimus. Ubi inter alia Majm. authori libri hujus tribuit פרצוף, ludis

ludificationes in negotio וְעַשְׂתָּה בְּלֹא פִּיאָס. Idem habetur in *Zem.* *Dav.* p. 28. ubi prolixè etiam de hoc *Ben Sira* disputatur. Et quamvis *Dav. Gans* non diffiteatur, multa in eo contineri וְעַתְּסֵת וְחֶרְמָה תְּזִבְּחָת, nihilominus P.II.p. 10.a.tum de reliquis libris Apocryphis, tum de Siricide expressè pronunciat: שָׁהַם מִקְנְּגָלִים לְהַם וְלֹא לְנוּ (Christianis nempe) in *Canonem*, non verò à nobis, Iudeis. Vide *Epiphanium* de mensuris & ponderibus p. 534. fatente, *Siracidem in arca fæderis* non fuisse afferatum, nec proinde *Canonicis adscriptum*.

c.

ברוך המקובל לנוצרים, ברוך, Baruch: De quo in *Meor En.* p. 169.b. עַמְּדָה הַיּוֹתוֹ בָּרְתִּי Makubel Azlano, Papistis videlicet: (quod notandum,) non recipitur à nobis. Tribuunt quidem Baruci Prophetiam, filio Neriae, Jeremiah discipulo, quem tamen ipsum Iudei à Prophetarum ordine excludunt, ut videre est in *More Nevoch.* P.II.c.32. sed ψαλμόν γέγον esse scriptum, à Græculo vel Hellenista consarcinatum, docet Cl. *Alting. Theol. Elench.* l.2.q.2. de materia scripturæ: confer *Panstrat. Cham.* p. 113. Unde &, fatente *Christophoro à Castro*, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Damascenus, Isidorus hunc librum in serie sacrorum librorum non recensuerunt.

d.

ורע שפנור טוביה. טובייה, *Tobias*; de hoc in *Zemach. Dav.* P.II.p. 10. הוא אחד מן הספרים אשר הנוצרים מחברים אותו כתובים Scito, librum *Tobia* unum esse ex libris, quos associant Christiani hagiographi. Post ait; à Iudeis rejici, concluditque tandem גם תרע שפנור טוביה הנמצא בינו בלשון עברית הוא מועתק מלשון לטין ללשון עברית עי שעבצטיאן מגנשטר בעיר באול זה קרוב למאן שניים כאשר חכין מתוק לשון דברי הספר בגמנים שפטו עד שכל איש תבונה בהשכמה ראשונה ירגיש שמחברו לא היה מבני ישראל נס

נָסְפּוֹר המעשֶׁה, בעצמו לדעתו מושׁך עַד שבעוני כל דבריו דברי
Scito etiam Tobiam, qui in manibus nostris lingua reperitur Hebreæ, translatum esse ex lingua Latina in linguam Hebream per Sebastianum Munsterum (falsum hoc est, nam editus primò Constantinopoli, deinde deinceps à Munstero cum versione: interim, quod tamen ante fieri debuit, ex Latino in Hebreum à Christiano aliquo esse translatum non inficiamus: vide Humf. contr. Jes. t. 3. p. 234. nam & ego omnes habeo libros Apocryphos Msc. ex Vulgata Latina traductos) Basileæ ante annos circiter centum, id quod facile intelliges ex styli libro, in balbutie labiorum ejus, ita ut quilibet sapiens primo statim intuitu observare possit, aut horem ejus non fuisse ex Israëlitis. Sed & rei gestæ narratio, quantum ego judico, corrupta est, propterea quòd plena sit ludificationum & rerum insolentium. Vide etiam Schalsch. hakk. p. 99. b. & Galat. arc. p. 11. R. D. Gans & author lib. Fuch. p. 136. tempore Ezechia regis Judæ vixisse eum tradit. Alii tempore captivitatis Babylonicae, Schalsch. loc. cit.

e.

שׁוֹשָׁנָה, Susanna: De hac in *Schalsch. hakkab. p. 99. b. & 68. b.* ubi & Susannæ historiam, & cæterorum Apocryphorum librorum argumenta describit. Et author *Zem. Dav. P. II. p. 10.* ספר שושנה סִפְרֵי שׁוֹשָׁנָה, *Susannæ historia recepta apud Christianos, sed non apud nos.* Vide etiam Hieronym. præfat. in Daniel. *Audi vi ego quendam de Præceptoribus Judæorum, cum Susannæ derideret historiam: & à Græco, nescio quo, eam diceret esse confitam, illud opponere, quod Origeni quoque Aphricanus opposuit: Etyalogias has δύο τε χίνες χίσται, Καὶ δύο τε φρίνες φρίσται, de Græco sermone descendere.* Vide etiam præfat. in Comment. Dan.

f.

סִפְרֵי הַשְׁמֹנָאִים, Libri Hasmonæorum, vel, מכבייאי לחשונאיים, Historia Macchabæorum, de qua in *Meor En. p. 141. a. & Schalsch. hakkab. p.*

נַחֲלָק לֵג סְפִירָם וּכְוֹנֶתֶס לְסֶפֶר מְלֻחָמוֹת עַם הַיּוֹנָם 69. distinguitur in tres libros. Scopus eorum est recensere bella cum Græcis gesta. Observa autem vocis utriusque, & Macchabæus & Hasmonæus, obscuram satis esse originem & incertam.

De Etymo vocis מַכְבִּי Munsterus in Pseudogorion. historiam scribit: Unde vox hæc derivetur (quomodo à fortitudine Macchabæi denominentur) non constat. Neque enim in Hebraismo nec in Chaldaismo, מַכְבִּי, aut נַכְבָּא invenitur significare fortitudinem.

Junius annotat in I. Macchab. I. v. I. Dicitur sunt Macchabæorum libri, quia historiam principum quorundam Iehudæorum exponunt, qui populares suos à tyrannide vindicantes, insigne suum aut militare vexillum quatuor literis inscripserunt M.C.B.I. (ut olim Romani facere sunt soliti) Quibus literis significatum est Hebraicè dictum illud Mosis, Exod. I 5. v. I I. (מי כמוך באלים יהוה.) Quis est par tibi inter Deos Iehova? Ex qua inscriptione vexilli, & a popularibus, & ab exteris omnibus, Macbæi una vox fuerunt appellati, aut vocabulo corrupto Maccabæi. Sed rejicit hanc Kabbalisticam nominis explicationem Nicol. Full. Miscell. I. 2. c. 13. Existimatque Iudam (cui soli, antequam exercitui præcesset, nomen hoc impositum erat, ut videre licet ex I. Macchab. c. 2. & apud Joseph. Antiq. lib. I 2. c. 8.) sic dictum, quasi מַכְבִּי, per me est plaga, Iudæis neimpe apostatis & Gentilibus, fidelium persecutoribus infligenda: vel esse nomen formæ מַכְבִּי, Chron. 9. v. I 2. deductum à כְּבָה extinxit, ut extinctorem designet, quippe qui cum para statis suis bella civilia fortiter extinxit, & απολεσε in ordinem rededit. Quæ certè Etymologia tutissima videtur.

Addit & tertiam conjecturam: Atenim haud scio, scribit p. 260. an satius foret scribere cum litera ח מַחֲבִי & à verbo Syriaco, ne etiam Hebraico (sed minus usitato) חַכְבָּה derivare: Unde participium prius fit in Aphel, cui postea adjicitur in fine,

nominis proprii formativum. *Hoc autem pacto* מְחַבֵּי significabit ἀγαπητούς, φίλον amantem, ad amandum propensum vel amicum, vel eum, qui eximio amore complectitur, *Deum scilicet verum, & virum, patriam item, Gentemque suam.* Sed ut ut Iudea Macchabæo φιλοθεία hæc & φιλοπατεία conveniat, reclamat tamen recepta vocis orthographia μακαβαιος, quæ utique literæ δι in radice eruenda, habendam rationem suadet. Sed & nos, ne hinc loci abeamus ἀσύνθετον, nostram communicaamus sententiam. *Certum est*, inquit Const. L'Emp. in Cod. Midd. c. 26. *multas Hebreæ lingue radices in desuetudinem venisse, quarum nihilominus vestigia in cognatis ac derivatis ab ista linguis videre licet.* Hac ratione verbum כָּבָב, vel כָּבָב apud Aramaeum significans, prostravit, in terram dejecit, præfixo מ, ex se gignit, מְכָבֵי, prosternentem, hostes videlicet Dei & Iudeorum, emphaticè admodum designans. At que ita cum verbo כָּבָב, adeoque secunda Fulleri conjectura optimè congruit.

Unde vero חַשְׁמֹנָאִים, Chasmonæi? Iosephus Αρχαιολ. l. i. 2. c. 8. à proavo Matthatia sive Matthia, ut ipse vocat (qui Assamonus dictus fuerit) nominis originem arcessere videtur; sed mendum subesse existimat Fullerus loc. cit. p. 259. *Alii plerique afferunt חַשְׁמֹנָאִים idem notare, quod Psal. 68. v. 32. vox חַשְׁמִינִים, LXX. reddunt πρέσβεις, legatos, juxta vulgatum; vel חַשְׁמִינִים, secundum Kimch. אֲרַחוֹת נְרוּם וּנוּגָם μάρψ, primarios viros & autoritate pollentes. Viros magnos denotari, אֲרַחוֹת נְרוּם, dubium non est. Nam & hodie Iudei Cardinalibus nomen חַשְׁמָן tribuere solent. Tonāρχας seu νομάρχας Ægyptiacos (jam enim antiquitus Ægyptus in præfecturas oppidorum, quas teste Epiph. de hærel. νόμοις, Arab. ﺍَنْمُون appellant, divisa fuit: vide Plin. hist. natur. l. 5. c. 9.) Fullerus à Hiero. psalte, cum Const. L'Emp. innui existimat. De Etymologia Critici certant, & adhuc sub judice lis est. Compositam vocem plerique agnoscunt: Et Constantinus L'Emper. quidem p. 27. in Midd. μέσοθάρβαεγ, seu Hebræo-Arabicam; Fullerus*

verò verè Hebræam. *Ille* deducit ab Arabico שָׁנָה, vel potius נְשִׁי (Arabum enim נְשִׁי in Hebræorum נְשָׁה resolvitur) *timuit*, & Hebræo נְשָׁה *præfecit*, ac si dicas *præfectos reverendos*, cuiusmodi fuerunt Matthias ejusque posteri. *Fullerius* derivat à שָׁנָה *festinavit*, & נְשִׁי *præfecit*, quod legatum nihil magis deceat, quam celeritas. Quia verò lingua Hebræa, si quæ alia, compositiones ut plurimum respuit, non incommodè radicem investigamus simplicem, cuiusmodi apud Arabes oceurrit, meo iudicio. Assamonæorum historiæ apprimè accommodata, שָׁנָה, vel נְשִׁי: Est autem שָׁנָה *irasci*, unde adjectio ; formativo emergit שָׁנָה, *iratus*, justa quippe ira, zelo Dei, accensi Matthias, & qui eum sequebantur, bello hostes Ecclesiæ oppugnârunt. Significat etiam שָׁנָה *erubescere*, quo sensu שָׁנָה eum denotabit, *ad cuius aspectum erubescimus*, quod coram præsidibus fieri solet, quorum, ut Cicero loquitur, ora erubescimus, vor deren angesicht wir uns schâmen. Sed & tertio vox Arabicâ שָׁנָה cùm *affines* significet & *propinquos*, quid obstet, quo minus Assamonæos, Matthiæ posteros נְגַת Ḳוֹחֶל, aut אֵנוֹרְגָּלָס *affines, propinquos* appellari voluisse credamus, quo ita officii luti, & mutuæ defensionis, hoc nominis symbolo monerentur? Tandem etiam נְשִׁי est *verberare*, unde שָׁנָה for. נְמַנָּה נְהַלָּה notat. Quod profecto apprimè cum Eymologia nominis, מְכֻבֵּד, suprà à nobis posita, congruit. Erant enim Assamonæi flagella hostium Ecclesiæ, quorum verberibus succubuerunt. Sed satis de libris Apocryphis, quatenus eorum in scriptis iudeorum expressa fit mentio.

SECTIO II.

De

RELIQUIS LIBRIS, QUO-
RUM IN V.T. MENTIO FIT.

סִפְר מַלחֲמֹת, *Liber bellorum Domini*. Mentio hujus libri fit *Num. c. 21 v. 14*. De hoc libro varia sunt judicia. *Drus*. comment. ad diff. loc. *Num.* scribit justum fuisse librum, qui nunc intercidit, quod integrum duo versiculi ex eo citentur. Ita etiam *Augustin.* sentit, & *Aben Esra*. Alii librum *Judicum* intelligunt. Alii planè nullum librum, sed catalogum tantum, in quo bella quædam peculiariter conscripta sunt, intelligi volunt: Et quia vox Hebraica non semper librum, sed & narrationem, & commemorationem alicujus rei significat, ideo hunc locum, **עַל־כֵן יֹאמֶר בְּסִפְרָם מַלחֲמֹת יִהְיֶה**, reddunt, *Propere adiicitur in recensione bellorum Domini*: q.d. horum duorum versuum in recensendis bellis Domini sera posteritas maximam semper habebit rationem. Atque hæc explicatio nec violenta est, nec à consuetudine Dei aliena. Voluit enim Deus, ut Israëlite opera illustriora præ cæteris & recenti memoria recolerent, & solenniter celebrarent. Notum est, quo studio Judæi suum **יציאת מצרים**, *Egressum ex Aegypto*, quot annis commemorent: videlicet *Chin. p. 15. f. 1.* Quod si tamen cum aliis ipsum librum Numerorum, in quo bella Dei describuntur, significari malis, neq; hoc quicquid absurdum habet. Moses cum suam describit historiam, sèpe quasi ab alio introductus citatur, ita liber Numerorum intelligi hic potest, licet alio planè, & ab ipso hoc libro diverso, nomine veniat.

מְגֻלַת סִתְרִים, *Liber absconditorum, mysteriorum*. De hoc libro in *Hal. ol. c. 1* sic scribitur: **וּמִימּוֹת מֹשֶׁה רְבִינוּ עֲלֵיו הַשְׁלוֹם אֲשֶׁר קָבַל** תורה מסיני מה אל מה וער רבינו הקדוש לא נכתב ספר בתורה שבבעל

פה זה את לפנים בישראל התעוררה והتورה היו החכמים מקובלם איש מפי איש ולומדים המשנה עפ' כאשר נmeterה אלא שהוא תלמידים עושים סימנון למשנתן וכותבין אותן מפני השכחה הצעיה בדרכם והיו מסתירין אותן וקורין להן מגלה סתרים i.e. *A diebus Mosis, M.n.p.m. qui legem accepit è monte Sinai oretenus, ad Mag.n. (Judam) sanctum, nullus liber de lege oralí conscriptus fuit. Hac autem olim erat in Israéle consuetudo & lex. Sapientes alii ab aliis accipiebant, & viva voce discabant statuta, quemadmodum tradita fuerunt: nisi quod discipuli istis & & repá-σι signa quædam apponenterent, eaque, ne obliatio in multis obrepens in valeceret, conscriberent: quæ tamē occultabant & Μ, מגלה סתרים, Librum occultorum, appellabant. Huc refer quæ sup.p.81.scripta sunt.*

ספר הברית, *Liber fæderis, vel Testamenti: Ex. 24.v.7. R. Sol. Jarchi*. מבראשית ועד מתן תורה מdefines librum continentem decursum definit librum continentem decursum ממצוות שנוצטו בבראה, à Genesi ad legis usque lationem, præcepta etiam, quæ data sunt in Mara, id est, ad finem cap. 19. Exodi. *Augustinus* existimat in hoc volumine solas fuisse justificationes, hoc est, judicialia, & ceremonialia mandata, quæ à 20. ad 24. (excepto Decalogo) Exodi caput recitantur. *Cajetanus* censet, ante omnia hoc libro comprehendi decem moralia mandata, ac deinde cæteras judiciorum & ceremonialium leges ante promulgationem legis in tabulis à Mose promulgatas. In *Catena Patrum* Msc. Libri hujus nomine censemur, τα επι μηδια γνωστα, λπό τε ἡμερα ειμι καιρος ο πεπονι, εως τε, ιαν δεκαπεντα της θροις αντην. Επι επονταίσις αφέσουμα. Ego omnino existimo, hoc loco, non peculiarem aliquem, aut à Pentateucho dversum librum intelligendum, sed illam ejus partem, quæ statuta & mandata Ecclesiastica & Politica, populo Israëlitico praescripta, summatim recensentur & perstringuntur. Nam, ut alias monuimus, vocabulum **ספר Catalogum** nonnunquam aut

aut quamlibet recensionem, Epistolam etiam significat. Unde commodè vertere possumus, den bundsbrief.

רְבָרִי רַפּוֹאֹת שֶׁלֶמֶה, *Verba medicinalia Solomonis*. Liber Solomoni medicus. Mentio hujus sit in comment. R. David Kimch. וברשות הטוב בעיניך עשית שגנו ספר רפואות שבעה 2.Reg. 20. Et in Derasch; *Quod (verba Ezechiae) bonum erat feci, &c.* Intelligitur de eo, quod abscondidit librum medicinalem, quem composuit Solomo, in quo homines spem suam collocabant, neque Dominum in corde suo quærebant. *Georgius Cedrenus* in compendio historiarum idem narrat, additque *Græcos Iatrosophistas suffuratos esse materiam, & argumenta artis medices ex hoc opere.* Vide etiam *Fl. Joseph. Antiq. lib. 8. Praestitit autem ei Deus, ut etiam contra Dæmones artem ad utilitatem hominum & eorum curas addisceret: & incantationes instituit, quibus agricultudines soleant mitigari. Modos etiam conjunctionum, quibus obstricti dæmones, ne denuo redeant, effugantur, inventit.* Eadem ferè habet *Felix Malleolus tract. de Exorcis. p.m. 104.* In Alcorano etiam, & aliis Arabum scriptis multa de artibus & libris Magicis, non regio Propheta dignis, passim commemorantur. **וְקָאֵלָן וְאַלְלָה אֲלָהָם וְאַחֲכָס אֶן סְלִימָן בֶּן דָוָר אָלָן אַסְתְּכָרְמָה** *Dicitur (quod Deus nominat, & judicare potest) Solomonem primò dæmonas & genios subegisse, suòque servitio subjecisse.* Petita sunt hæc ex veteri Msc. Sed introspicienti, inquit Reuchl. de verbo mirifico l. 1. p. 94. acrius, aperte se prodit horum circulatorum fallax præstigium, & nostro ævo jam pridem confida sese proficitur ipsa volumina, & ex unius con spirationis volutabro cunctos ævo nostro scaturuisse. Vide Schind. Lexic. pag. 1241.

רְבָרִי הַוִּימִים לְמַשְׁה, *Verba dierum Mosis.* Drus. ad difficil. loca Pentat. p. 408. *Historia (de Sephora, uxore Mosis, Æthiopissa)*

habetur apud Iosephum, & in libro Apocrypho, qui inscribitur Verba dierum Mosis. Meminerunt hujus libri commentator super Athoth, Aben Ezra & Hiscuni hoc loco. Aben Ezra ejus memoriam usurpat in Exodum scribens, sed non admodum laudat. Vocavit librum Apocryphum, quia nec Ecclesia Judaica, nec Christiana unquam eum receperunt.

סְפִר דְבָרֵי שְׁלֹמֹה, Liber verborum Solomonis. Mentio hujus fit i. Reg. 11.v.41. Ad quem locum sic commentatur Francisc. Junius: In libro, i.e. in actis publicis, sive in commentariis rerum gestarum Solomonis: quasi dicat, nihil attinet hic canarrare: haec ad fidem & institutionem Ecclesiae sunt satis: ita enim his scriptis temperavit Spiritus Dei, consulens tenuitati nostrae: sic Job. 20. v.30. & 21. v.25. Nam haec de duobus libris Chronicorum, qui longo post intervallo ab Hezra conscripti sunt, ridiculum esset accipere. R. D. Kimchi שחר בחתמו לא נמצאו הוות אצליינו וגם נג'. נספרים שחבר בחמתו לא נמצאו הוות אצליינו וגם נג'. הנמצאים אצליינו משל שיר השירדים וקהלת ומה אמר על ספר כי כל דבר בעניינו חבר ספר בפניהם עצמו, id est, In libris, quos beneficio sapientiae suae compositus, qui non amplius apud nos hodie reperiuntur, ne quidem in iis, qui adhuc inter nos existunt, Proverbiis, Cantico cantorum, & Ecclesiaste. Cur vero dicitur libro & non in libris? Quoniam singulis rebus librum compositus, naturae congruentem, peculiarem. In hoc libro, scribit Sixt. Senens. Bibl. S.p. 101. vel ipse met, vel, ut alii putant, Ozai Prophetas conscripsit vitam, atque omnia gesta Solomonis.

דְבָרֵי חֹזַאי, Verba Chozai, 2. Chron. 33. 19. Liber est, qui non extat, inquit Junius. Sixtus Senensis de hoc Chozai p. 46. refert, quod fuerit Hebraicarum antiquitatum scriptor fidelissimus, quod scripsiter de sceleribus, respicientia Manasse, regis Hierosolymitani. Putat nonnemo, hunc Chozai ipsum fuisse Prophetam Jesajam. Sed sine ratione & fundamento haec talia asseruntur. Kimchius estimat חֹזַאי poni pro חֹזֶה, ut sensus sit; Scripta sunt in verbis videntium, id est, Prophetarum, qui videntes diceban-

cebantur. Valde placeret, dum modò omnia, quæ versiculo hoc ex חנוך citantur, in Prophetarum scriptis Canonicis reperirentur. Apocrypha enim est oratio, quæ Manassî tribuitur.

סְפַר דָּבָר הַיּוֹםִים לְמִלְּפָרֶס, *Liber Chronicorum Regum Mediae & Persiae*. Occurrit *Eþher* c. 10.v.2. Annales erant, in quibus acta diurna regum, servata temporis ratione, breviter annotabantur, & apud Babylonios in publica urbis Ecbathanae Bibliotheca servabantur. Vide etiam *Esr.* c. 6. Memini me aliquando à Magno illo, & rerum Orientalium peritissimo, D. Golio, querere, nonne in Persarum Bibliothecis veterum istarum historiarum, si non autographa, apographa saltem invenire liceret? Verùm, bellis successu temporis ita omnia in Persia & Media devasta affirmabat, ut difficile fuisset tam veneranda οἰνοή ab interitu vindicare. Nullam effrānis militum licentia habet legem. Babylonia cum primis expugnata adeò non illi dicuntur pepercisse, ut omnem propemodum supellestilem librariam Vulcano trādiderint.

סְפַר יְהוֹשֻׁעַ, *Liber Domini*, *Jes. 34.v.16*. Ipsam nonnulli Prophetiam Jesajæ hoc loco intelligi volunt. Est enim verè liber Domini, cuius spiritu dictatus est: id quod authoritatem S. Scripturam mirificè commendat. Vide *Kimch.* ad hunc locum, & *Sixt. Senens.* Bibl. p. 57. *R. Sol. Jarchi* ad Genesim, & nominatim ad historiam diluvii Prophetiæ hujus lectores à vate rejici contendit. Sunt etiam, qui librum naturam innui putant. Sed prima sententia verisimilima est.

קָנוֹת, *Epicedia*. Horum sit mentio 2: *Chron.* c. 3 i. v. 25. Lugubre carmen erat, in funere Josiæ ex vulneré mortui cantatum. *Hieron.* *R. Sol. Jarchi* & alii Iudei arbitrantur, hanc lamentationem esse postremam partem libri Threnorum, sub quarto & ultimo Alphabeto comprehensam. Id tam en *Sixt. Senens.* regi Zedechiæ magis convenire existimat. Putat proinde la-
men-

536 THESAUR.PHIL.L.II.C.2. DE LIBRIS APOCRYPHIS,&c.
mentationem hanc in Iosiam non amplius superesse. Author
fuit Ieremias, quæ Iosephi adhuc tempore extabat.

סְפִר הַשָּׁרֶךְ, *Liber justi*, vel *liber rectus*, cuius mentio extat *Jos. 10.*
v. 13. R. *Levi ben Gerson* de hoc libro censet, eum in captivitate
periisse. Intercidisse certè cum aliis scripturis forensibus
concedit *Franc. Jun. in notis*, & *Schind* in Lexico. R. Sol. Iar-
chi sine ratione Genesin *librum recti* appellari existimat. Non
nulli cum libro vitæ, id est, Prædestinatorum Catalogo con-
fundunt. *Alii Genesin, alii שְׁמֵן וְעֲמָלֵךְ, alii utrumque Sa-*
muelis librum hoc nomine venire opinantur. Vide *Hieron.*
t. 4. fol. 108. Sed nihil in istis conjecturis solidi. *Junii sententia*
tutissima est.

סְפִר הַמֶּלֶכִים, *Liber regum*. Citatur hic liber in utroque Regum
& Chronicorum, qui modò *Liber verborum*, sive *sermonum*, sive
dierum Regum Israël; aliquando *liber dierum Regum Iuda*, in-
terdum quoque conjuncta simul utriusque inscriptionis ap-
pellatione, *Liber Regum Iuda & Israël nuncupatur*. Diversum
autem esse à duobus Regum & Chronicorum libris hinc ap-
paret, quod quæ primo regum ultimo de domo eburnea Acha-
bi, itemque de Nadab Rege Israëlis, *1. Reg. 15. v. 31.* dicuntur,
in libris Chronicorum non extent: queimadmodum quæ de
liberis & posteritate Ioæ, *2. Chron. 24. v. 27.* memorantur, nu-
spiam in commentario Regum apparent. Fatendum igitur in-
genue, & hunc quoque librum cum aliis forensibus eandem
subiisse aleam, atque ab edaci tempore absuntum esse. Sic sen-
tiunt *Alting. VValeus, Sixt. Sen. & alii.*

דְּבָרִי הַطָּבָע, *Libri Physici*, Solomonis nempe, quibus, ut *Hiero-*
nymus ait, de vi, naturis & moribus jumentorum, volucrum
reptilium & pisium Rex sapienti simus differuit. Vide *1. Reg.*
4. v. 32. Incendio cum aliis libris hic quoque deslagravit, scri-
bit *Senens. p. 101. & Jun. in Not.*

סִפְרַיְהָמֶלֶךְ, *Liber iudicij*, vel *rationis regni*, id est, Liber agens de administratione regni. Mētio ejus fit 1. Sam. 10. 25. R. D. Kimch: hoc nomine venire existimat ipsam primam partem libri primi Samuelis. Quid si intelligatur ea pars c. 8. quæ de jure regio ex professo tractat? Ordine sanè Propheta ibi percenset, quæ sit **מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ**, petiti regis Sauli futura administratio.

סִפְרַ הַחֲתֹם, *Liber ob-signatus*, de quo *Ez. 29. v. 10*. Ita Scripturam sacram in genere dici contendit *Sixt. Senens*. Per accidens quidem iis, quibus est ὁ συν Θαράτης τοῦ Θαίατος, qui ea, quā pars est, reverentiā ad lectionem ejus non accedunt, adeoq; in salutarem Verbi Dei sensum, & mysteriorum fidei notitiam non penetrant, ita dici potest. His enim verē liber est ob-signatus. Alioquin *Schindlerus* in Lex. rad. **סִפְרַ** de libello contradictionis explicat, cuius geminum fuerit apud Iudæos exemplar, *alterum* apertum, *alterum* publico sigillo ob-signatum. Atque hoc Prophetam allusissime verisimile est.

הַרְבָּרִים עַתִּיקָה, *Verba antiqua*. Occurrit 1. Chron. 4. v. 22 Sunt, ut *Schindl. p. 1411.* explicat, nota per *Kabbalam*, & translata ore *tenus*. Author libri quæstionum sive tradit. Hebraicarum existimat, hoc opus esse *librum Ruth*, quod is eadem illa contineat, quæ in 1. Paralipom. ex libro Sermonum veterum desumpta sunt. Sed & *Vulgat. interpres*, pro peculiari aliquo libro sumpsit. Veritatem: *Et qui stare fecit Solem, virique mendacii, & securus, & incedens, qui Principes fuerunt in Moab, & qui reversi sunt in Lehem. Hæc autem verba vetera. Vult nempe Editio vulgata, inquit Senens. Bib. S. p. 130. fuisse in hoc libro descriptam historiam principum quorundam ex tribu Juda, qui regnaverunt in Moab; & historiam viri cuiusdam ex eadem tribu illustris, qui annis ferè ducentis post Josue Ephraimitam ducem Hebræorum, qui primus stare fecit Solem, iterum renovato miraculo Solis cursum remoratus est. Etsi verò nec Græca, nec Hebræa exemplaria*

cum Vulgato interprete hoc loco faciant, ipso fatente *Senensi*, multi tamen, quomodo hæc verba, *flare fecit Solem*, explicanda sint, diu se torserunt. Vide quantum juvet contextum sacram ex ipsis haulisse fontibus, & quam multis ea ratione controversis & curiosis quæstionibus via præcludatur! Certè per **דברים עתיקים**, ubi cum *Junio* verba obsoleta intelligas, res est in vado. Atque ita sensus erit: *Super vacanteum esse plura de istorum gente, possessione & dignitate referre, cum jam haec omnia posteriorum ignavia sepeliat.*

לִבְרַת הַחַיִּים, *Liber vita*, **סְפָר חַיִּים**, *Per Metaphoram Deo tribuiur Liber*, inquit Majm. More Nev. P. II. c. 47. quâ Metaphorâ monere nos scriptores sacri voluerunt, scribit Menasse ben Israël de Res. mort. p. 230. coram Deo omnia manifesta, atque in proposito esse, quæcunque hæc in terris à nobis fiunt, et quod factorum nostrorum quasi accuratam rationem ineat. Hinc etiam Arabes suam mutuârunt, **אֶלְלוֹת חַיִּים**, *Tabulam*, vel *Tabulam custoditam*, quâ omnia prorsus contineri volunt, juxta illud *Beidavi*: *אֵד מֵאָן כִּאן אֵלָא הוּא מְכֻתּוֹ בַּפִּיהָ: Ni-hil est, quod in eo libro vel tabula non sit scriptum.* Et in *Alcoran.* Sur. 35. **שִׁיאַחֲצִינָה פִּי אַמְּאָשׁ מִבִּין**, & omnia numeravimus in protocollo manifesto. Sed pertinent hæc ad locum de Prædestinatione. Nam pro *prædestinationis* notitia librum vitæ Christiani plerique sumunt. Vide *Sixt. Senens. Bibl. S. p. 131.*

סְפָר קְנָהָה, *Liber seu Scheda Zelotypiae*, quam sacerdos conjiciebat in poculum redargutionis foeminæ, de adulterio suspectæ, vel ad detegendum ejus occultum crimen, vel dubiam innocentiam defendendam. Vide *Num. 5. v. 11.* Et *Sixt. Senens. Bibl. S. p. 137.* Sed pertinent hæc ad locum de conjugio, ubi prolixius pertractabuntur: quo & sequentem vocem rejicimus.

סְפָר יְחִנָּא וּמְכָרָא, *Liber Jannes & Jambres*. Ejus meminit *Drus. in Pentat. 408.* *Liber, qui inscribitur Jannes & Mamres (nomina sunt*

sunt Principum magorum Pharaonis) nunquam receptus fuit, licet Apostolus ex eo laudet historiam de illis magis, qui Moysi restiterunt in Aegypto. Vide etiam Sixt. Senens. p. 67. De Magis istis ex Talmudistarum scriptis plura comimorat Bux. in Lex. Tal. p. 945. & Drus. in Præt. p. 324. & p. 86. comm. ad voc. N. T. De quibus loco de Mag.

Ex his, quæ de lectione hac dicta sunt, Quæstio emergit,
An libri quidam V. T. perierint?

R. Libros quosdam V. T. Sanctos intercidisse, & Judæi affirmant & Christiani. Ex Judæis suprà p. 417. audivimus Kimchium, cui concinit Aben Esra in Num. c. 21. v. 14. סְפִרִים רַבִּים אֲכָדוּ וְאַיִנְםָ נִמְצָאִים אֶזְלָנוּ כּוֹבֵרִי נָתָן וְעַדְוָוָה וּבְרִי הַיָּמִים לְמַלְכֵי מְשֻׁלְׁחוֹן, id est, Multi libri perditi sunt, nec amplius reperiuntur apud nos, sicut liber Nathan & Iddo (errat hic Aben Esra cum aliis: regiūs enim sentiunt illi, qui Nathani & Gadi Prophetis, qui descripsérunt res Davidis priores & posteriores, ut est 1. Chron. ult. v. 29. libros Samuelis tribuunt, à c. 25. primi libri & deinceps, Iddoni verò, Achia Siluntino, item Iesajæ & Iereimiæ assignant libros regum, vide Riv. Is. ad Scr. S. p. 67.) & Chronica Regum Israël, & Cant. Prov. Solomonis. Et ad Esther c. ult. sub fine ad illud בְּסֶפֶר הַיּוֹם idem habet: superioribus tamen libris addit, ספר מלחות יהוה & ספר הַיּוֹם. Ita Abarbenel in ad 1. Reg. 1. 1. v. 41. p. m. 437. qui etiam putat, Nathan, Achia, & Iddo non omnes unum confecisse librum, neque convenisse in una narratione, sed unumquemque suum scripsisse librum, singulōsque eorum peculiari volume omnes res gestas Solomonis consignasse, ex quibus, quantum satis erat aut utile, Canoni Scripturæ fuerit inseratum.

Sed & Christiani plerique larga concedunt manu libros aliquos V. T. sacros intercidisse. Ita Drusius Comment. ad Difficil. loc. Pent. p. 190. & 454. Reuchlin. de art. Kabbal. l. 1. p. 13. b. Beza Ep. Iudæ. v. 14. Schindl. Lex. Pentagl. p. 1240. Rivet. Isag.

ad Scr.S.p.61. *Bellarum*. qui sibi ὁμόψηφος citat Chrysostomum,
 lib.4 de V.D.c.4. *Morin.* Exercit.Bibl.lib.1.Exerc.VI.c.9. *Va-*
tabl. 1. Sam. 10.v.25. *Sixt.* *Senens*. in Bibl. & *Fun.* in Notis hinc
 inde. *Camer*o Prælect. de Verbo Dei p.478.oper. Et sanc*t*e, si,
 quod res est, fateri velimus, aliquos, quorum in V.T. mentio
 fit, libros hodierno die desiderari, extra omnem controversiam
 aleam possum videtur: id quod absque ulla fidei nostræ ja-
 citura factum est. Sed queritur porro, *an libri amissi fuerint Ca-*
nonici? Id quidem ex Theologis Reformati nulli facile ad-
 mittunt, *VWhitakerum* si exceperis, qui semel atque iterum
 scripsit, *nonnulla jam desiderari, qua olim in Canone scriptura fue-*
runt. Ita contra Stapleton. & cont. *Bellarum*. controv. 1. quæst.
 6.c.9. Hoc vero, ubi Adversarii obtinebunt, pressius instabunt,
 impudentiusque S. Scripturæ tanquam imperfectæ, adeoque
 ad sustinendum officium judicis minus idoneæ, insultabunt,
 quanquam infirmo apud cordatos assensu. Ipse enim *VWhi-*
takerus, & si qui alii hac ejus opinione sunt imbuti, ubi ita Ie-
 suitis συγχωρητικῶς respondit, è vestigio addit: *Sed tamen af-*
firmamus illum Canonem, qui remanet, esse sufficientem, & omnia
necessaria continere. Videatur *Camer*. in operib.p.478. Eadem
 pene habet *Johannes Pineda*, lesuita Hispanus, qui etsi cum
 Bellarinino afferat, *amissos esse libros nonnullos, verè aliquando*
Canonicos, affirmat tamen, nullum videri inconveniens, quod li-
ber, qui aliquando fuit de Canone, id est, divinæ fidei & authorita-
tis, proptereaque utilis, & ad Ecclesiæ edificationem opportunus,
postea intercidet, & amplius non extet, quia videlicet sequentii
tempore vel non tam utilis, vel non tam necessarius, vel propter a-
lium providentia divinæ finem, ita tamen ut ille usus, quem habebat
in Ecclesia, possit alias libros suppleri. Hæc ille de rebus Solom.
 lib. 1.c.1.q.8. Et ipse *Job. Morin.* in Exercit.Bibl.p.269. Cum
 igitur apud omnes constet multos libros sacros periisse, nec defectus
 ille vel tantillum deroget *Canonicæ cæterorum librorum authori-*
tati, quo jure unius aut alterius periodi absentia vel mutilatio Ca-
noni-

nonicam alicujus libri autoritatem convellet? Sed cautiūs alii loquendum existimant. Plerique proinde Orthodoxi vestigia *Origenis* Præfat. Cant. Cant. & *August.* lib. 18. de Civit. Dei c. 38. legentes docent, nullum librum verè Canonicum, sive ex V. sive ex N. T. Ecclesiæ sene commissum, unquam fuisse amissum. Sic *Franc. Iun. Cont. Bellarm.* de Verb. D. l. 4. c. 4. not. 17. *Polan.* in Syntag. l. 1. c. 45. *VVal.* loc. comm. p. 51. *Rivet.* Isag. ad Script. Sacr. p. 62. *Alting.* Theolog. Probl. l. 2. probl. 10. De hac controversia nos breviter sic judicamus.

1. Procul dubio Ecclesiæ aliquos desiderare libros, & quidem sanctos, utpote à viris sanctis scriptos, sed non Canonicos, *Drus.* ad diffic. loc. Pent. p. 190. *Camer.* op. p. 478. Nam eo ipso, quod perierunt, Canonicos, id est, regulam fidei & morum Ecclesiæ suæ Deus esse noluit. Nam nec Dei providentia, si illi in communem Ecclesiæ usum dati essent, permisisset, ut suo fine frustraretur; nec Ecclesia hoc depositum minus servasset, quam reliquorum scriptorum. Si *Canonici*, inquit *Salmeron*, prol. 9. Can. 4. ejusmodi libri extitissent, Ecclesia non fuisset depositi sibi à Deo traditi fidelis custos, juxta illuā 1. Tim. 6. OTimothee depositum custodi. Cumque liber *Canonicus* nihil aliud sit, quam certa regula credendi, & vitam legi Dei conformem instituendi, facere jacturam unius libri *Canonici*, nihil aliud esset, quam regulam vivendijuxta Dei præceptum amittere. Et *Stapleton*: in doct. Princ. & lib. Defens. Eccles. author. contr. *VWhittak.* 2. c. 1. Nego, inquit, hoc axioma, ut parum probabile, nempe aliqua *Canonica* periisse: Ajo igitur, idcirco hæc tam vana *Solomonis* & *Davidis* scripta periisse, quia non erant hujusmodi, ut in *Canonem* recipi mererentur.

2. Quia verò libri amissi forenses non tantum erant, sed & historias, genealogias; præceptis Ethicis, Physicis & Politicis intermixtis; (vide lib. *Cof. Ser.* 3 p. 29. *Abarb.* in *Proœm.* secund. in lib. *Regum*, & in l. *Reg.* 11. v. 41.) continebant, quid obstat, quominus in Politia, *Canonis particularis*, solam Iudai-

542 THESAUR.PHIL.L.II. c.2. DE LIBRIS APOCRYPHIS, &c.
cam gentem ejusque Reipublicam concernentis, usum li-
broshos habuisse admittamus? Habant quidem Iudei Ca-
nones suos Politicos in lege Mosaica , dubitandum tamen
non est, quin, ut speciales illi domi forisque notarunt casus &
eventus, ita ad eos consignatos, ubi necesse fuit, recurrerint.
Non existimo quemquam fore, qui à tantis, tamque sanctis
viris vel apicem consignatum dixerit, cuius non magnum in-
de præsens tum vel Ecclesia , vel Respublica, vel Oeconomia
habuerit fructum.

3. Αλέως planè Pontificios hinc Scripturæ Canonice im-
perfectionem hodie inferre. Cùm enim de V. Testamenti Ca-
none loquimur, eum intelligimus, qui ab Esra & Synedrio ma-
gno constitutus & collectus est. At verò in illo Canone desi-
deratos nunc libros nunquam fuisse, sed ante jam periisse, ne
dubitandum quidem est. Quòd si igitur in illo Canone, tan-
quam perfecto, acquievit Christus & Ecclesia tam Veteris,
quam N.T. omnes eum pietatis & modestiæ Christianæ fines
transfiliisse oportet, qui, cùm præter Legeim, Prophetas, & Ha-
giographa, Novum etiam habeat foedus , imperfectionis ta-
men Canonem insimulare audet.

CAP. III.

De Lege & Prophetis.

SECTIO I. Delege naturæ & gentium. תורת טביעת Lex na-
turalis. Präcepta Noachidarum. מצות בני נוח. SECTIO II.
De lege scripta. תורת שבחתך Legisla-
tio. מתן תורה Lex scripta. Statio montis Sinai. Liber legis. ספר חוויה סיני. עמד הר סיני.
ספר תורה כתוב Liber legis, quem scripsit Moses. ספר תורה שבכתב משה Liber legis scriptus diebus Pinchasi. Sepi-
mentum legis. סיג לתורה בר מצוה Filius Präcepti. מבשרי מצוה testificantia
præ-

praeceptum. שני לוחות אבניים עשרה הכתובים Decalogus. Duæ tabulae lapideaæ; alias vocantur tabulae testimoniū. SECTIO III. De lege ἡγεμόνων תורת שבעל פה Lex oralis. Constituções, al. Decisiones, Tredicim modi explicati legē. SECTIO IV. De Prophetis & Prophetiis. Prophetæ: vocatur alias a. נבואה Videns. b. איש האלים Vir Dei. נבואה רוח הנבואה Spiritus propheticus. Fili Prophetarum. נבואי השקר Pseudo-prophetæ. נבואי האומות Prophetæ gentium. משא גנטיא מטה Proprietate assumptio.

SECTIO I.

De

LEGE NATURÆ

& GENTIUM.

תורה טבעה, *Lex naturalis*. Ejus meminit R. Asar. in Meor En. p. 90.b. his verbis: אמרם האומות בכל העולם שמר יום השבת מלעבוד בו עד ימי מתן תורה מרכזיב ויברך אליהם את יום השבעה וג' וכשנברא אדם נכנס בו הבנת כל התורה טבעית הכללת בדברו (id est, *Dicunt gentes (Christiani) totum mundum abstinuisse die Sabbathi ab operando, ad legis usque lationem, eò quod scriptum est: Et benedixit Deus diei septimo, &c. Et cum creatus esset Adam, introiisse in eum notitiam totius legis naturalis, qua sequenti dicto comprehenditur: Quod odiosum est tibi, proximo tuo ne feceris. Vide Matth. 7.v.12.*) Referunt etiam Talmudici, Hillelem gentili, summam totius legis compendiosè proponi petenti, ipso hoc dicto respondisse. Idem scribit Apostolus ad Rom. 13.v.9. Vocantur opera hujus legis, המעשין הירועים, *opera nota, natura scilicet. Vide ad Rom.*

Rom. 2. v. 14. Quibus חָלֹהַת

divina

, opponuntur. Vide *Cos.* p. 21. b.

מצוות בני נוח, *Præcepta filiorum Noachi*, quæ totius legis gentilium (de qua *Justinian.* in *Instit. lib. 1.* & *prolixius Seldenus* libro de jure Gentium agit) compendium sunt. Recensent autem numero septem, 1. *רִינְגָן*, *de judiciis*. 2. בְּרִכְתַּת הַשְׁמָן, *Benedictione seu sanctificatione nominis divini*. 3. שְׁפֵיכוֹת דְּמִים, *Effusione sanguinis*. 4. עֲבֹדָה וֶרֶה, *Idolatria*. 5. גְּנָול, *rapina*. 6. מִן הַחַי אָבָר, *de membro animalis vivi*, scil. non edendo. Vide *Sanhed. Cocc. p. 261.* *Majm. Hil. Melac. c. 9. R. Bechai in leg. p. 126.* *Buxt. Lex. p. 1316.* *Lib. Nizz. p. 23. 25.* *Lib. Cos. p. 31.* De horum præceptorum usu *R. Lip. p. 193.* ita loquitur: והרי אנחנו אומרים שכל העולם שם בני נוח כל מי שבחים שטקיי'ס ו' מצות יש לו חלק לעחב *Dicimus, quod ex toto mundo, qui à Noachi filius constituitur, omnis ille habiturus sit partem in vita futura, qui sepius hæc præcepta servaverit.* Verum unam, eamque longè aliam, vitam æternam consequendi rationem ostendit & viam Spiritus Sanctus *Ad. c. 4. v. 12.* Nemini autem Judæi secum habitare concedebant, nisi sponte cervicem jugo huic Noachidarum submisericorditer. Hac lege servatum volunt *Jobum*, sed falluntur, ipse enim nobisc. 19. v. 25. Redemptorem suum & Soterem ostendit.

SECTIO II.

De LEGE SCRIPTA.

תורה שבעל פה, *Lex scripta*, Mosis videlicet, de qua Judæi tradunt.

I. Perpetuam eam futuram. Operose sic disputant *Majm.* *More Nevoch. P. II. c. 39.* & in fund. *Leg. c. 9.* *R. Lipm. in Nizz.*

p. 200.

p.200. R. Saad.lib. האמונה. R. If Abrab.de cap.fid.c. 13. Quibus oppone Guil.Vorst.Not.ad Majm.p.121.122.& ad Abarb. p.57. Myller.Rabbin.c.20.p.669.& deinceps,703.722. Galat. arc.verit.Cathol.p.286.289.292.

II. Promissiones ejus non terrenas tantum esse, sed & cœlestes. Scopus enim legis geminus est, וְתַאֲזִינָה corporis & וְתַאֲזִינָה animæ. Unde Majm.More Nev. P.III.c.27. קזר גמליה אלשׁרֵיעֶה שָׁיא וּהַמָּא צְלָאֹת אֱלֹהִים צְלָאֹת אֱלֹהִים צְלָאֹת אֱלֹהִים צְלָאֹת אֱלֹהִים. פָּדָרְךָ יְכוֹן וְהוּ בָּאָן תְּחִזֵּל לְלִגְמָהָר אָרְצָה צְחִידָה בְּחִסְכָּב טַקְתָּחָם. פָּדָרְךָ יְכוֹן בְּעַזָּהָא בְּתַצְרִיחָה וּבְעַזָּהָא בְּמֻתָּל אֶרְךָ לִים פִּי טְבִיעָה אַלְגָּמוּהָר אַלְעָמָה אֶן תְּפִי טַקְתָּחָם בְּאַדְרָךְ דָּרְךָ אֶלְאָמָר עַלְיָה מָה עַלְיָה וּמָא צְלָאֹת id est, אלברן וְהוּ יְכוֹן בְּאַצְלָאָה אַחֲוָל מְעַיְשָׂהָם בְּעַזָּהָם מֵעַזָּהָם Scopus legis duplex est, וְתַאֲזִינָה (Arabica vox beatitudinem, relictitudinem notat) animæ & וְתַאֲזִינָה corporis. Eu תַּאֲזִינָה animæ est, ut inde plebi accedat sententiarum (in religione) veritas, quantum eas capere potest. Unde quædam dicuntur manifestè, quædam in parabolis: Nec enim fert natura plebis apprehensionem rerum, prout est. Eu תַּאֲזִינָה verò corporis consistit in relictudine vietūs, quem sibi invicem subministrant. Sic R.Bechai comment. in Genes. p.3. קיומם המצוות הוא כולל שתי תועלות תעלת כלל הגוף בטולם הורה ותעלת הנפש לעולם הבא והוא שהוחביר בכלל לטוב לנו כל הימים id est, Constitutio, vel duratio Praeceptorum duas complectitur utilitates, utilitatem corporis in hac vita, & utilitatem animæ in altera vita, atque hoc est, quod generaliter (Moses Deut.6.v.24. his verbis) commemorat: Bene nobis, omnibus diebus. Vide etiam Cos.Ser. I.p.9.a.b. & R. Alb.in Ikkar.c.25.orat.3.S.3.& 14. Præsertim Menaše ben Israël de Res.mort.c.13.p.91. Id quod contra Servetanos & Anabaptistas observandum, qui somniant, promissiones illas tantum fuisse terrenas.

III. Legem servatu esse facilem, ac proinde possibilem. Majm.More Nev.P.II.c.39.

IV. Eandem perfectam esse. R. Alb loc.cit.S.15. Majm.

Zzz

More

More Nev.loc.cit. proinde nec correctionis indigam, nec ullae mutationi obnoxiam.

V. Legem Mosaicam varie distingui.

A. In **Præcepta**, **מצוות**, **חקיקות**, **statuta**, ceremonialem: De harum vocum differentia sic loquitur Majm.in More Nevoch.Par.III.c.26. ובאן אלמזהה בלהא עליה אענִי אן לדך אלא אמר או אלנה עאה טפירדה מנהaze מא בין לנו וגויה אלפאידיה פיהא באלנה ען אלקטל ואלסרקה ומנההא מא לא יתבון פאידתה מטל תלך כתחרים אלערלה וכלאי הכרם וטלך אלבינה אלפאיר ענד אלגמההורת תסמי משפטים והוא אלעיר בינה אלפאיד ענד אלומחוור תסמי חקיקות ויקולון דראימה כי לא דבר רוק חזא ואם דרבך דק הוא מנכז עני אן ליס והרא אלתשריע אמרא פארנא לא עאה מפירה לה ואן ברדא לנכט פי שי מן Propterea omnia præcepta causam habent, i.e. omnia præcepta & prohibiciones usum suum habent; ita ut quorundam utilitas conspicua nobis sit, sicut prohibitionis homicidii & furti, quorundam verò utilitas non explicetur, ut in prohibitione præputii & heterogeneorum in vineis. Atque hæc, de quorum utilitate constat, vulgo dicuntur **חקיקות**, **statuta**. Hinc semper dicunt; Quod nihil sit inane, quod si tamen inane quid sit, ex vobis est, id est, quod legislatio hæc non sit res inanis, quæ non suam habeat utilitatem; quod si tamen vobis ita videatur præceptum aliquod tale esse, provenire illud ex defectu apprehensionis vestrae. Hec mens aliorum etiam est Judæorum. Vide Druſ. comment. in lib. Num.p.437 & 544.

B. In 613 secundūm numerū membrorum corporis humani, quorum 365 sunt **ללאין**, **negativa**, & 248. **אשרין**, **affirmativa**: Hæc, cùm nucleus sint & compendium totius historiæ ac Theologiæ Judaicæ, separatim, **ושׁתְּוָא**, dabimus cum versione, & authorum, qui prolixius illa explicuerunt, nominibus.

nibus. Vide Sanhed.Cocc.434.Buxt.Abb.p.187.204.Lex.lit. 5.& p.983.

C. מושכלות ומקובלות In intellectualia & traditione accepta. De quibus Bechai Comment. in leg. sic scribit: המצוות המושכלות הן אותן מצוות שהשכל בזע עליון ומבחן בהן שאלנו לא נכתבו תורה המשכל. מוזיא אותן בשכלו במצוות אב ואם והרציה והנאוף והונאה וערות שקר והונול וכיוצא בהם המצוות המקובלות הן אותן שלא ישיבם האدب לעולם ולא ימצאים בשכלו כלל אבל הוא צריך בהן אל הקבלה כמצוות השופר והסכה והלולב מצוות הינום והחליצה id est, *Præcepta Intellectualia sunt ea præcepta, de quibus hominis intellectus testatur, eaque explorat, ita ut si vel maximè scripta non essent, tamen intelligens ea suo intellectu inveniret, ut præceptum de honorandis parentibus, de homicidio, adulterio, furto, falso testimonio, rapina, &c. Præcepta verò accepta sunt, quæ homo in eternum non assequeretur, neque intellectu suo investigaret, sed opus habet traditione ut præceptum de clangore tubæ, de tabernaculo, frondibus palmarum & præceptum de leviratu & extractione calcei.* Illa legi naturali, hæc ceremoniali respondent. Author libr. Cosr. p. 22. distinguit, in a. מצוות מנהניות, *præcepta consuetudinis*, quæ consuetudinem & naturam potius authorem habent, suntque eadem cum intellectualibus: b. נפשיות המושכלות animalia, quæ & פילוסופיות, *Philosophica*, vocat, ut sunt, non habebis Deos alienos coram me; non sumes nomen Domini Deitui in vanum, &c. c. תורות האלקיות, *leges divinas*, quæ de cultu Dei externo & ceremoniali agunt.

D. Majm. More Ney. P. III. c. 35. ratione objecti aliam affert distinctionem: וקר עלמת אין אלמצות פלהה חנקסט כסמי' עברות, שבין אדם לחברו ועברות שבין אדם למקומם omnia præcepta in duas dividit partes. Aut enim transgressiones sunt inter hominem & proximum suum, aut inter Deum & hominem, id est, Præcepta alia Deum respiciunt, alia hominem. Confer Buxt. dissert. de Decal. S. 38. 39. Alias idem c. 35. P. III. omnia

Præcepta legis ad 14. classes revocat. Vide ibi, nec enim exscribere necesse est.

E. Distinguunt etiam nonnulli in *intellectualia, speculativa, & practica.* Lex. Buxt. p. 1678.

קוֹרֵם מִתְן תּוֹרָה; Legislatio: *ante legislationem.* Ut plurimum his verbis Rabb. exprimunt tempus, quod aliás vocant *inanitate.* Ut in illo *Eliæ*, non *Tisbitæ*, sed Rabbini cuiusdā: *תְּנִי רַבִּי אֱלֹהֶךָ שְׁתָא אֱלֹפִי שְׁנִי הָיוּ עַלְמָא שְׁנִי אֱלֹפִים תְּהִווּ שְׁנִי אֱלֹפִים* *תּוֹרָה וְשְׁנִי אֱלֹפִים יָמִתְהַמְּשִׁיחָה* *מִתְן תּוֹרָה bīs mille annis durabit mundus, bīs mille annis inanitas erit* (id est, ante 2000. effluent anni) *bīs mille Lex, & bīs mille dies Messiae.* Hæc in *Av. Zar. c. I. & lib. Sanhed. Cap. Chelek. R. Sol. Jarch. in Nizz. p. 23.* *קוֹרֵם מִתְן תּוֹרָה הַיְתָה הַעֲבוֹרָה תְּלִוָּה בְּפֶטֶר רַחֲם* *ante legislationem cultus* (i.e. administratio cultus sacri) *dependebat ab aperi-*
tione vulvæ i.e. jure primogeniturae.

מַעֲמֵד הַר סִינַי; statio montis Sinai. Ita illustris ille & terribilis actus, quo legislationi Israëlitæ omnes aderant, legemque Dei in monte Sinai accipiebant, nuncupatur. De hac agit *Majm. More Nev. Par. II. c. 33.* ubi existimat, populum quidem vocem illam robustam audivisse, sed non distinctionem verborum. Excipiunt 1. *Décalogi præceptum, & 2. quæ ex ore Dei omnipo-*
tentis vulgus Israëlitarum accepisse Rabbini tradunt, quod vi-
delicet duo ista religiosis capita, existentia nempe Dei & uni-
tas ejusdem, intellectu humano apprehendi queant.

סְפִיר תּוֹרָה; *Liber legis:* Aliás, à forma externa dicitur *מִגְלָה*, vide suprà p. 100. Et *Christ. à Castro* comm. in *Ierem. p. 310.* quibus adde quæ habet *Buxt. Synag. Jud. c. 9. p. 216.* *In singulis Syna-*
gogis Iudaicis Pentateuchum habent membranis vitulinis aliquot *in longitudinem consutis, crassioribus characteribus inscriptum, ad*
quas ab utraque extremitate duo tornata ligna annexuntur, qui-
bis tolli & ferri possit. *Hic in peculiari arca vel capsula, muro ut*
plu-

plurimum impacta, in Synagogis semper custodiri solet. Ante capsula operculum elegans velum, & quidem acu pictum, poni solet, & quò festum est majus, eò pretiosius solet esse velum. Avium picturis hic præ aliis delectantur, quod in Veteri Testamento in Arca fæderis aves quoque depictæ fuerint. Liber porrò ille peculiari linteo, fasciæ instar quatuor aut quinque ulnas longo, & palmum lato, perpetuo involvitur. Fasciæ autem istæ (Iudæi Germani vulgo vocant wimples) hinc ipsis veniunt. Pueruli semestres singuli Sabbatho à Parentibus in Scholam ad principem Rabbinum deferuntur, ut ab illo benedictionem accipient. Qui vis verò puerulus secum afferat oportet in Scholam ejusmodi pannum, si ve fasciam (wimpel) in qua, ut plurimum, cùm aliæ figuræ, tum in primis Infantis nomen, nomen parentis, ætas, & dies nativitatis ipsius, acu artificiose & ornatae sunt depicta. Fasciam hanc pater infantis accipit, & illi, qui officium Ligni ritæ habet, tradit, hic verò alteri, qui officium Ge-lilah seu In-volutionis administrat, porrigit. Ita vero liber Legis huic fasciæ est involvēdus, ut literæ illius introrsum convertantur, & pergamenum, cui lex inscripta, quam proximè contingant. Ubi Liber Legis fasciis sic est involutus, certum deinde habent (quod מפה, Mappam, vocant) palliolum, interdum bombycinum vel heteromallum, interdum Attalicum, quo librum Legis obducunt. Ab hoc palliolo, de catenula argentea, dependet lamina argentea satis magna, plures adhuc lamellas in se continens, quæ à majore eximi & separari possunt. In minoribus lamellis sculpta sunt nomina festorum, & dierum, quibus liber Legis est usurpandus: majori vero lamine inscriptum; כתר תורה Keser Torah, Corona Legis, vel, קדרת קodesch Ladonai, Sanctitas Domini. Quidam etiam circuit elata voce proclamans, quis emere velit פ"ח ר' גליה, id est, Complicationem ligni ritæ? Munus id est, quo quis lignis libro annexis manum admoveat, librūque replicat & complicat; & constituta auctione venditur, pecunia vero in pauperum usus cedit. Id genus ligna ex Proverb. Salomonis, פ"ח ר' ג' Ex chajim, Ligna vita, appellant: ibi enim scribitur; Sapientia lignum ritæ est in iis,

qui apprehenderint eam. *Vox autem גָּלִילָה Gelilah* compunctionem significat, nempe quum aliquid explicatur vel complicatur. Quando igitur æditimus vel præcentor (חֶזְקָן Chassan) sacrum hunc librum ex arca profert, & locum illum sublimem perit, qui Suggestis nostris respondet, (vulgò vocant Almemor, pro אלמִמָּר, אלמִנָּר, בְּנֵסֹעַ singuli hæc ex libro Numerorum canunt: וַיְהִי בְּנֵסֹעַ הארון ויאמר משה קָרְבָּן "וַיְפֹצֹץ אֹוְבִּיךְ וַיְנַטֵּן מִשְׁנָאָךְ מִפְנִיךְ; כִּי מִצְּנָעַן תְּזָא תּוֹרָה וְדָבָר " מִירוֹשָׁלָם : Quumque proficisceretur Area, dicebat Moses, surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Jerusalem. Cùm arcam claudit, dicunt: בָּרוּךְ שְׁנַתְנוּ תּוֹרָה לְעַמּוֹ יִשְׂרָאֵל בְּקָרְבָּתוֹ, quum librum in brachium sumit, canere incipit: נָדוּ לְעַמּוֹ אֱתָנָה, Benedictus, qui dedit Legem populo suo Israël cum sanctitate sua. Præcentor vero, quum librum in brachium sumit, canere incipit: Magnificate Dominum mecum, & exaltamus nomen ejus simul: Cætus respondet: רָומְטוּ אֱלֹהֵינוּ כִּי קָדוֹשׁ הוּא ; רָומְטוּ אֱלֹהֵינוּ כִּי קָדוֹשׁ הוּא ; והשתחוּ להודוֹת רְגִלוֹת כִּי קָדוֹשׁ אֱלֹהֵינוּ Exaltate Dominum Deum nostrum, & incurvate vos scabello pedum ejus, &c. & incurvate vos monti sanctitatis ejus, quoniam sanctus Dominus Deus noster. Super excelsa quadrangula illa mole, seu suggesto, stat mensa cum mappa, cui Chassan, seu Aeditimus, librum imponit; ille vero qui complicationis munus licitatus est, (quem סְגִּנָּן Segen vocant) accedit, pannos removet, & librum explicat. Aliquem postea ex cætu, nomine suo, & patris sui nomine, appellant, ut ad se accedat, his verbis: יַעֲמֹד רַבִּי אַבְרָהָם בֶּן יִצְחָק הַכֹּהֵן Surgat & ascendat Rabbi Abraham, filius Isaaci, Sacerdos. Hic accedens, & in medio amborum se sistens, libro osculum affigit; non tamen nudæ membrane, (gravis enim hoc foret peccatum) sed pannis ipsis; duobusque lignis inferioribus in manus acceptis, contenta & elata voce dicit: Laudate Deum, &c. Benedictus tu Deus, qui nos præ aliis gentibus elegisti, nobisque legem tuam dedisti. Benedictus tu Deus Legis dator. Hic Judæus ille existimat, se rem acutetigisse, lignum vita

�ita aeterna in manus sumpsisse, & ceteris omnibus gentibus feliciorum beatorumque esse. Postea praeceptor sectionem vel caput ex libro legit, quo peracto, accedit iterum ille, qui appellatus fuerat, & librum denuo osculatur, dicitque : בָּרוּךְ אֱלֹהֵינוּ שֶׁבָּרָאנוּ לְכֻבוֹדָו וְהַכְּרִילָנוּ מִן הַתּוֹעַם וְהַנְּזַעֲקָנוּ בְּתַחַת אַמְתָּה כִּי עַלְפָת נָטוּ בְּתַחַתנוּ Be-nedictus tu Deus, qui creasti nos in honorem suum & separasti nos ab errantibus, & veram nobis legem dedisti, & vitam aeternam in nobis plantasti. Deinde duo alii deinceps ad vocantur, (quorum primus esse debet הַלִּוְתָּא Levita, alter simpliciter Israëlitæ vel Judæus) & singuli primum imitantur; primitusque alio ostiolo, quam eo, quo ascenderat, descendit. Accedit enim alius, quem robustis & valentibus brachiis esse oportet, qui ambobus brachiis volumen in altum tollit, quamquidem potest explicatum altissime gestare, circuitus aliquot conficit, ut Legis scripturam omnes vide-re possint, & cœtus interim clamat ; וְזֹאת הַתּוֹרָה אֲשֶׁר שָׁם מֹשֶׁה, לִפְנֵי בְנֵי יִשְׂרָאֵל Hæc est illa Lex, quam Moses filiis Israël proposita. Munus hoc appellatur Hagbahah, id est, Elevatio, & licitatione quoque emitur. Dum hæc geruntur, magna in mulierum Ecclesia oritur lis & tumultus: nam se se in vicem premunt & proculant, ut per clathratas fenestras, vel etiam rimulas, ipsæ quoque Sacram libri Scripturam intueri & conspicere possint. Quia enim libro Legis oscula admoveare non possunt, aspectus tamen summopere eas delectat, illisque abundè satisfacit. Si etiam Judæus ille, qui librum gestat, cœpitares vel caderet, omnibus per longam tempus facinus illud jejunio expiandum esset; ut pote maximi infortunii, capitibus illorum impendentis, signum. Hinc duo illi, qui & Complicationem & Lignum vitae emerunt, rursus accedunt; quorum alter ligna superiora apprehendit, ut iterum complicari possit (peculiaris hæc experientia requiritur, ut omnia recte & ordine finane) alter vero pannos porrigit, quibus iterum involvatur, & palliolo, à quo lamina aurea dependet, extrinsecus vestiatur. Tandem omnes veniunt, juvenes senesque, librum osculantur; duobus digiti tangunt, quos è vestigio oculis suis imponunt: res enim sancta

admodum est, & præsentissimum ad versus cœcitatem & lippitudinem remedium. *Dum in arcam refertur, præcentor canit:* יהללו את: שָׁמֶן נְשָׁגֵב שְׁמוֹ לִבְדוֹ Celebrate nomē Dei. Nomen n. illius horo על הארץ ושמיט: שְׁמַע יְהוָה קָרְנוּ הַלְלוּה solum est exaltatum: *Cætus verò respondet;* וְרָם קָרְנוּ לְעַמּוֹ הַלְלוּה Gloria ejus est in terra & in coelis, gentis unius cornu seu dominium extulit, ad omnium sanctorum laudem: filios nempe Israël, gentem illi proximam, Laudate Deum. *Dum in arcam reconditur, cætus canit:* ובנהר, אמר שובה " רבנות אלפי ישראָל Quum autem deponeretur arca, ajebat, Revertere Domine ad multitudinem exercitus Israel. Habet ejusmodi מנגלה seu librum legis, ex Amplissimi viri, D. Solomonis Hirzelii, Proconsulis meritissimi, munificentia, Bibliotheca etiam Tigurina. Porro si cui cordi fuerit penitus cognoscere, quo studio ejusmodi Volumina apud Iudæos scribantur, qua pietate censeantur, quo honore afficiantur, adeat Jus reg. Schikhar, c.2. Theor. V. ubi agit 1. de materia, membrana, non papyro, novitio illo invento, p.33. 2. De dimensione & distributione cortinarum p.35. 3. De atramento, quod similiter multa cautione indiguit, p.38. 4. De prototypo seu exemplari authentico, unde apographa sua describerent, lb. 5. De literis, earumque figuris, p.40. 6. De nominibus Dei, quæ, reverentiae causâ multam circumspitionem requirebant, p.42. 7. De carminibus in legibus in Exodo & Deuteronomio, quæ peculiari ratione describere oportet, p.43. 8. Despatiis, quæ majorum traditione metiebantur, p.44. 9. De correctione, quâ exemplaria reddebantur quam emendatissima, p.45. 10. De ligatura, ubi nec filo serico nec cannabino opus erat, sed nervis animalium mundorum. Expende hæc diligenter, & judica, quam aptè hinc malitiosus, & ad corrumpendas literas sacras propensus Judæorum animus à Jesuitarum genio colligatur. Confer Vorst. Notas ad Fund. legis Majm. p.81.83. & quæ suprà p.142. diximus.

סֵפֶר תּוֹרָה שְׁפַתְכָּנֶשֶׁר, *Liber Legis, quem scriptit Moses.* Tradunt Judæi, sua ipsius manu Mosen legem literis mandasse, ad eum plane modum, quo jamjam מִגְלָה descriptimus, cuius exemplo se insistere Judæi sibi persuadent. Imò refert Majn. præf. in Misch. p. 1 c. 2. eum duodecim, pro numero tribuum Israëlitarum, scriptisse exemplaria. Vide dissert. Buxt. de lit. Heb. S. 45. Escal. clyp. Conc. p. 613. De hoc autem Mosis exemplari scribunt Hebræi:

I. Certis de causis caruisse illud punctis vocalibus. *Buxtorf.* de orig. Punct. p. 41. & deinceps. Unde etiam hodierno adhuc die ספר התורה המנוקד פסול esse, id est, ad usum Synagogæ sacrum ineptum, Judæi scribunt. ואיך תחשב שנייה משה ספר תורה אל בני ישראל אמר הכוורן מבלו ספק שהזה ספר פשוט מאין נקור וטעמים כאשר אנחנו id est, *Quomodo putas Mosen librum legis Israëlitus reliquisse?* Dicit Coſri: *Sine dubio fuit liber simplex absque punctis & accentibus, quemadmodum videmus hodie esse librum legis,* est in lib. Coſr. p. 25. b. Vide & El. Lev. Maſhammas, præfat. III. Habuissentamentum temporis jam puncta vocalia, in aliis voluminibus, usum, non negant. Quod verò Samaritanis quidam literis prima legis exemplaria exarata contendunt, ut est apud Buxt. dissert. de lit. Heb. S. 45. jam alibi à vero abhorrente diximus. Vide Exercit. Anti-Morin. p. 60.

II. Magno in honore Iudeos Legis Mosaicæ exemplar, in sanctuario asservatum, habuisse. Delituit tamen aliquandiu, propter Regum Iudei impietatem: sed Iosix, Regis pii, fortis & φιλοθεός, tempore denuò fuit inventum: Vide R. Lipm. in lib. Nizz. p. 112. Ita enim historiam illam intelligendam, non verò de omnibus omnino Legis exemplaribus, quasi perdata illa fuissent & amissa, contra quosdam observari debet. Nam, ut eleganter loquitur auth. lib. Coſr. p. 40. b. *הַמּוֹן צָרִיכִים אֲלֵיכֶם plebs, וַיְהִי אֲוֹתָם רֵב הָעֵם וְנוֹתְנִים אֲוֹתָם וּמְתַעֲסִקִים אֲוֹתָם*

Aaaa

etiam

etiam iis (legis exemplaribus) opus habebat, & notitiam eorum habebat vulgus, scribebat ea, & operam dabat iis. Adeò ut licet omnes infernales furia suam extirpandis & evelendis codicibus sacris, præsertim sub templo secundo, Buxt.Lex.Talm. p. 188. locârint operam, vanus tamen fuerit eorum conatus & inanis. Perierit licet autographum Mosis in captivitate Babylonica (quod ex Galat. negare videtur Ferdin.de Escal.lib. cit.p.612.) apographa tamen integra ad ultimam hanc mundi senectam propagari voluit, scripturæ author, Deus.

סֵג תּוֹרַה, *Liber legis scriptus diebus Pinchasi*. Exemplar est Pentateuchi, quo Samaritani superbiunt. Vide *Exercit. Anti-Morin.* p.43. In quibus, nisi prolixè satis de Samaritanis, eorumque Pentateucho differuissemus, nunc certè, ne tam insignis de sacra Scriptura pertractatio manca foret aut inutila, promissi suprà p.109. facti memores, de illo dicendū esset. Sed major ad hanc pertexendam telam in recessu nobis adhuc relinquitur copia, quam ut actū agere possimus.

סֵג לְתּוֹרַה, *Sepimentum legis*. Masoram sic appellari monuimus sup. p.409. Est verò & alius hujus vocabuli apud Hebræos usus. Notat enim constitutiones, quæ quidem ad verbum in scriptis literis non exprimuntur, quibus tamen violatis, facile in ipsa legis præcepta irrumpitur. Eiusmodi **סֵג לְתּוֹרַה**, *sepimentum legis*, est in nonnullis Christianorum Rebus publicis prohibito conjugii in tertio gradu, ne, eo concessso, licentiū non nulli agant, & contra ipsos verbo Dei prohibitos gradus peccent. Vide Cl.Breitingeri libellum, de cognoscendis gradibus consanguinitatis, sub finem. Eleganter *Fagius* comment.in Deut.c.4.v.2. *Docent* (Iudæi) *licere suis Rabbinis prohibere aliqua*, etiam si alias ex lege licita sint. Et hujusmodi prohibitiones vocant **סֵג לְתּוֹרַה**, i.e. sepe in legis, quo scilicet homines arceantur ne veniant, **לְנוֹפָה הַעֲבָרָה**, ut ipsi loquuntur, ad ipsam veram legis trans-

transgressionem. Ut quod statuerunt Rabbini illorum, non esse bis-
bendum vinum cum Ethnicis, ne mutua compotatione veniant eò,
ut etiam amicitiam contrahant, connubia jungant, atque sic tandem
à Religione sua deficiant. Vide Majm.coment.in Pirk.Abh.c.1.
Qui sepem hanc rumpit, id est, impudenter limites harum
constitutionum transilit, פורן גדר ruptor maceriei, appellatur,
Majm.præf.in Misch.p.4.

בר מצורא, Filius Præcepti, annos natus i 3. & diem unum, qui ob-
servandis Mosaicis præceptis astringitur. Vide Aben Efr.Gen.
17.14. Contra בר הלאן vel בר אלפָן est filius constitutionum Tal-
mudicarum, qui multas novit decisiones juris, & constitutiones
Rabbinicas.

מבר מזרה, Redificantia præceptum, id est, præparantia, dispo-
nentia, præparatoria, vel quæ requiruntur ad præceptum ali-
quod rectè exequendum. Talmudici in Lex. Buxt.p. 1104.

עשרה הרברות, Decem verba: Decalogus Exod.34.28. Deut.10.4.
Rabbini voce anomala fœminina exprimunt עשרה הרברות:
*Ubi notandum nomen **דְּבָר** verbum, mixtam habere significatio-*
nem, & accipi pro sententia præcipiente principali vel pri-
*maria, ita ut **הַרְבָּרוֹת** sint decem præcepta principalia. Vide*
Buxt.dissert.de Decal.S.2. Unde etiam Hebræi Decalogum
appellant אמות ה תורה ורשיה Matres legis & radices ejus (con-
fuse Buxt.dissert.S.33.34.) vide lib. Cofr.p.7. ubi multa haben-
torum עשרה הרברות האלה ב שני: inter alia vero:
שחקק עשרה הרברות האלה נתן אותן אל משה וראו אותן מכתב אליהם
לחוות אבניים קורות ונתקו אותן אל משה וראו זוה בין בני ישראל כל ימי
באשר שמעו אותן דבר אליהם ועשה להם משה כמצוות האלים
ארון והקדים עלייו המשכן הידוע ונשאר זהה בין בני ישראל כל ימי
הנכוואה כתשע מאות שנה עד שמרו העם וגונו הארץ ונבר עליהם
נבודנצר וגמלס, id est, qui (Deus) sculpsit decem verba ista in
duabus tabulis lapideis pretiosis, easque dedit Mosi, & viderunt
eas scripturam Dei, sicut audiuerunt verbum Dei, & fecit iis Mo-
ses secundum præceptum Dei arcam, & constituit super ea taberna-
culum.

culum illud notum, remansitque ea inter filios Israëlis omnes dies Prophetiae, per annos præter propter 900. usque dum prævaricatus est populus, & abscondita est arca, & prævaluuit iis Nebucadnezar, eosq; capti vos duxit..

שְׁנִי לֹוחֹת אֲבָנִים Duæ tabulæ lapideæ. Vocantur illæ Exod. 32. 16. כי הָא יַבְרֶךְ בָּרָא אֶת הַלּוּחֹת וְנִכְתֵּב opus Dei: מְعַשָּׂה אֱלֹהִים אֲוֹתָם כְּתָב חֲרוֹת כִּאֵשׁ בָּרָא אֶת הַשָּׁמִים כְּמָאֵרָה בְּלִבְרָד quia Benedictus Ille creavit tabulas illas, easq; scripsit, scriptione sculpta, quemadmodum creavit cœlos verbo suo solo, inquit author libr. Cos. p. 7. Vide Differ. Buxt. S. 16. & S. 25. ubi alia hic pertinencia habentur testimonia. Has autem tabulas alii Sapphirinas fuisse tradunt, alii marmoreas, ut videre est apud eundem S. 20. Muhammedani quidam Smaragdinas fuisse volunt, quidam etiam ligneas: vide Comp. Hist. de Christo append. Theolog. Levyn. VVarner. p. 47. ubi cum primis notabis, ne ipsos quidem Turcas magnam partem Decalogi latere. Ajunt enim כתב פ' אלאלאוח אני אנא אללה אלרחמן אלרחם לא, תשרפוא ב' שייא ולא תקעטווא אלסביל ולא תחלפוא. באסמי. כארבא פאן חלף באסמי כארבא ולא אוכיה ולא תקטלוא ולא תזונוא ולא תעהוקא id est, Scriptum fuisse in tabulis iñ: Ego sum Deus miserator misericors: non associabitis mihi quicquam, ne que infestabitis vias: neque falsò jurabitis in nomine meo: qui enim in nomine meo falso juraverit, non impunè feret. Non occidetis. Non scortabimini. Non obnitemini parentibus.

Vocantur aliás:

לוּחוֹת הַעֲדָות vel לוּחוֹת עֲדָה Tabulae testimonii, Ex. 31. v. 18. & absolutè, Ex. 25. 16. quod Abaranel ita explicat: עֲדָה קראם לוּחוֹת העדות שנתחנה בсин. לישראל ששםעו עשרת העדות לפי שהוא עדות לتورה. דברות כבויו מהו על הלהבות, Vocatas Moses tabulas testimonii, quia fuerunt testimonium legis, quæ Israëli data fuit in monte Sinai, qui audierunt decem Precepta, sicut in tabulis fuerunt scripta. Duplici itaque sensu, scribit Buxtorf. differ. cit. S. 23. possunt haec:

hæ tabulæ dici Tabulæ testimonii. Primò respectu Legis, quam in se scriptam continebant, quæ Testimonium dicitur, quia continet attestationem voluntatis divinae, quâ testatum reliquit, quicquid voluit ab hominibus fieri: Secundò respectu Israëitarum, quia Tabulae hæ visibles & materiales, affervatae & affervandas, Testimonium erant Legis Divinae, illis in monte Sinai datae, & ab ipsis auditæ & acceptatae. Hinc scribit Abraham Seba Hispanus, in Tzror hammor sed. נָשָׂתְּנָה quaternione 11. fol. 8. col. 3. Tabulas fuisse instar חֻכָּה obligationis vel chirographi, scripti, subscripti & testibus subsignati, quod Deus eduxerit eos ex Aegypto, Decem Praecepta ipsis dederit, & singula ab ipsis per Ita vel Non acceptata & approbata fuerint. Aben Ezra hoc sensu dicit נָשָׂתְּנָה, Instrumentum dotale, Exod. 25. 16. Vide etiam Bib. Sixt. Senens. p. 56.

QUÆSTiO

Quot & quæ singulis tabulis assignanda sunt Praecepta?

Respond. Sunt nonnulli, qui primæ tabulæ tria duntaxat, posteriori septem tribuunt Praecepta. Atque hi primum & secundum conjungunt, ex quibus conflatis unum faciunt: ut verò numerum habeant denarium, decimum divellunt. Hanc sententiam, quæ Lutheranorum est, & Pontificiorum, & non ita pridem à Sam Pol, Professore Regio-montano ex Accentuationis fundamento defensa, Cl. Buxi de Decal. S. 64. refutat.

II. Alii primum præceptum faciunt ex Proemio seu Prefatione; *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Agypto, è domo servitutis;* & ne denarium excedant, sequentia duo Praecepta quoque conjungunt; *Non erit tibi, &c. Non facies tibi sculptile.* Ex decimo autem de concupiscentia non nisi unicum faciunt. Est hæc sententia Talmudicorum, & sequioris aetatis Rabbinorum plerorumque: vide Buxi. S. 66. Eam etiam sequitur Ibn-Sina in Pent. Arab. Msc.

III. *Alii verba illa, Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi è terra Aegypti*, proœmii seu præfationis solum, non præcepti loco habent; pro primo autem præcepto sententiam illam; *Non erit tibi Deus alius*; pro secundo; *Non facies tibi sculptile*, usque ad, *custodientes præcepta mea*; Præceptum denique de concupiscentia pro uno numerat.

IV. *Samaritani in Pentateucho suo mirū & miserum in modum hīc paratragædiant*. Decalogi enim initium faciunt à verbis, *Non erit tibi*, &c. usque ad, *custodientes præcepta mea*, &c., ne quid in numero denario desit, sequentia verba ultimum præceptum constituunt: *וְיָהִי בְּעַבְרֹכֶם אֶת הַיּוֹדֵן תְּקִימֵו מִתְּמֻמָּה*: האבניהם האללה אשר אגבי מצוה אתכם ביום כהר גוריים וכנית שם מובה ליהוה אלהיך מזבח אבניהם לא תנש עלייהם גורל אבניהם שלמות תבנה את מזבח יהוה אלהיכם והעלית עליו וולות ליהוה אלהך ומכחת שלמייכם ואנחלת שם ושמחרת לפני יהוה אלהיך החר החוא עבר הירדן אחריו דרך מבוא השם באرض המכunu הישב בערבה מול שכם מול הגליל אצל אלון מורה id est, *Et erit, cum transieritis Jordanem, erigetis lapides istos, quos ego præcipio vobis hodie* (unde & in alio exemplari legitur *חוּם*) *in monte Gerizim* (sacrilegahæc Samaritanorum est corruptio contextus sacri. Habet enim exemplar Hebraum Ebal, non Gerizim, vide Exerc. nost. Antin-Mor. p. 63.) & adificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare lapideum: *Non elevabis super eos ferrum: Ex lapidibus integris adificabis altare Domino Deo vestro, & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, & sacrificabis pacifica, comedésque & lataberis coram Domino Deo tuo.* Sunt verba hæc ad Exodi 20. & Deut. 5. ubi Decalogus repetitur, transcripta ex Deut. 27. v. 4. excepto vocabulo *Gerizim*, quod Samaritani cuiusdam profana manus invexit. *Mons iste* (extant hæc verba Deut. 11. v. 29. 30.) *est trans Jordanem, post viam occasus Solis in terra Cananæi; qui habitat in planicie, è regione Gilgal, ad quereturum Moreb* (puto tamen in alio exempl. legi Mamre) *è regione Sichem.*

Tres priores Decalogi divisiones (quarta enim, ut solorum

est Samaritanorum, ita illis solis relinquenda) sic sunt comparatae, ut, dummodo nihil ipsis decedat verbis, cuique sua indulgeri possit libertas. Ejusmodi enim hanc optionem esse, in qua salvum cuique judicium esse debeat, ob quam propterea non contentiosè cum dissentiente pugnandum, libenter Theologi nostri concedunt. Vide *Calvin. Instit. lib. 2. c. 8. S. 12.* *Muscul. in Locis commun. p. 40.* *Zachar. Ursin. instit. Catech.* & *Bux. dissertat. S. 48.* Interim observa:

I. Tertiam sententiam seu divisionem, quam Reformatæ maximam partem tuentur Ecclesiæ, verosimillimam esse, siue species rationes, ex ipsa scriptura petitas; siue authoritates veterum, optimorūmque scriptorum. Ex Hebræis ita divisit *Philol.* & *Josephus*, uterque Judæus: Ex *Christianis*, Athanasius, Ambrosius, Hieronymus, Sulpitius, Severus, Procopius, Rupertus, Zonaras. Vide *Polan. Symp. Cathol. c. 33.* *Chamier. Panstrat. t. 11. lib. 21. c. 8.* *Gerard. Voß. de divisione Decalogi, Bux. dissert. S. 74.* *Musc. Loc. comm. p. 40.*

II. Graviter nimis peccare Pontificios, qui, ad suam palliandā *εἰνοῦ λατρείαν*, præceptum de non faciendis ad cultum Dei imaginibus in Decalogo sæpe omittunt, quo nomine apud Judæos ipsa Religio Christiana (accidit n. ut quæ Pontificiorum est sententia, et si Reformatis exosa & explosa, etiamnuin toti imputetur Ecclesiæ Christianæ, propterea quod de Reformatione, discrimine item eorum, qui nomine Christiano gaudent, non satis constet Judæis, & superioribus seculis errores eorum publicè magis & latissimè fuerint grassati) non parùm infamis redditur. Vide *Cham. Panstrat. t. 11. p. 833.* *Eavrin. Sand. de Relat. de stat. Relig. p. 300.*

III. Transpositionem præceptorum, extra legis tabulas, arbitriam esse, ubi non ordinis, sed rerum tantum habeatur ratio. Vide *Marc. 10. 19.* *Luc. 18. 20.* & ad *Rom. 13. 9.* (qui locus adducitur in *Meor En. p. 37. c. 2.* ubi Paulus שָׁרֵךְ, *Princeps Apostolorū* appellatur) ubi sextum præceptū septimo postponitur. Vide explic. *Hug. Gror. in Dec. p. 73.* & diss. *Bux. S. 75.*

SECTIO III.

De
LEGE NON SCRIPTA.

תורה שבעל פה, *Lex oralis*, scriptæ opposita, de qua multa in medium possent afferri, sed reservabimus illa tractationi de Talmude, ubi exemplo *Drus.* in *Præterit.* & *Hakspan.* lib. de usu Script. Rabb. *Ferdin. de Eiscal.* clyp. 1.7. c. 7. prolixius probabimus, multum ex inde ad usum Christianum posse transferri. Unum hoc loco agemus, planum nempe faciemus, eodem colore Pontificios & Talmudistas Traditiones suas ἀγέραφε defendere.

I. Pontificii verbi Dei partes duas, re ipsa distinctas, esse contendunt, ἀγεράφον & ἐγέραφον. Sic *Jesuitæ Claudiopolitani* thes. 6. & alii, in *Panstrat. Cham.* t. 1. p. 204. Judæis distinctione verbi Dei in *Scripturam* תורה שבעל פה, *legem ἐγέραφον*, & *legem ἀγεράφον*, tritus & usitatus nihil est.

II. Pontificii traditiones suas Apostolicas vocant, *Concil. Trid. Ses. 4. Dec. 1.* adeoque originem iis tribuunt divinam. Judæi nihilo inferiores, Traditionum suarum authorem faciunt ipsum Deum, à quo Moses eas acceperit. *Pinkh. Abb. c. 1. S. 1.* & alibi pluries. R. *Bechai Deut. 34.* non illepidam movit quæstionem, cum dicatur Moses fuisse cum Domino 40. dies, & 40. noctes, quomodo diem à nocte discernere potuerit, responditque נשׁיח הקְבָה מִלְמָרוֹ תּוֹרַה שֶׁבֶת הִיא יְדֻעַ שְׁהָא וַיְדַע שְׁהָא לֵילָה, וּבְשִׁלְמָרוֹ תּוֹרַה שֶׁבֶל פָּה הִיא יְדֻעַ שְׁהָא לֵילָה, *Quando eum Deus docebat legem scriptam, tum agnoscebat diem advenisse, quum vero docebat legem oralem, noctem adesse sciebat.* Mirum, Pontificios ad Traditionum suarum subsidium hanc à Judæis nondum mutuâsse subtilitatem.

III. Pontificii in Traditionum suarum patrocinium ipsa quoque Scripturæ autoritate abutuntur, 2. *Theſſ. 2.v. 15.* Sed & Judæi divinitus sibi observationem legis ἀγεράφεις commendatam esse tradunt, argumento loci *Deut. 4.v. 14.* ubi statutorum & judiciorum nomine intelligunt νόμον ἀγεράφον. Vide *Aben Esr. Sol. Jarch. R. Lipm.* p. 40. (& 89.) *R. Bechai* & alios in hunc locum.

IV. Legem aliquam ἀγεράφον, vel traditiones Ecclesiasticas propterea necessarias esse Pontificii clamat, quod multa pertineant ad Christianorum fidem & mores, quæ nec aperte, nec obscurè in Sacris Literis contineantur. Vide ὁδηγ. nost. P. I. p. 156. Eodem prætextu suas defendunt ἀπόδοσεις Judæi. Vide *Cl. Buxt. Synag. Iud.* p. 41. *Libr. Cos.* p. 26.

V. Ex Pontificiis *quidam* parem autoritatem concedunt Scripturæ & Traditionibus. Vide *Concil. Trid. Sess. 4. Dec. 1. & Cham. Panstr.* tom. 1. p. 204. Idem de lege sua ἀγεράφω & ἀγεράφω judicium ferunt Iudæi. אין הרשות בין שתי הוראות, Non est differentia inter duas leges, scribit *Aben Esr. Præfat. coïment.* in Pent. *R. Jac. ben Chaim.* præf. in Bibl. Venet. Et in *Hal. Ol.* p. 42. דבר תורה, verbum Legis indifferenter pro ἀγεράφῳ & ἀγεράφῳ verbo Dei ponitur.

VI. Alii verò titulis magnificis Traditiones Scripturæ Sacrae prætulerunt. Verba citavimus in ὁδηγ. P. I. p. 158. Nec hic degenerant Iudæi. Ita enim author libri עמודי גוליה, *Ammude golah*: אל תחשוב כי עיקר התורה בכתב כי אדרבה עיקרה אותה שבעל: פה וועל תורה שבעל פה נכרת ברית scriptam Religionis nostræ esse fundamentum, quin potius illius lex est lex ore tradita, nam propter legem oralem initum est fædus à Deo cum Israëlitis. Quæ ipsa etiam verba habentur in *Hal. Ol.* p. 12. Vide plura in *Synag. Iud. Buxt.* p. 54. *Not. Vorst.* ad Majim. p. 77. & 133. & *Cocc. Sanhed.* p. 77. *Bibl. Rabb. Buxtorf.* p. 222. *VVeleru. Itin.* p. 48. Nonne verò ipsum hic agnoscas Lindanum loquentem: *Scripturam Sacram sine traditionis fundamento*

mento evanescere penitus, ac in vanissimos planè fumos solvi, Panoplat. t. 1. c. 5. Et lib. 2. c. 5. Traditionem Ecclesiastificam unitam esse Christianæ fidei conservandæ, adversus hæretorum incantamenta, salutare moly & adversus omnes erroris cuiusvis noxas suberrimam pannaceam.

VII. Pontificii Scripturæ lectioni Traditionum suarum studium multis parasangis præferunt: imò illam præ hoc contemnunt & convitiis conspuunt. Et hīc Judæos habent prodromos. Ita enim in *Bava Metzia* fol. 33. 1. העוסק מורה ואין מורה במשנה מורה ונוטלין עליה שכר גמרא און במקרא מורה ואין מורה מורה במשנה מורה ונוטלין עליה שכר גמרא כו' ל' Qui operam dans lectioni Biblicæ, virtus aliqua est, aut potius nulla virtus: qui verò operam dant διεπέρωστης virtus seu proprietas est, propter quam accipitur præmium: Gemara denique incumbere virtus est, quā nulla præstantior. Vide Rabb. Myller. p. 8. Quin imò eosque nonnulli studium traditionum extollunt, ut non erubescant scribere שום העסק במקרא, היא אבוד החומר, quod etiam in *Bibliis sacris* studere aliud nihil sit, quam tempus perdere. Confer δεκτ. P. I. p. 69.

VIII. Statuta, dicta, Scripta Pontificum Romanorum sunt infallibilis veritatis, si adversariis fides sit habenda, vide Concil. Trid. Ses. 4. δεκτ. P. I. p. 158. 166. Eadem authoritas placitis adscribitur Rabbinorum. Unde in *Menor haimmaor*. fol. 23. *His omnibus, quæ Rabbini nostri in suis homiliis docuerunt, eadem à nobis atque legi Mosaicae fides tribuenda est.* Et in *Talmud*. כל דבריהם דברי אלהים חיים וכמו Omnia illorum verba sunt ipsissima Dei viventis verba, &c.

IX. Pontificii in Traditionibus Majorum simpliciter volunt esse acquiescendum; si vel maxime de ratione aut necessitate earum non constet. Sic Judæi, ea etiam recipere cogunt, quæ sunt ἀσίστατα, nec sciscitari licet, quomodo vel capi debeant, vel intelligi. Fide implicita omnia sunt devoranda. Unde Rabbi Sol. Jarch. ad Deut. 17. v. 11. אפיקו אומר לך ימן שהוא טהור, שמאל וטל טהור טהור, Non recedes à verbis illorum, etiam si di-

dicerent tibi de dextra, hanc esse sinistram, & de sinistra, hanc esse dextram. Vide Buxr. Synag. Jud. p. 63. Et Vorst. ad Majm. 133.

X. Gravius peccatur, si quis in Papatu violet legem Ecclesiasticam, quam si reus fit transgressionis Legis divinæ, vide Erasm. Roterod. i. 287. 290. Ita Talmudici: חותר בדברי תורה סופרים מדברי תורה, Gravius peccatur circa verba Scribarum, quam circa verba Legis. Sanhed. c. 10. S. 3. Exempla habes in Bibl. Rabbi. Buxr. p. 227. Et Synag. Jud. p. 181. Odny. P. I. p. 171. Lib. Juchas. p. 41.

XI. Absque salutis periculo, aut citra peccati in Spiritum S. notam, neminem à Pontificis Romani nutu & sententia discedere posse, multi docuerunt Canonici. Idem prorsus in Hebraeorum Scholis de doctoribus suis valet effatum. Unde in libr. Chascuni: על רבבו בחולק על השכינה והמתמין בדברי תורה חכמיות כמאמי השכינה ac si dissentiret à divina Majestate: qui autem credit verbis Sapientum, est ac si crederet ipsi Deo.

XII. Pontificii anathematis fulmine feriunt, quotquot traditionibus Majorum contradicunt. Vide P. I. nostri אונדנ' p. 158. 166. His Iudei nihil sunt clementiores. Ita enim Talm. tract. c. 5. גנטן Mar dixit: *Quisquis Sapientum verba subsannat, adjudicetur stercori fermenti in inferno.* Et alibi: כל העובר על דברי חכמיות, *Quisquis transgreditur verba Sapientum, reus est mortis.* Vide Not. Vorst. ad Majm. p. 77. Lib. ניז' p. 42. Confer אונדנ' nostrum P. I. p. 160. Hujus farinæ sunt etiam sequentia axiomata: בני הוהר בדברי סופרים יותר מדברי תורה, Fili mi, attende ad verba Scribarum magis, quam ad verba Legis. Item: לא נוכל לפרש על רוך מצות התורה פירוש שלם אם לא נסתפק בדרכי הול Non possumus perfectam Praceptorū Dei explicacionem adducere, nisi innitamus verbis Sapientum nostrorum. Item: נמשלה המקרא כמים והמשנה בין והשס בקונדריטון ווער נמשלה התורה Bobb 2

הتورה כמלח והמשגה כפלפלין והשם בשמות
Similis est textus Biblicus aquis, Mischna vino: Talmud condito: Ita similis est Lex sali, Mischna piperi, Talmud aromatibus, in Maß. Seph. c. 15. Et alibi: חביבין דברי סופרים מרבי תורה *Dilectionia sunt verba Scribarum verbis Legis.* Quid? quod legem גָּמְנָסִים, ללבוש ולונף, vestimento & corpori, אֲגַבָּשׁוּν verò נֶשֶׁמָה, anime, comparant? Pontificio præsertim stylo quam proxime accedit, id quod ex סְמֵגָן legitur in lib. *Zuchas.* p. 158
 שבעל פה היתה כל התורה בעיון שחרי הרבה מקראות סותרין זה את זה ויאפשר לעמך עלייהן ולישben רק בתורה שבעל פה שכלל משנת *Absque lege orali tota lex in tenebris esset.* Multa enim in scriptura sunt pugnantia, neque iis inniti, aut conciliare ea possumus, nisi per legem oralem, quam accepit Moses è Sinai. Eadem habet exemplis illustrata R. *Lipm.* in lib. *Nizz.* p. 39. 40. 41. & lib. *Cofr.* p. 29. Ecce Iudæos Papizantes! Pontificios Iudaizantes dedimus in ὄδηγ. P. I. p. 15. 6. 15. 8. quæ hoc loco repetere brevitatis studium non sinit.

XIII. Sed & in hoc tandem Pontificii Iudæis sunt similes: quod quemadmodum ex his Legis scriptæ perfectionem, ejusque studium plurimi plenis buccis depraedicant, ut diximus *suprà* p. 104. & Cl. *Buxi* in Florilegio Hebraico vocabulo *Lex, Scriptura, condocefacit*: adde *Tanchum* p. 95. b. mox tamen sui immemores in laudes Legis πατρονῷ δότε erumpunt; ita ex illis non pauci, ubi Scripturam sacram quasi ad salutem perfectissimam commendarunt, protinus rancidas quasdam traditiones consumiscuntur, & heterogeneas laciñas regiae Sc. Sacrae purpuræ attexunt. Quemadmodum igitur Christus Legem à Pharisaorum corruptelis tum temporis vindicare cœpit, quando Ecclesia Iudaica traditionibus veterum tota ferè erat dentata; ita etiam Majorum nostrorum ætate Reformationis jubar tum demum fulsit, cùm traditionum tenebræ lucem Evangelii prorsus ferè dispulserent. תקנות,

תְקֻנָּה, Constitutiones, Ecclesiasticae nempe, quas vocabulo hoc Hebrei innuunt. Ejusmodi תְקֻנָּה vel Prophetæ sanxerunt, vel Patriarchæ, vel Synedrii M. assessores, vel Rabbini. Videatur præf. Majm. in Misch. Et Mor. Exercit. Bibl. p. 54. & 56. Transgressor ejusmodi constitutionū פֹּרֶץ גַּדֵּר, Septirupa, iis dicitur, quod scelus non nisi gravissimis Dei suppliciis eluatur, ut exemplis probat author lib. Nizz. p. 89. Sunt autem statuta ejusmodi duūm generum; alia חֻכּוֹת, sive omnes in universum Israëlitas obligantia, qualia sunt מִנְגָּדָת נֶר בְּשָׁבֵת חֲנוֹנָה, Letio libri Esther, accensio lucernæ in Sabbatho, atque incensio lucernæ in festo Encæniorum. Alia אֲזָן חֻכּוֹת, non obligatoria, sed אֲזָנָה עֲמָלָה, ut sunt מִנְגָּדָת consuetudines singularum urbium, de quibus Majm præfat. in Misch. & Cosr. p. 27. Morin. Exercit. Bibl. p. 55. Nonnulli huc referunt עִירּוּבִים observationem miscellanearum: sed repugnat author libri Cosr. p. 27. a. ubi de his Constitutionib[us] aperte satis agit.

Quod si absolute fit mentio תְקֻנָּה, Constitutionum, sunt illæ Esræ. Juxta illud lib. Fuch. fol. 13. סִתְמָתְקֻנָּה חֲנוֹנָה מְעוֹרָא, id est, Absolute cum dicitur Constitutiones, sunt illæ Esræ, cuiusmodi decem nuncupantur, ut est in Bar. Kam. fol. 82. 1.

Vocantur alias:

גְּנִירּוֹת, Decreta, statuta: quæ vox in Evang. Matth. Hebraico occurrit: vide Sixt. Senens. Bibl. p. 122. Sunt tamen qui à distinctione sunt, ut videre est apud Mosen Tranensem in c. 4. & 5. Qui idem in præfat. libri, Majm. sequutus præfat super Misch. ita scribit: או נְרוּמִים מִתּוֹרָה שְׁבָכָת כְּפִי קְבָלָת: פְּרוֹשָׂה מִפְּיַה מִשְׁׁהַיִם מִפְּיַה הַגְּבוּרָה אוֹ הַמִּדְינָם שְׁחוֹצִיאוּם עַל דָּרָךְ סְבָרָא וְגַם מְרוֹת שְׁהָתוֹרָה נְדָרֶת בָּהֶם אוֹ הַמִּדְינָם שְׁנָאָמָר בְּהַמִּלְכָה מִשְׁׁה מִסְנִי זָאַן לְהַמִּטְקָרָה וּרְמִי בְּתוֹרָה שְׁבָכָת אוֹ הַמִּגְרוֹת תְקֻנָּות שְׁגָרוֹת זָתְקָנוֹת הַחֲנִמָּת עַרְתִּי, id est, Vel ediscuntur (judici. & sententiæ circa Legem) e Lege scripta secundum tradicionem explicationis ejus ex ore Mōsis, qui ab ipso Deo acce-

acepit: Aut judicia sunt, quæ protulerunt per modum probabilitatis ex 13. modis, quibus Lex explicatur: Aut judicia sunt, de quibus dicitur, quod traditio sint Mosis ē monte Sinai, quibus nec fundatum nec signum appetit in lege scripta: Aut sunt Constitutio-nes & DECRETA, quas constituerunt & decreverunt Sapientes, p.m. ut sint sepes & maceria Legis. Omnia igitur sententiarum & doctrinarum genera apud Veteres tria erant, scribit Fag.ad Deut. 17.v.9. Primum, quod receptum credebatur à Mose ac Prophetis, quod Cabala nominatur. Secundum, quod opinione Judicum constat, ut in Scripturæ locis enarrandis, quæ ad economiam pertinebant. Ex quo intelligitur causa, quam ob rem sub priore Templo & prioribus annis posterioris, tantâ concordia Judæorum Ecclesia administrata sit: donec enim magnum judicium viguit, omnia certò definita summo consensu recipiebātur. Deinde in sententia ferenda, & respondendo de lege sèpissime conjecturis connixi sunt. Et tamen, quod sic erat pronunciatum, pro lege recipiebatur. Tertium genus, quod statuunt ultra Legem, quo illa defenditur, cœu objecto sepius mento, ut prius violandum sit hoc, quām in legem aliquid foris admittatur. Hoc Christi Domini ætate in verterunt, nam propter traditiones reliquerunt Legem Dei. Hujusmodi interim duo genera, alia perpetuò esse voluerunt, alia temporaria. Quemadmodum verò de Canonibus Ecclesiasticis in N.T. judicandum ex consensu, quem habent cum Scriptura & sana ratione, ita & veterum Judæorum תקנות& customam ex iisdem νεοτιοις. Nec recipiendæ omnes, nec omnes sine judicio recipiendæ. Vide Schikhard.de jure Reg. sub fin. & Galat.l.i.c.7.

מִרְחָה, Tredecim modi. De vario vocis מִדָּה usu & significatione videatur Buxt. Lex. Talm.R. מַרְדֵּך. Hoc loco intelliguntur tredecim modi, quos à Deo ad legis explicationem accepisse dicuntur Judæi. נִזְז. p. 89. Aliquot ex iis Buxt. explicat in Lex. Tal. R. בְּלֹעֲנִים Schikhard. in bechin. happ. p. 159. R. Jos. in præfat. Hal. ol. p. 2. ait, modos istos esse עֲמֹרִים וַיְתַרְתָּה לְהֹורֶה הַגְּסֻכָּה

